



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

४

Godwyn

4.

123.

P.M.





# D I A R I U M LITURGICO-THEOLOGICO-MORALE

S I V E

S A C R I R I T U S,  
INSTITUTIONES ECCLESIASTICÆ MORUMQUE  
DISCIPLINA.

NOTANDA SINGULIS TEMPORIBUS

ATQUE DIEBUS ANNI

C I V I L I S ET E C C L E S I A S T I C I .  
A U C T O R E

F E R D I N A N D O T E T A M O  
P A N O R M I T A N O .  
T O M U S S E C U N D U S .  
A J A N U A R I O A D A P R I L E M .



V E N E T I I S , M D C C L X X I X .

E x T Y P O G R A P H I A P E T R I S A V I O N I .  
In Via Mercatoria sub Signo NAVIS .


---

C U M P U B L I C A A D P R O B A T I O N E A C P R I V I L E G I O .



**TRACTATUS PRIMI  
LIBER TERTIUS.**  
**SACRI RITUS**  
**INSTITUTIONES ECCLESIASTICÆ,**  
**MORUMQUE DISCIPLINA**  
**NOTANDA**  
**SINGULIS MENSIBUS, ATQUE DIEBUS ANNI CIVILIS.**

¶  
duas partes librum hunc divide-  
mus: in priori agemus de Sacris  
Ritibus, Institutionibus Ecclesiasti-  
cis, Morumque disciplina notanda  
singulis Mensibus Anni Civilis in ge-  
nere. In posteriori autem parte tra-  
ctabimus de iisdem, ut quovis sigil-  
latim Mense usuveniunt:



**P A R S P R I M A .**  
**NOTANDA QUOLIBET MENSE IN GENERE.**

**EXPLICANTUR CAPITIBUS VI.**

- Caput I. *De Mensum computatione Morali, Ecclesiastica, sive usuali.*
- Cap. II. *De Officio Defunctorum.*
- Cap. III. *De Missa.*
- Cap. IV. *De Officiis Votivis Menstruis.*
- Cap. V. *De Indulgentiis nonnullis, quæ obtineri possunt semel singulis Men-  
sibus.*
- Cap. VI. *De Reservatione Beneficiorum contenta in Regula Cancellarie, que  
vincipatur Regula de Mensibus, & Alternativa.*

## C A P U T     I.

DE MENSIMUM COMPUTATIONE MORALI , ECCLESIASTICA ,  
SIVE USUALI .

**D**IVIDITUR Anntis Civilis , uti dictum est in proœmio Tractatus hujus , & notum est , in duodecim Menses , quorum duplex est computatio , una Lunaris Physica , seu Mathematica ; altera moralis , Ecclesiastica , sive usualis . Prima ratio computandi apud Hebræos invenitur , & Græcos , qui Menses legitimos non ex Solis circulo , sed ex Lunæ cursu connuauerant , a Nova ad Novam . S. Isidorus lib. 5. orig. c. 34. Durand. in Ration. Offic. lib. 7. c. 4. initio . Quintanadven. in singular. to. 1. in Append. ad Sacram. Pœnit. tr. 1. dub. 2. n. 1. Qua ratione quilibet Mensis constat triginta diebus .

Mensium vero moralis , Ecclesiastica , sive usualis computatio non æquali dierum numero universaliter mensuratur , sed juxta Ecclesiæ ritum , & communem acceptiōnem , illorum distinctio , & enumeratio fit . Quintanadven. n. 2. Quæ ita se habet , ut Aprilis , Junius , September , atque November triginta diebus singuli absolvantur : reliqui vero Menses , excepto Februario , donentur uno supra triginta dies . Februarius autem habet viginti , & octo dies : at in Anno bissextili viginti novem . Videri potest Durandus l. cit. n. 13. Quandonam Annus sit bissextilis ? docent Regulæ Breviario Romano præfixæ , & nos explicavimus tom. I. in proœmio a n. 1.

Initium cujuslibet Mensis Ecclesiastici , & usualis est ab initio suæ

primæ diei civilis , quæ incipit a media nocte ; & consequenter Mensis idem similiter finem habet in fine suæ ultimæ diei civilis , quæ terminat in media nocte . Vide dicta lib. I. c. I. art. I. n. 5. & art. 2. 3. 5. & 7. ejusdem capit. Quomodo autem Mensis juxta morem veterum Romanorum , quem etiam Romana adhibere solet Ecclesia , dividatur per Calendas , Nonas , & Idus , & cur ita dicantur , prætermittimus explicare , quoniam ipsis notum est Adolescentibus latinam linguam edocetis , & graviora nos vocant ; cæterum si vis v. Glossam post Regul. ult. Juris in 6. lit. e. V. Quinto Nonas .

Quæres hic : quot dîes continere debet Mensis , quando in aliqua legi , vel statuto fit mentio Mensis in genere ? Ut , si dicatur : fit suspensus per Mensem : Conceditur Indulgentia unius Mensis ; serviat per Mensem in hospitali : Electio fiat intra tres Menses a die vacationis : Conceditur bimestre Conjugatis , ut de Religionis ingressu deliberent : C. ex publico , de convers. conjugator .

B. In hujusmodi casu quidam dicunt ; Mensem continere dies viginti octo , ex quibus quatuor hebdomadæ consurgunt . Alii vero dicunt , continere triginta dies . Alii , prudenter arbitrio relinqui : ut potest videri in Menochio lib. 2. de arbitr. centur. I. casu 60.

At vero Thomas Sanchez de Matrimon. to. 1. lib. 2. disp. 24. nu.

15. cum multis aliis docet : quod quando lex , vel statutum concedens Mensem , disponit a quo tempore Mensis incipiat : ut a die electionis , vel a die per Judicem designanda : tunc incipiatur Mensis secundum quod occurrit in Calendario , & quod ex illo Mense deficit , accipiatur de sequenti : & ita habebit Mensis ille triginta dies , vel triginta & unum , ut in Calendario occurrerit . E. G. Ele&io fieri debet intra tres Menses a die vacationis , & talis dies fuerit Octava Januarii ; deficient ergo usque ad numerum triginta unius dierum , quibus constat Januarius , septem dies . Ergo septima dies Aprilis erit ultima trimestris : quia Januarius accipiet a Februario septem dies , & totidem Februarius a Martio , ( sive Februarius sit bissextilis , sive non ; hoc est , si ve habeat dies 29. sive 28. ) & totidem Martius ab Aprili . Similiter discurrendum in exemplo Bimestris concessi C. ex publico de conver. Conjugator. ad deliberandum de ingressu in Religionem ; nam cum hujusmodi bimestre currat a tempore contratti Matrimonii ; vel si Judex prescribat tempus , ab eo tempore : Menses computabuntur eo modo , quo tunc occurrent in Calendario ratione explicata ; & quidem hujusmodi dies computandi sunt de momento ad momentum . Videantur dicta lib. 1. c. 1. art. 6. & 9.

4 Dubium vero hic moveri potest , si unicus Mensis computandus sit , & hic a die 24. Januarii : utrum se extendat in anno bissextili usque ad diem 25. Februarii , non autem solum usque ad diem 24. ? & quidem hujusmodi dubium oriri potest ex eo , quod in anno bissextili dies 24.

& 25. Februarii uterque dicatur Sexto Calendas Martii , ut notum est ; atque adeo videtur computandus pro unico die .

Ad hujusmodi dubium respondeatur : quod aliqui satis probabiliter affirmant : pro unico die computandum esse diem 24. & 25. Februarii in Anno bissextili . Id autem alii etiam probabiliter negant . Alii denique docent , computandum esse pro unico die in favorabilibus , scilicet in odiosis : quam ultimam sententiam judicat veriorem Thomas Sanchez , uti videbimus 24. Februar. art. 6. qu. 2. ubi de hujusmodi quæstione tamquam loco suo erit agendum . Hinc interim patet responsio ad propositum dubium .

Quando autem jus , vel dispositio non exprimit fixum tempus , a quo Mensis incipiat , sed vage loquatur ; ut cum conceditur Indulgentia unius Mensis ; vel si quis promittat , se per Mensem in hospitali infirmorum curram habiturum : tunc quidam apud Sanchez n. 20. dicunt , illuni Mensem esse triginta dierum : quia sic communiter Menses accipiuntur . Ipse autem Sanchez cum nonnullis aliis ibidem judicat , esse verius , tunc computatis omnibus anni diebus , accipiendam esse duodecimam Annipartem pro quolibet Mense : quia cum aliqui Menses contineant triginta , alii vero triginta supra unum , nec assignetur principium Mensis ; non est , inquit , cur potius hunc , vel illum numerum eligamus : quare , ut haec confusio evitetur , melior computatio erit dicta ; cum unicus Mensis sit duodecima anni pars ; ita Sanchez . Sed haec minutiora , & profusa insueta , meo sensu , non videtur exigere communis loquendi ratio .

Qua-

## 6 Tr.I. Lib.III. Pars I. Not. pro Mens. in gen.

Quare usitatori sensui inhærendo, dico: quod quando jus, vel dispositio non exprimit a quo tempore Mensis incipiat, tunc ille Mensis esse poterit vel triginta dierum; vel triginta supra unum, prout magis favebit constituere: quia in dicto casu non est aliquis obligandus ad computandam pro uno Mense duodecimam anni partem, nisi solum prout est in usu, & civiliter. At qui prout est in usu, & civiliter Mensis est duodecima Anni pars non exakte, & physice, sed moraliter plus, & minus; aliqui enim Menses continent dies triginta & unum; alii vero dies tantum triginta: sed & unus, nempe Februarius, non continet nisi dies viginti octo, & aliquando, ut in bisextili, viginti novem. Ergo in dicto casu Mensis esse poterit vel triginta dierum, vel triginta supra unum pro ut magis favebit constituere. Neque in hoc adest confusio ulla, quam quidem Sanchez vitare contendit per illam

suam computationem, quæ si, ut videtur, ponatur Physica, & Mathematica; nullo exigitur jure; neque eadem est admodum facilis pro usu, & praxi: contra vero, hæc a nobis tradita est admodum facilis, ut patet: eamdem vero esse probabilissimam præsumimus, a nemine posse negari. Favent Jurisperiti: sic Paulus libro singulari de cognitionibus docet; quod *ubi lex duorum Mensum fecit mentionem;* & qui *sexagesimo & primo die venerit, audiendus est:* ita enim & Imperator Antoninus cum Di-  
vo Patre suo rescripsit.

Sed dices: Ergo si magis favebit, & etiam constituere licebit in dicto casu Mensem, qui solum constet diebus viginti novem, aut etiam viginti octo: quia etiam est inter Menses Februarius, qui non plus quam prædicto dierum numero constet.

R. Hoc non videri probabile: Quod enim singulare est, non cadit in communem loquendi modum, qui ex frequentioribus fit.



C A-

# C A P U T II.

## D E O F F I C I O D E F U N C T O R U M .

**I** ~~E~~XTRA Adventum , Quadragesimam , & Tempus Paschale , prima cujusque Mensis die non impedita Festo novem Lectionum , alioquin alia sequenti die similiter non impedita , dicitur Officium Defunctorum . Rubr. Brev. Prima die Mensis impedita duplice , aut semiduplici , cum ex prescripto Rubricarum , Officium Defunctorum , & Missa Conventualis de Requie non sit celebra : Officium , & Missa bujusmodi differenda sunt ad aliam diem non impeditam , juxta Rubricas . S. R. C. 23. Martii 1745. in Eporegien. apud Caval. tom. 3. in append. post ultim. Decr. capit. 12. ibi Decr. 4. Utentibus Breviario Romano , nullam esse obligationem , praeter diem Commemorationis omnium fidelium Defunctorum , hujusmodi Officium recitandi , nisi aliunde iis adveniret , notabimus tr. 2. l. 1. par. 1. c. 2. q. 3. n. 18. Vide ibi dicenda .

**2** Prima die Mensis non impedita Festo duplice , vel semiduplici , & in qua occurrit recitari Officium Defunctorum , potest recitari Officium semel in hebdomada concessum , transferendo , vel etiam aliquando omittendo Officium Defunctorum . S. R. C. 27. Apr. 1697. & 7. Febr. 1699. apud Zach. Ind. Decret. n. 880.

**3** Prima die Mensis non impedita ut supra , recitandum est Officium Defunctorum , etiamsi in eodem Mense ex alia obligatione , vel de-

votione recitatum fuerit , vel recitandum erit . Vide Caval. tom. 3. c. 2. in Decr. 5. n. 2.

Si prima die Mensis non impedita dicendum sit Officium Defunct. ex alia obligatione , bis recitandum esse eadem die praedicta , docet Caval. l. cit. n. 3. Quod si id molestum sit , & alterum Officium fuerit ex fundatione ; hoc posse transferri , docet Guyetus apud eundem Caval. n. 4.

Prima die Mensis , si ea non sit impedita , recitandum est Officium Defunctorum , etiamsi ultima die praecedentis Mensis recitatum fuerit pro eodem praecedenti Mense ; quo casu primæ ejusdem Vesperæ dici debent post Vespertas ultimæ diei Mensis praecedentis , a quibus incipit prima dies Mensis sequentis , juxta ritum Ecclesiasticum . Caval. nu. 7. Vid. dicta l. 1. c. 1. art. 1. num. 8.

Vesperæ Defunctorum pro prima die Mensis dicuntur post Vespertas etiam Dominicæ , vel Festi de pracepto , si accidat . S. R. C. 23. Maji 1603. in Egitanien. apud Caval. to. 3. c. 2. d 5. Quæ Defunctorum sunt , a diebus Dominicis , & Festivis ante secundas Vespertas excluduntur ; secus post secundas Vespertas , quia tunc temporis expleta censetur diei solemnitas , & juxta Ecclesiæ ritum dies sequens incipit , ut modo dicebamus . Caval. l. cit. n. 9.

C A.

## C A P U T III.

## D E M I S S A.

I **P**RIMA die cuiusque Mensis ( extra **A**dventum Quadragesimam , & tempus Paschale ) non impedita Officio duplici , vel semiduplici , dicitur Missa principalis ( seu Conventualis ) generaliter pro Defunctis Sacerdotibus , & Benefactoribus , ( respectivarum Ecclesiarum ) & aliis . Si vero in ea fuerit Festum simplex , vel Feria , quæ propriam habeat Missam , aut resumenda sit Missa Dominicæ præcedentis , quæ fuit impedita , & infra hebdomadam non occurrat aliis dies , in quo resumi possit ; in Ecclesiis Cathedralibus , & Collegiatis dicantur due Missæ , una pro Defunctis , alia de Festo simplici , vel Feria prædicta . Sed in Ecclesiis non Cathedralibus , nec Collegiatis dicatur Missa de die cum Commemoratione generaliter pro Defunctis . Rubr. gen. Miss. tit. 5. n. 1. Pro hujusmodi Rubrica videri potest Caval. to. 3. c. 8. comment. in Decr. 1.

*Prima die Mensis impedita duplici aut semiduplici ; cum ex præscripto Rubricarum Officium Defunctorum , & Missa Conventualis de Requiem non*

fit celebranda ; Officium , & Missa hujusmodi differenda sunt ad aliam diem non impeditam , juxta Rubricas . S. R. C. 23. Martii 1745. in Eporegion. apud Caval. tom. 3. in Append. posita post ultimum Decret. Capitis 12. ibi decr. 4.

*Missa de Dominica , seu de Festo duplici , si illa die occurrat , debet dici cum Commemoratione SS. Sacramenti ad formam Rubricarum Missalis , quando fit particularis processio cum SS. Sacramento in aliquibus Dominicis , seu aliis diebus cuiuslibet Mensis . S. R. C. 6. Decembr. 1653. in Fanen. apud Caval. to. 4. c. 19. n. 7. Decr. 22. & iterum . Ubi est Confraternitas SS. Sacramenti , quando in una Dominicæ cuiuslibet Mensis fit Processio intra , vel extra Ecclesiam cum SS. Sacramento , debet dici Missa de Dominica . S. R. C. 20. Januar. 1693. in una Galliarum . Apud Caval. to. 4. c. 7. d. 34. Debet dici Missa de Dominica : vel de Festo occurrenti . Juxta dicenda in Appendice ad calcem Diarii , c. 3. art. 5. num. 20.*

C A-

# C A P U T . I V.

## DE OFFICIIS VOTIVIS MENSTRUIS.

**P**RO Officiis Votivis Menstruis, Missam, quæ pro similibus hebdomaticis notavimus lib. 2. par. recitari concessis, eadem notanda i. cap. 2. Videantur itaque ibi disunt quo ad horas Canonicas, & &c.



## C A P U T V.

DE INDULGENTIIS NONNULLIS, QUÆ OBTINERI POSSUNT  
SEMEL SINGULIS MENSIBUS.

## AGITUR SECTIONIBUS VII.

Sect. I. *De Ind. plen. pro Communione generali Menstrua.*Sect. II. *Indulgentia concessa orantibus pro morientibus, seu Animam agentibus.*Sect. III. *Indulgentia pro Oratione mentali.*Sect. IV. *Indulgentia pro Corona Domini.*Sect. V. *Indulgentia pro Corona septem dolorum B. V.*Sect. VI. *Indulgentia pro Supplicatione publica, seu Proceßione SS. Rosarii.*Sect. VII. *Indulgentia pro Salutatione Angelica ad pulsum Campanæ.*

## S E C T · I O I.

*De Indulgentiis Plenaria pro Communione generali menstrua.*

**C**OMMUNIONEM generalem menstruam, hoc est, semel quolibet Mense celebrari cœpisse Romæ anno 1616. refert Quintanadvenas in singular. tom. 1. in Append. ad Sacram. pœnit. tr. 1. dub. 1. n. 2. Benedict. Plaza de Purgator. part. 2. art. 5. §. 10. nu. 37. Cum Patres Societatis Jesu, per modum Missionis, ut dicitur, Romanum populum exhortati sunt ad Sacrae Communionis frequentiam, certumque diem designarunt, in quo omnes invitabant, in unam eamdemque Ecclesiam convenire, & Dominicam Coenam manducare. Tam sanctum institutum Romanus populus mira alacritate, devotione, & concursu amplexus est. Inde autem ad plures alias Orbis Provincias, eorumdem laudatorum Patrum opera, ingenti Animarum utilitate dimanavit. Summi vero Pontifices ad

augendam Fidelium Religionem, & Animarum salutem procurandam cœlestibus Ecclesiæ Thesalifis, pia charitate intenti, Indulgentiam plenariam addiderunt. Deinde alii quoque Regulares, imo & alii Sæcularium ecclesiарum Rectores tali exemplo, ac zelo salutis proximorum permoti, cum prospicarent ingentem Animarum salutem provenientem ex hujusmodi Communione generali, illam in suis Ecclesiis instituerunt, similemque Indulgentiam a Summis Pontificibus impetrarunt.

Ad hanc autem Indulgentiam lucrandam notanda sunt tria: 1. dies. 2. locus. 3. opera injuncta. Dies solet designari Festiva de præcepto, puta Dominica, pro populi communitate majori. Locus autem est talis Ecclesia designata ad hanc Indulgentiam consequendam. Opera exequenda sunt peccatorum confessio; Eucharistiae perceptio; Ecclesiæ visitatio; & in eadem Oratio pro concordia &c. Circa hæc nonnullas, quæ possunt occurrere, quæstiones proponemus, atque solvemus Subsec-

etio-

& ionibus IV. vitandæ confusione studio.

Subs. I. *Quæstiones circa diem Indulgentie Communio generalis.*

Subs. II. *Quæstiones quoad locum in quo conceditur Indulg. Commun. gen.*

Subs. III. *Quæstiones quoad Opera injuncta pro hac Indulgentia lucrandæ.*

Subs. IV. *Quæstiones ulteriores generales circa banc Indulgentiam.*

### S U B S E C T I O I .

*Quæstiones circa Diem Ind. Comm. gener.*

2 Qu. I. Si in formula Concessionis Indulgentiae hujus, ad illam lucrandam, designetur una ex Dominicis cuiuslibet Mensibus, an dies Communio generalis monstruꝫ debeat omnino esse Dominica?

R. Affirmative: & sic nullo alio hebdomadæ, seu Mensis die, quantumvis Festivus sit, Indulgentia hæc poterit celebrari. Quintanadv. supra cit. tr. 1. dub. 3. n. 8.

3 Qu. II. Si ad hanc Indulgentiam celebrandam, præfigatur prima Dominica Mensis, utrum hæc sit, quæ vicinior est Calendis, ut solet juxta Rubricas Breviarii Rom. aut quæ prima occurret in Mense?

R. Dominica prima erit, quæ prima occurret in Mense, et si remotior sit a Calendis: quia Indulgentia datur in usum populi, qui sic juxta civilem usum intelligit primam Dominicam Mensis; vide quid in simili dicemus in Ostob. par. 1. nu. 7. & in Appendice ad Calcom Diarii c. 4. de dedic. Eccl. art. 2. qu. 3. num. 24.

Qu. III. Si ad hanc Indulgentiam lucrandam, non præfigatur certa Dominica Mensis prima, vel secunda &c. sed simpliciter una ex Dominicis cuiuslibet Mensibus: utrum ab una Dominica ad aliam, in qua hæc Indulgentia celebratur, debeant omnino intercedere dies triginta? Ratio dubitandi est, quia concessio est pro singulis Mensibus: Menses autem fere constant triginta diebus.

R. Negative; sed satis est, quod una sit Dominica hujus Mensis, v. g. Januarii; altera alterius Mensis Februarii. Unde si ultima dies Januarii sit Dominica, & in ea celebretur Indulgentia hæc pro Mense Januario: deinde ad eamdem Indulgentiam celebrandam in Februario, posset proxime sequens Dominica designari: et si communiter non expidiret, habito respectu majoris commoditatis populi, & usus ejusdem frequentandæ Communio generalis. Et contra, si prima dies Martii v. gr. sit Dominica, & in ea hæc Indulgentia celebretur: posset pro sequenti Communione generali, Aprilis Dominica ultima designari; licet in neutro casu intercedat ab una celebratione ad alteram Mensis simpliciter, seu dies triginta. Ita enim verificatur; quod una Communio generalis fiat in Dominica Mensis unius; & altera in Dominica Mensis alterius. Vid. Quintanadv. dub. 2.

Qu. IV. Utrum si dies ultima Mensis sit Dominica, possit in ea fieri Communio generalis pro mense proxime sequenti: & contra?

R. Negative. Vid. Quintanadv. dub. 2. n. 6. & 7. & patet ex responsione ad qu. 2. sup. factam.

Qu. V. An dies designatus in

B 2                   hac

hac re , computandus sit a primis Vesperis ad secundas : vel a media nocte ad medium noctem?

R. A media nocte ad medium noctem , docet Quintanadvenas ; quia dies designatur , non autem Festivitas . Porro quando Indulgentia affigitur alicui Festivitati ; ex. gr. Assumptionis B. V. , Ascensionis Domini , Dediicationis Templi &c. tunc quidem vult laudatus Auditor , diem computandam esse a 1. Vesp. Festi ad 2. Vesp. seu ad Solis occasum ; quia hujusmodi Festivitates secundum usum Ecclesiae incipiunt a 1. Vesp. & desinunt in 2. seu in Solis Occasu ; confer dicta lib. 1. cap. 1. art. 1. numer. 8. Quando autem Indulgentia affigitur diei , ut est in præsenti concessione ; diem computandum esse , docet , a media nocte ad medium noctem ; intelligitur enim , inquit , dies naturalis , & Civilis , qui vigintiquatuor horis constat , & computatur a media nocte ad medium noctem . Verum etiam quando Indulgentia conceditur pro aliqua solemnitate ; volunt alii , diem computandum a media nocte ad medium noctem : & solum a 1. Vesp. quando id in concessione exprimatur . Quemadmodum & alii docent contra : etiam quando pro Indulgentia designatur dies , hunc computari posse a 1. Vesp. usque ad occasum diei sequentis . Vide dicenda tr. 2. l. 4. par. 1. c. 2. art. 1. Sect. 1. Subs. 4. §. 2. q. 8. n. 110.

## S U B S. II.

*Quæstiones quoad Locum , in quo conceditur Indulg. Communionis generalis .*

Q u. I. Si hæc Indulgentia concessa fit celebrari *in Ecclesia propria* , vel etiam *aliena Sæculari* ; an possit nihilominus eligi Ecclesia Regularis ?

R. Negative ; expressio enim *Ecclesiæ Sæcularis* firmat regulam in contrarium : adeoque excludit Ecclesiam Regularium . Quintanadven. dub. 8. n. 1. Regularis autem Ecclesia , quæ excluditur ab hac ele-  
tione , est illa , quæ est propria Monasteriorum , Collegiorum , Conventuum ; vel Domorum cuiuslibet Religionis a Summo Pontifice approbatæ , ac Regularium Jurisdictioni omnino subjecta ; seu , ut docet Abbas , & Innocentius in C. Cum inter. n. 2. Quæ ad Regulares eo pleno jure ita spectat , ut nullum jus Episcopale in ea habere , vel exercere Ordinarius valeat , præter illud , quod specificè super Regulares Episcopo , vel Ordinario in jure , vel in Concilio conceditur . Item quæ dicitur ab Episcopi jurisdictione exempta , etiam si sit intra suam diœcesim : prout habetur in C. cum Episcopus , & ibi Glossa , & Geminianus de Offic. Ordin. l. 6. Ita Quintanadvenas l. cit. num. 2.

Interrog. Quid veniat nomine Ecclesiæ Sæcularis ?

R. Ecclesia Sæcularis est illa , quæ distinguitur a Regulari num. præcedenti explicata : hoc est : Quæ subjacet potestati Episcopi ita , ut hic in illam jus , seu jurisdictionem or-

ordinariam habeat. Unde sequitur, Ecclesias, quæ in dicta suppositione pro hac Indulgentia consequenda assignari possunt præter Ecclesiam propriam, esse Metropolitanas, Cathedrales, Collegiatas, Parochiales: quia hæc omnes Episcopi subjacent potestati, & ab illo gubernantur, & visitantur: & pro illis, ex jure communi, ad Episcopum, seu Ordinarium loci spectat jus præsentandi, instituendi, & exercendi similes actus jurisdictionis. Et quamvis aliquæ hujusmodi Ecclesiarum sint immediate Pontifici subjectæ, sunt nihilominus sacerdotes, sicut sunt in Romana urbe existentes. Ita Quintanadvenas dub. 8. a n. 2. qui n. 5. docet, propter has etiam rationes posse eligi pro Indulgentia concessa sub formula prædicta, Ecclesias omnes, Capellas, Oratoria, Sacella, Eremitoria Suburbiorum, Confraternitatum, Hospitalium, & simili locorum: dummodo Ecclesiæ nomine proprie gaudeant, & inter Ecclesias Regularium, illisque subjectas non sint, sed Ordinariorum jurisdictioni subjaceant. Ratio autem est, quia & sunt Ecclesiæ, & sunt sacerdotes: quod a Concedente Pontifice exquiritur.

9 Qu. II. An posita supradicta concessione, eligi possit pro hac Indulgentia celebranda Ecclesia Parochialis Regularibus subjecta?

R. Affirmative. Vide Quintanadven. dub. 8. a n. 8.

10 Qu. III. An possit eligi Ecclesia Monialium Episcopo loci, seu Ordinario subjecta?

R. Affirmat Quintanad. dub. 9. n. 2. quia absolute est sacerdotalis, quatenus sacerdotali jurisdictioni subjet; licet secundum quid sit Re-

gularis, quatenus Religiosis feminis deservit.

Qu. IV. An a præfatis possit eligi Ecclesia Sæcularis, ad hanc Indulgentiam celebrandam eodem die, quo ipsi in propria Ecclesia celebrent eamdem in eodem loco v. g. Civitate?

R. Negative: Ita enim in duplice Ecclesia celebraretur Indulgentia; quod non probatur ex formula conceptionis Vid. Quint. dub. 9. n. 1.

Qu. V. An saltem diverso die intra mensem eundem?

R. Negative: posito quod concessio sit pro una Indulgentia consequenda disjunctive vel *in propria*, vel *in aliena Ecclesia Sæculari* &c. Quint. dub. 9. n. 1.

Qu. VI. Si alicui Ordini Regularium hanc Communionem celebrare concessum sit, eorumdem Regularium sollicitudine & opera: an ipsi possint concedere Ecclesiis Sæcularibus seu Rectoribus earum, ut ii per se solos ibi celebrent illam?

R. Negative; sed debet fieri sollicitudine talium Regularium: eorum scilicet cura, superintendentia, præsentia, & regimine; vel saltem cum opera aliorum ex ipsis, qui Communionibus ministrandis adsint, & Confessionibus audiendis. Vid. Quintanad. dub. 9. n. 4. & La-Croix lib. 6. p. 2. q. 188. §. 4. Etsi tamen ad Indulgentiam lucrandonam, non opus sit, ut Confessio fiat apud aliquem ex iisdem Regularibus, neque ut ipsa Communionio recipiatur immediate de manibus eorumdem. Vide dicenda subs. 3. §. 2. qu. 3.

Qu. VII. Si concessio sit pro hac Indulgentia celebranda in Ecclesia propria, vel qualibet alia Sæculari, ubicumque existenti: an ubi nulla sit

14 Tr. I. Lib. III. Pars I. Not. pro Mens. in gen.

sit hujusmodi Regularium Domus , seu Ecclesia , possint iidem eligere Ecclesiam Sæcularem pro hac Indulg. in ea celebranda ?

R. Affirmative : dummodo celebretur eorumdem cura ec. ut qu. præcedenti . Vid. Quint. dub. 9. n. 2.

25 Qu. VIII. Si concessio sit pro hac Indulgentia celebranda in Ecclesiis etiam alienis Sæcularibus , de licentia Ordinariorum Locorum , illarumque Rectorum consensu : an Superiores locales talis Domus Regularis , aut alii , quibus ipsi commiserint , possint designare Ecclesiam Sæcularem , in qua hæc Communio celebretur ?

R. Affirmative : dummodo accedat licentia Ordinarii , & consensus Rectoris illius Ecclesiæ . Quintanad. dub. 10. n. 3. & 6.

16 Interrog. I. Quid veniat nomine Ordinarii loci , cuius licentia requiritur ad dictam causam ?

R. Venire Archiepiscopos , Episcopos , Capitula Sede vacante , illorum Vicarios , & omnes habentes Episcopalem , vel quasi Episcopalem jurisdictionem in suis Dioecesibus , aut Territoriis . Quint. dub. 10. n. 1.

17 Interrog. II. Quid veniat nomine Rectorum Ecclesiæ secularis ?

R. Venire præcipue Parochos , seu curam habentes Animarum intra limites alicujus oppidi , vel Parochiæ : unde Rectores in re præsenti sunt omnes Parochi , & Beneficiarii cum curam Animarum habentes : Vicarii etiam foranei constituti per loca Dioecesum , etiam quoad hoc Rectores Ecclesiarum suarum judicandi sunt ; sicut & illi , qui jurisdictionem , & regimen habent super Ecclesias . Ita

Quintan. dub. 10. n. 2. Administratores item Hospitalium , Rectores Ecclesiæ existimari posse , docet idem Quintan. ibidem n. 10. quia in illis , & illarum Ecclesiis curam gerunt Animarum . Capellani vero Ecclesiæ , cui non sit Parochas , quia Parochialis non est ; propriæ Rectores minime sunt , nec alii celebrantes in ea , neque Confratres , si ibi sit Confraternitas . Idem ibidem .

Qu. IX. An hæc Indulgentia pos- 18 sit in aliena Sæculari Ecclesia celebrari , solo solius Rectoris ejus requi- sito consensu ?

R. Negative : sed omnino requiri- tur etiam licentia Ordinarii , ut su- pra : posito quod sit expressa , & ab- soluta conditio a Pontifice requisita Vid. Quintan. dub. 10. n. 4.

Qu. X. An sufficiat licentia Or- 19 dinarii præsumpta , vel tacita , aut ratihabitio de futuro .

R. Affirmat Quintanadvenas dub. 10. n. 5. Reste tamen monet , con- sultius fore , semper expressam licen- tiam obtinere : ne Indulgentiæ con- sequutio sub opinione existat , seu dubia sit .

Qu. XI. An si Rector Ecclesiæ 20 Sæcularis renuat in sua ipsius Eccle- sia Communionem hanc celebrari ; possit nihilominus in ea celebrari cum sola Ordinarii loci licentia ?

R. Videtur , quod non : quia Pon- tifex quemadmodum Ordinarii loci facultas , ita & Ecclesiæ Rectoris consensus , ut habeatur , videtur im- ponere ; posito quod æque abso- lute , simpliciterque statuerit , hanc Indulgentiam celebrari posse in alienis Ecclesiis Sæcularibus , de licentia Ordinariorum locorum , illarumque Rectorum consensu .

Sed contra est ; quod Episcopo prin-

principalius commissa sit cura Ani-  
marum omnium seu Dioecesis; atque  
deo in sua Dioecesi est Parochus,  
& Pastor universalis; unde habet  
potestatem supra ipsos Parochos:  
quemadmodum notabimus tr. 2. l.  
5. par. 2. in ejus 1. par. c. 3. nu.  
124. Quapropter facultas quidem E-  
piscopi requiri videtur tamquam con-  
ditio, sine qua non habeat effectum  
Indulgientiae hujus concessio; ut do-  
cuius qu. 9. At vero Ecclesiae Re-  
&oris consensus proculdubio exigitur  
tantum, ut Communio haec genera-  
lis in aliena Ecclesia pacifice cele-  
bretur, seu sine ulla Rectoris illius  
offensione; & ita sustinet Quinta-  
nadenas; qui tamen recte monet:  
non esse in praedicto casu intendendum  
facultate Episcopi, ad vitanda odia;  
sicut ob eamdem rationem non esset  
Indulgientia haec celebranda in Ec-  
clesia Seculari in casu, quo Episco-  
pus facultatem negaret injuste. Vi-  
de laudatum Auditorem dub. 10. n.  
7. & 8.

**Qu. XII.** Utrum in Ecclesia Pa-  
rochiali, in qua duo sunt Parochi,  
requiratur utriusque consensus; si  
dicatur: Rectorum Ecclesiae consen-  
sum omnino requiri ad hanc Indul-  
gentiam lucrardam?

R. Negat Quintanadenas dub. 10.  
n. 9. & confirmari hoc etiam pos-  
set exemplo præcepti Paschalis: ex  
eo quia nimis, si plures sint si-  
mul Parochi unius, & ejusdem Ec-  
clesiae, seu Parochiarum; singuli possunt  
licentiam dare, alibi communicandi  
pro Paschate: uti docebimus tr. 2.  
cit. n. 124. Si tamen eorum alter  
expresse recusat, adhuc in hoc casu  
monet Quint. dissentiones, & invi-  
dias esse vitandas.

## S U B S. III.

Quæstiones quoad Opera adjuncta pro  
bac Indulgencia lucranda.

**O**PERA injuncta, ad hanc Indul-  
gentiam lucrardam, diximus  
esse Confessionem, Communionem,  
Visitationem Ecclesiarum, & Oratio-  
nem in ea pro concordia &c. Que-  
stiones, quæ circa haec possunt oc-  
currere, majoris claritatis gratia,  
tribus §. §. resolvemus. Sit ita-  
que

## §. I.

## De Confessione.

**Q**u. I. Cum haec Indulgencia con- 22  
cedatur Fidelibus vere péniten-  
tibus, & confessis: utrum Sacra-  
mentalis Confessio omnino sit præmitten-  
da etiam ab eo, qui non est sibi  
conscius mortalis, sed peccati tan-  
tummodo venialis?

R. Affirmative; videantur dicen-  
da 2. Aug. n. 6.

**Q**u. II. An Confessio fieri debeat 23  
ipso eodem die, cui affixa est Indul-  
gentia?

R. Quando Indulgencia concedi-  
tur Fidelibus vere pénitentibus, &  
confessis: non requiritur, ut confessio  
fiat eodem die, pro quo conceditur  
Indulgencia; sed (exceptis Indulgen-  
tiis Jubilæi, aliisque ad instar Ju-  
bilæi concessis) sufficit, si quis fre-  
quenti peccatorum confessione Ani-  
mam studens expiare, semel saltem  
in hebdomada ad pénitentiæ Sacra-  
mentum accedere, sit consuetus; vi-  
deantur dicenda 2. Aug. n. 7.

## §. II.

## q. II.

*De Communione.*

24 Qu. I. Utrum Communio hæc debeat omnino fieri in Ecclesia designata pro Communione generali?

R. Affirmative, posito quod id omnino ex forma concessionis Pontificis requiratur, & sub hac conditione Indulgentiam hanc Pontifex fuerit impertitus. Vid. Quint. dub. 11.

25 Qu. II. An illis, qui Communicare non valent in Ecclesia designata ad hanc Indulgentiam celebrandam, possit in opus aliud Communio commutari?

R. Negative, posito quod hujusmodi facultas a Pontifice concessa non sit. Quint. l. cit. n. 2.

26 Qu. III. An Communio hæc debeat omnino recipi de manibus talium Regularium, seu Rectorum Ecclesiæ, quorum sollicitudine hæc Indulgentia fit celebranda?

R. Negative; sed satis est, ut suscipiatur a quocumque Sacerdote Sæculari, vel Regulari in ea Ecclesia Communionem ministrante; ubi enim dicitur Communio hæc celebranda sollicitudine talium Regularium, aut Rectorum talis Ecclesiæ: id non importat, quod immediate per illos ipsos Communio ministretur; sed quod eorum cura, superintendentia, studio, & diligentia fiat: has enim significaciones importat verbum *solicitude*; ita Quint. dub. 12. n. 6. recole dicta Subs. 2. qu. 6.

27 Qu. IV. An valeat Communio facta die præcedenti?

R. Negative; sed hæc Indulgentia ita requirit Communionem eadem die, ut nullo modo quispiam

lucrari valeat illam, nisi in die designata pro Communione generali, communicaverit, quantumvis proxime præcedenti die communicasset in eadem Ecclesia. Quint. dub. 12. n. 4. & Lugo apud ipsum n. 5.

## q. III.

*De Visitatione Ecclesie, & Oratione.*

Qu. I. Utrum Visitatio, & Ora- 28 tio fieri debeat in eadem Ec- clesia, in qua Communio?

R. Affirmative, posito quod id a Pontifice exigatur in forma Concessions Indulgentiæ hujus. Quint. dub. 4. nu. 10. & dub. 11. nu. 1. Utrum autem opus sit omnino in gredi, & esse intra Ecclesiam? Vid. Benedict. Piazza de Purgat. par. 2. art. 5. §. 9. nu. 22. & 23. & di- cenda tr. 2. l. 4. par. 1. c. 2. de Bull. Cruc. art. 1. Sect. 1. Subs. 4. §. 2. qu. 16. & 19.

Qu. II. An Visitatio, & Oratio 29 hæc fieri possit in Vesperis diei præcedentis?

R. Negat Quintanadvenas dub. 3. nu. 5. & 6. & dub. 13. nu. 6. fieri debere contendit, intra tempus, quod fluit a media nocte ad mediam noctem ipsius diei Civilis, puta Dominicæ, pro Communione generali designatae: ob rationem assignatam Subs. 1. qu. 5. sed vide dicenda tr. 2. l. supra cit. qu. 8. num. 110.

Qu. III. Pontifex exigit, ut ore- 30 tur pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione: Jam vero videntur simplices, pueri, & idiotæ personæ non valeare in Oratione expresse ad hæc inten-

tendere, & pro his orare, cum certe difficulter valeant hæc in mente retinere; quid ergo?

¶. Pro hujusmodi satis erit, dirigere suam ipsorum Orationem, seu in genere intendere secundum voluntatem, & intentionem Pontificis orare; vide dicenda 2. August. num. 9.

## S U B S. IV.

*Quæstiones ulteriores generales, circa banc Indulgenciam.*

31 Qu. I. Utrum hanc Indulgenciam lucrari possint non habentes Bullam Cruciatæ in Regnis, ubi hæc promulgatur?

¶. Affirmat, dummodo applicent Defunctis, ubi in concessione sit expressa facta facultas hanc Indulgenciam applicandi Defunctis; Quintanadvenas dub. 14. n. 7. & 8. Per Bullam Cruciatæ quidem minime suspendi Indulgencias pro Defunctis, seu concessas immediate pro Vivis, & applicabiles Defunctis, esse sententiam piam, atque probabilem, licet minus tutam: docebimus tr. 2. lib. 4. par. 1. c. 2. de Bull. Cruc. art. 1. sect. 1. subf. 4. §. 4. qu. 11. ubi etiam qu. 12. examinabimus: an absque Bulla Cruciatæ, in locis, ubi ea promulgatur, possint Indulgencias extra ipsam Bullam concessas lucrari illi, qui præ nimia paupertate non valeant erogare stipendum requisitum ad accipendam Bullam?

32 Qu. II. Utrum hæc Indulgencia suspendatur, adeoque promulgari, & celebrari nequeat tempore Jubilæi Anni sancti?

¶. Negat suspendi, Quintan. loc. T. M. II.

cit. & tr. 8. ejusdem Append. dub. 14. n. 5. & 6. si hæc Indulgencia concessa sit applicari Defunctis; monet tamen, ne ita prædicto tempore publicetur, & requiratur, ut vel scandalum oriatur, vel offendantur Prælati, vel adhuc pro Vivis minime suspensa intelligatur. Verum La-Croix lib. 6. par. 2. qu. 198. §. 4. testatur, quod ex declaracione Clementis X. durante Anno Sancto, quamvis Indulgencias immedia te pro Defunctis concessæ, maneat; tamen concessæ immediate pro Vivis, & applicabiles Defunctis, quales sunt, inquit, Agonizæ, & Animarum, seu Communionis generalis, revocentur; videri etiam possunt, quæ idem habet sequenti §. 5. Sed lege etiam Zachariam in 2. animadvers. in laudatum §. 4. Patris La-Croix.

Qu. III. Utrum tempore Interdicti localis generalis possint solemniter pulsari Campanæ ad commonendum populum de hac Indulgencia Communionis generalis?

¶. Affirmat, lateque probat Quintanadvenas Append. ad Sacr. pœnit. tr. 1. dub. 15. ( alias per errorem 16. ) a num. 3. & dubio 17. ( per errorem 18. ) dat praxim pro celebrandâ hac, & simili indulgentia tempore Interdicti, quoad Campanarum pulsationem, & alias solemnitates, & Eucharistiae expositionem, quæ fieri consuevit in die celebrationis Communionis hujusmodi generalis; & tandem dubio ultimo dat Ritum pro Eucharistia repnenda pœfato eodem tempore. De his igitur videri potest laudatus Author: nos enim ab eorum explicacione abstinemus, quoniam casus rarissimus est; cæterum de exposi-

## 18 Tr. I. Lib. III. Pars I. Not. pro Mens. in gen.

tione SS. Sacramenti tempore Interdicti localis generalis nonnulla ex eodem notabimus in Append. ad calcem Diarii, c. 3. art. 1. fine.

- 34 Quidam IV. Utrum ad lucrardam Indulgenciam hanc, sit necessaria expositione Solemnis Eucharistiae?

R. Negative. Quod si fieri soleat, id utique est ad majorem Solemnitatem, & devotionem promovendam; ita Quintadv. to. 1. singular. Append. ad Sacr. Poenit. tr. 2. dub. 2. n. 8. fine. Et generaliter loquendo, Indulgenciarum Visitantibus Ecclesiam aliquam concessae, acquiri possunt absque eo quod SS. Eucharistiae Sacramentum expositum sit: ut declaravit Benedictus XIV. Const. incip. *Accepimus in Civitate*, tom. 2. Bullar. sui.

## S E C T I O II.

*Indulgencia concessa Orantibus pro Mortuorum, seu Animam agentibus.*

- 35 **Q**UICUMQUE devote intererit Orationi publicae, quae singulis mensibus fieri consuevit pro moribundis in Ecclesiis Clericorum Regularium ministrantium Infirmis, qui vulgo Cruciferi dicuntur: piasque ad Deum preces effuderit pro morientium, seu animam agentium felici transitu: consequetur septem annos, & totidem quadragenas Indulgenciarum, Defunctis applicabilem, concessam ab Innocentio XI. Constit. 41. pag. 56. to. 8. Bullar. Mainardi, & meminit Piazza de Purgator. part. 2. art. 5. §. 10. nu. 45. Indulgenciam plen. seme, & iterum in anno pro hac Oratione concessam notabimus

in Appendix ad calcem Diarii c. 12. §. 6. num. 11.

## S E C T I O III.

*Indulgencia pro Oratione mentali.*

**B**ENEDICTUS XIV. per Litteras 36 Apostolicas in forma Brevis, concessit Indulgencias pro Oratione mentali. Incip. *Quemadmodum* tom. 2. Bullar. ejusd. p. 161. & in Selectis Const. n. 56. par. 1.

Jam antea Paulus V. sua Constitutione data 23. Maii 1606. *Romanus Pontifex*. 21. To. III. Bullar. Cherub. Revocatis omnibus Indulgenciis directe concessis cuiuscumque Ordinis Regularibus, concedens autem alias de novo, inter has §. 14. concederat Regularibus facientibus orationem mentalem singulis diebus per dimidium horae, & sic perseverantibus per mensem integrum, atque ultima Dominica ejusdem mensis confessis, & Communione refectis, sexaginta annos, & totidem Quadragesinas Indulgenciarum.

## S E C T I O IV.

*Indulgencia pro Corona Domini.*

**Q**UOTIDIE per Mensem integrum, 38 & continuum recitantes Coronam Domini nostri Jesu Christi, consequuntur Indulgenciam plenariam Defunctis applicabilem, quam cum solitis conditionibus concessit Clemens X. apud Plaz. l. cit. n. 44.

S E

## S E C T I O V.

*Indulgencie pro Corona Septem  
Dolorum B. Virginis.*

- 39 **Q**UOTIDIE recitantes per mensem integrum , & continuum Coronam septem dolorum B. Virginis , consequuntur Indulgenciam plenariam , Defunctis applicabilem , quam cum solitis conditionibus largitus est Clemens XII. apud Plaz. l. cit. Aliam Ind. plen. annuam pro iisdem notabimus in append. ad calcem Dia- rii c. 12. n. 5. Quotidianam vero annorum plurium notavimus lib. I. c. 4. n. 2.

## S E C T I O VI.

*Indulgencie pro Supplicatione publica  
seu Processione SS. Rosarii.*

- 40 **D**E VOTE Intervenientes Processioni SS. Rosarii , quæ fit in quacumque prima Mensis Dominica , consequuntur septem annos , & totidem quadragenas Indulgenciarum , quam concessit S. Pius V. Const. 86. 2. §. 6. pag. 216. to. 2. Bull. Cherub. & meminit Plaza l. cit. n. 46. qui etiam refert , pro simili Processione fieri solita a Chordigeris , seu a gerentibus Sacrum Funiculum S. Francisci , centum annos Indulgenciarum intervenientibus illi promisso Sixtum V. Constit. 13. 2. pag. 385. ejusdem Tomi .

## S E C T I O VII.

*Indulgencie pro Salutatione Angelica ad  
pulsum Campanæ.*

- I**NDULGENTIA plenaria singulis Men- 41  
sibus semel obtineri potest ab iis , qui per Mensem recitaverint mane , aut Meridie , aut Vespere Salutationem Angelicam , hoc est Antiphonam *Angelus Domini* ad pulsum Campanæ modo , & situ respe- ctive explicatis lib. I. c. 5. de hu- jusmodi salut. Angel. n. I. & 19. Lucrantur autem die , quo magis li- buerit , & quem quisque per seipsum elegerit , si confessus , & Sacra Com- munione refectus fuerit , nec non con- suetas pro lucrandis Indulgentiis ple- nariis preces persolverit , pro Christianorum videlicet Principum con- cordia , Hærefum extirpatione , ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione . Concessit in perpetuum Bened. XIII. in Brevi dato 14. Septembr. 1724. quod promulgavit per Edictum Car- dinalis Paulucci Vicarii , & est nu- 32. pag. 356. to. 11. Bullar. Rom. Mainardi ; & confirmavit Bened. XIV. per Edictum Cardinalis Guadagni Vi- carii editum 20. April. 1742. & est n. 21. inter ejusd. Pontificis Select. Con- stit. par. I. Prædictam Indulgenciam in Anno Sancto minime suspendi de- claravit Benedictus XIII. 10. Januar. 1725. uti testatur Lucius Ferraris V. Indulg. art. 6. n. 19. fine .

## C A P U T     VI.

### DE RESERVATIONE BENEFICIORUM ET ALTERNATIVA.

**N**on conferendis Beneficiis Ecclesiasticis proprie talibus attendenda est Regula Cancellariæ , quæ nuncupatur Regula de Mensibus Apostolicis , & Alternativa pro Episcopis residentibus: pro qua videantur Garçias de Beneficiis to. I. par. 5. c. 1. a nu. 1. ad 67. & eodem c. §. 3. n. 190. & 191. & §. §. 10. 11. & 12. per tot. Castrop. de Virtutibus par. 2. tr. 13. de Benef. disp.

2. pu. 17. n. 1. & pu. 22. ac 23. per tot. La-Croix lib. 4. de Benef. a qu. 62. ad 67. incl. Chiaverta Instit. Jur. Canon. lib. 2. c. 9. §. 5. a n. 71. usque ad fin. §. Antonell. de regim. Eccl. Episc. lib. 3. c. 6. §. 1. Tambur. in decal. I. 1. c. 3. de conscient. §. 7. lit. M. v. **Mensis** , quo vacat Benef. Luc. Ferraris in sua Bibliot. V. **Alternativa**.



PARS

# P A R S I I.

## LIBRI III. TRACTATUS I.

NOTANDA SINGULIS ANNI CIVILIS MENSIBUS,  
ATQUE DIEBUS SIGILLATIM.

**N** duas rursus partes dispescimus  
præsentem tractationem pro quo-  
vis Mense : in prima dabimus No-  
tanda in genere tali particulari Men-  
se . In altera autem parte profe-  
remus notanda singulis sigillatim  
diebus Mensis ejusdem . Sit igi-  
tur .



### NOTANDA MENSE JANUARIO.

# P A R S I.

NOT. MENSE JANUARIO IN GENERE.

EXPLICANTUR §. §. III.

- §. I. *De Numero Dierum.*
- §. II. *De Reservatione Beneficiorum & Alternativa.*
- §. III. *De Constitutionibus Pontificiis legendis.*

#### §. I.

*De Numero Dierum.*

1 **J**ANUARIUS habet dies triginta su-  
per unum . Vide dicta parte 1.  
huj. libri 3. c. 1.

#### §. II.

*De Reservatione Beneficiorum, &  
Alternativa.*

2 **N** Reservatione Beneficiorum Ec-  
clesiasticorum ex Regula Cancel-  
lariae Januarius est Mensis Papalis .

In Alternativa est item Papalis .  
Vide dicta parte 1. huj. libri 3.  
cap. 6.

#### §. III.

*De Constitutionibus Pontificiis  
legendis.*

**M**ENSE Januario legatur a Regu- 3  
laribus in publica Mensa , vel  
in Capitulo , ad hoc specialiter con-  
vocato , Constitutio Clementis VIII.  
de largit. muner. & declarat. Urba-  
ni VIII.

PARS

## P A R S I I.

## M E N S I S J A N U A R I I

## NOTANDA SINGULIS SIGILLATIM DIEBUS.

## C A P U T I.

## N O T A N D A I . J A N U A R I I .

## EXPLICANTUR ARTICULIS V.

Art. I. *De Institutione, & Observantia Festi Circumcisionis Domini.*

Art. II. *De Horis Canonicas.*

Art. III. *De Missa.*

Art. IV. *De Indulgentiis.*

Art. V. *De Superstitionibus.*

## A R T I C U L U S I .

*De Institutione, & observantia Festi Circumcisionis Domini.*

I FESTUM Circumcisionis Domini ponitur C. Pronunciandum. 1. dist. 3. de consecr. sub nomine Octavæ Nativitatis; & C. Conquestus de Fe-riis sub proprio nomine Circumci-  
sionis. Est de præcepto universali, etiam in foro, uti habetur ex tra-  
ditione, & constat ex Constitutio-  
ne Urbani VIII. pro obseruat. Fe-  
stor. incip. Universa per Orbem. Dat.  
an. Incarn. Dom. 1642. Idib. Se-  
ptembr. & public. 22. Decembr. e-  
jusdem anni; in qua Constitutione  
recensentur omnia, & singula Festa  
ex obligatione gravi in foro univer-  
saliter observanda, inter quæ adnumeratur  
hoc Festum. Porro festum servandum esse de præcepto  
in foro, importat servandum esse  
cum obligatione gravi audiendi Mis-

sam, & vacandi a servilibus, & fo-  
renibus.

Nota hic: Benedictum XIV. ad 2 instantias nonnullorum Episcoporum permisisse quibusdam locis opera ser-  
vilia diebus Festivis de præcepto, minus tamen solemnibus; atque adeo exceptis omnibus diebus Domini-  
nicis, & præcipuis quibusdam Festi-  
vitatibus anni; in cæteris, solo one-  
re audiendi Missam vigente, reli-  
quum diei tempus liberum esse in  
præfatis locis ad laboriosa quæque  
opera exercenda. Vid. laudati Pon-  
tif. Constit. incip. Non multi Men-  
ses. 63. to. 2. Bullarii sui. Regno autem utriusque Siciliæ concessa est  
hujusmodi Festorum reducțio ab eo-  
dem laudato Pontifice Bulla incip.  
*Cum sicut quædam.* 65. to. 2. Bul-  
larii ejus, in qua sic legitur: Frat-  
termitatibus itaque vestris, Fratres  
Archiepiscopi, & Episcopi totius Re-  
gni Siciliae citra Pharum, ac Fratres  
Archiepiscopi Messanen. & Panormi-  
tan.

tan. per praesentes committimus, & mandamus, ut unusquisque vestrum in suis respective Provinciis, ac Civitatibus, & Diaecesis banc de Festis diebus legem Auctoritate Nostra Apostolica edicat, nempe ut diebus Dominicis Paschatis Resurrectionis, & Pentecostes, aliisque per Annum Dominicis diebus; nec non diebus Circumcisionis, Epiphanie, Ascensionis, Corporis Christi, & Nativitatis Domini; diebus Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Nativitatis, & Conceptionis Beatae Mariae Virginis Immaculatae; Natali die Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, die Festa omnium Sanctorum; ac Festa die cuiusvis praecipui quarumcumque Civitatum, vel locorum, Diaecesum praedictarum Patroni, pro veteri Ecclesiae Catholicae instituto, sacris non tantum astare Christi Fideles vestrarum respetive Civitatum, & Diaecesum teneantur; sed etiam a servilibus operibus Feriati sunt. In reliquis vero Festis sive per Apostolicam banc Sanetam Sedem, sive per Sinodales quarumcumque Diaecesum bujusmodi Constitutiones, sive quacunque alia de causa, etiam ex causa voti per Christifideles Civitatum, Diaecesum & Provincia rum bujusmodi, eorumque Majores facti, (quod quo ad banc partem Auctoritate Nostra Apostolica per vos commutari volumus) praeciptis, praescriptisque, Sacrosancto Missae Sacrificio interfuerint; ceterum negotiis familiaribus, servilibusque suis operibus, sine ullo prorsus conscientiae scrupulo incumbere, integrum cuique esto. Ubi vero obtingit, unum, cumdemque Episcopum duabus praesse Ecclesiis invicem Canonice unitis, (quod potissimum in Regno Siciliae citra Pharam existit, & quarum unaqueque suum

babet praeципuum Patronum, homines tanum illius Diaecesis, cuius Patroni Festivus dies recurrat, non vero alterius, volumus, & praecepimus eodem die cum Missa Sacrificio adesse, tunc a servilibus operibus sibi temperare. Hæc Summus Pontifex.

Cum autem Parochi, seu Animarum curam actu exercentes, teneantur applicare Missam pro Parochianis suis in communis diebus Dominicis, aliisque per annum Festis de pracepto: ut dicetur 25. Decembr. n. 41. eisdem ab obligacione hujuscemodi non excusari in præfatis diebus Festis, in quibus populus obligatione solvit abstinendi a servilibus, declaravit idem laudatus Pontifex Constitut. Cum semper.

19. Aug. 1744. in qua quidem Constitut. §. 7. hæc habet: Et quia nonnullis Diaecesis numerus dierum Festorum de pracepto de Apostolica Nostra Auctoritate, & consensu eatus est imminutus, ut nempe in aliquibus Festis, Christi Fideles, & Missam audire, & ab operibus servilibus abstinere debeant; in aliis vero populo permisum sit, opera servilia exercere, firma remanente obligatione audiendi Missæ Sacrificium; Nos, ut obortæ jam dubitationes circa onus applicationis Missæ Parochialis in bujusmodi diebus Festis penitus eliminentur, statuimus, & declaramus: quod etiam iisdem Festis diebus quibus populus Missæ interesse debet, a servilibus operibus vacare potest, omnes animarum curam gerentes Missas pro populo celebrare, & applicare teneantur. Hæc Pontifex Constitutione præfata, quæ extat tom. 1. Bullar. sui n. 103.

Qu. I. Quandonam Circumcisio nis Domini Festum fueri institutum?

R. Hu-

¶. Hujus institutionis certi initii memoriam non extare, testatur Suarez de Relig. to. I. tr. 2. l. 2. c. 5. n. 8. Certissime tamen hæc institutio satis antiqua est, ut videre licet apud ipsum Suarez ibi, & apud Benedictum XIV. de Festis Domini c. I. §. 4.

4. Qu. II. Quænam fuerit ratio institutionis hujus Festi? Nam ratio Octavæ Nativitatis, quæ videtur indicari in supra laudato cap. Pronunciandum, non est sufficiens; hæc enim licet sufficiat ad Solemnitatem quoad Officium; at quoad observantiam Festi non solet reputari sufficiens, nisi occurrat in die Dominicæ, & tunc ratione quidem Dominicæ, non autem ratione Octavæ Festum est de præcepto.

¶. Quod sicut occurrente die Octava in Dominicæ, est Festum de præcepto propter Dominicam; ita similiter occurrente in die Octava celebri, ac Solemni aliquo Mysterio, potest esse Festum de præcepto propter occurrens Mysterium. Jam vero cum Circumcisio Domini facta fuerit die Octava Nativitatis ejus, ut constat: hinc hujusmodi ratione Mysterii potuit, decensque fuit, dies Octava Nativitatis esse de præcepto. Et quamvis soleat Circumcisio cum Nativitatis Festo confundi, quia est veluti terminus, & Octava filius, ac supplementum ejusdem, ut explicabitur infra: adhuc tamen peculiari Festo meruit celebrari, tum quia eodem die cœpit Christus pro nobis solvere pretium sanguinis sui: Tum etiam quia Signaculum Circumcisionis, quod proprium laporum hominum videbatur, pro nobis sumpsit: Tum denique, ut in Nomine JESU, quod hoc ipsa

die accepit, omne genu reflectatur: Ad Philip. 2. 10. Quæ notavit Durandus in Ration. Offic. lib. 6. c. 15. num. 16.

Aliqui existimant, Festum hoc fuisse quoque institutum, ad impietàdias superstitiones, quas Gentiles in his Calendis Januarii observare solebant; uti habetur ex C. Non observetis. 16. 26. qu. ult. Illas autem superstitiones ex D. Augustino refert etiam Durandus l. cit. num. 17. & earum mentio fit in Brev. Rom. in Festo S. Petri Chrysologi 4. Decembr. in 2. Lect. 2. Noctur. & videri etiam potest Baronius in Notis Martyrol. Rom. sub hac die, Azorius Instit. Moral. part. I. lib. 7. c. 16. qu. 6. & Benedictus XIV. de Festis Domini c. I. §. 4. Vide etiam ex S. Isidoro dicenda 23. Febr. nu. 27. Ubi ex eodem traditum referemus, in his Calendis Januarii propter superstitiones easdem fuisse olim ab Ecclesia jejunium etiam custoditum. Ob has ergo, & alias rationes, inquit Suarez, sub præcepto Festum hoc generaliter est constitutum.

Sed dices: Videtur, quod de Circumcisione non debeat fieri Festum, cum dicat Apostolus: Si circumcidamini, Christus vobis nibil proderit. ad Gal. c. 5. v. 2. Et iterum: In Christo Jesu neque circumcisione aliquid valet. ad Galat. c. 5. v. 6. & cap. 6. v. 15. Præterea cum Ecclesia non faciat Festum de Passione Domini, videtur; quod in Circumcisione, in qua incipit Passio Domini, quando primum fudit Sanguinem suum, non sit faciendum Festum, sed potius lamentum; sicut tempore Passionis. Denique Ecclesia semper studuit in suis observatio-

tionibus, & Pessis longe recedere a judaismo; unde observantiam Sabbati in Dominicam commutavit, & Pascha suum semper celebrat in Dominica prima post Pascha Iudeorum, ne umquam cum Iudeis in Paschæ celebratione conveniat. Ne ergo videatur Circumcisionem approbare, atque adeo Judaizare, Circumcisionis Festum celebrare non debet.

5 R. Ad hæc respondeatur apud Durandum in Ration. Offic. lib. 6. c. 15. n. 13. quod Festum non sit de Circumcisione, sed de Octava Nativitatis. Verum hæc responsio non est vera; fatendum enim est, Festum hoc esse non solum de Octava Nativitatis, verum etiam de Circumcisione Domini; videatur Mennatus to. 1. par. 4. tit. 3. nu. 21. post Medium. Immo est de præcepto, non ut est Octava Nativitatis, sed ut dies Circumcisionis Domini, quemadmodum supra docuimus.

Dico itaque ad primum: allegata testimonia ex Apostolo nihil esse ad rem; non enim damnant Festum Circumcisionis Domini; neque ex iis colligi ullo modo potest, Festum Circumcisionis Domini non debere celebrari. Profecto prædicta testimonia nihil aliud sibi volunt, ut clarum est, nisi quod Circumcisio nihil prosit in lege nova, & gratia Christi, atque non amplius obliget suscepit ejus, immo nec liceat adhiberi. Hæc autem nihil obtunt celebrationi Festivitatis Circumcisionis Domini. Hæc enim simul stare possunt: Ritum Circumcisionis nobis esse prohibitum; & tamen in Christo pro nostra salute fuisse Mysterium.

Ad secundum dico: quod sicut  
TOM. II.

Ecclesia in ipsa semper detestabili culpa originali considerat tamen aliquid sola ingentia, & innumerabilia bona, quæ humano generi provenerunt ejus occasione; ( ideo enim acceperimus Redemptorem, & Salvatorem Jesum Christum Filium Dei: Ampliora adepti per ineffabilem Christi gratiam, quam per diabolus amiseramus invidiam. S. Leo Sermon. 1. de Ascens. atque hæc aliquando solum spectans, ac præ oculis habens Ecclesia, dicit exultans: O certe necessarium Adæ peccatum, quod Christi morte deletum est. O felix culpa, que taberna, ac tantum meruit habere Redemptorem. In benedict. Correi pæsch. in Sab. S. Vid. La-Croix lib. 5. q. 17. §. 12. n. 91. ) ita & in Passione Domini aliquando eadem Ecclesia solum considerat ingentia, & innumerabilia bona, & magnam Gloriam Dei, atque ipsius Christi, quæ inde provenerunt; unde exultat, & Festum celebrat. Alias vero considerat malitiam peccati Originalis, damna ab eodem illata humano generi; item considerat dolores, opprobria, ipsam Passionem, & mortem Sponsi sui Christi Domini; & tunc non celebrat Festum, sed dolet, atque tristatur; ut facit tempore Adventus, ac tempore Quadragesimæ, eo præsertim, quod dicitur Passionis, & maxime Feria VI. in Parasceve. Quod bene notavit laudatus Durandus loc. cit. Non enim, ( ut monet Rupertus Ab. lib. 6. de Divin. Offic. c. 2. ) ita gaudere debemus de gratia tradentis, vel de cibaritate morientis, ut non etiam doleamus, quod tanto Domino tormentorum, & mortis causa fuimus. Siquidem non gaudere iugritudinis; non dolere autem, crudelitaris

*tis est . Jamvero licet dicatur , in Circumcisione incipere Passio Domini , eo quod tunc primum fuderit sanguinem suum ; adhuc tamen in Passione hac non considerat Ecclesia humilitatem , & dolores Christi , sed Gloriam Redemptoris , & cœptæ bona Redemptionis humanæ ; inde merito exultat , & Festum celebrat . Videri possunt dicenda in Feste Inventionis S. Crucis 3. Maii num. 2.*

Denique ad tertium dico : hodiernum Festum non esse Festum simpliciter Circumcisionis , sed Circumcisionis Domini ; quod non est ullo modo approbare Circumcisionem pro lege Gratiae , aut illam celebrare , & solemnizare ; sed solum illud , quod Christus Dominus propter Redemptionem nostram in sua Circumcisione peregit , quando scilicet pro nobis cœpit solvere pretium sanguinis sui , ut dictum est , & nomen Salvatoris accepit , & simul munus exercere cœpit ; atque adeo nullus timor est Judaizandi in illius celebratione : si enim celebramus Pascha , & Festum Pentecostes , & non ideo Judaizamus , quia illud non celebramus cum Judæis , nec illud , quod Judæi ; multo minus Judaizamus , celebrando Festum Circumcisionis Domini ; dum per illud nullo prorsus modo solemnizamus Circumcisionem ; sed Mysterium prædictum Domini Redemptoris Nostri in sua ipsius Circumcisione peractum .

De convenientia Circumcisionis Domini disputat Divus Thomas 3. par. qu. 37. art. 1. Durandus in Ration. Offic. lib. 6. c. 15. a n. 6. Suarez to. 2. in 3. par. disp. 15. Sect. 1. Utrum vero existat præputium , seu particula Carnis abscissa

Christo Infanti in Circumcisione ? Videtur potest apud laudatum Durandum in Ration. lib. 4. cap. 42. num. 8. & apud Suarez cit. to. 2. laudata Sect. 1. fine , & disp. 47. Sect. 1.

De adoratione debita Sanctissimo Nomini Jesu videatur Suarez to. 1. in 3. par. disp. 54. Sect. 5. versus finem , Azorius Instit. Moral. par. 1. lib. 9. c. 8. qu. 12. Vasquez 3. par. qu. 25. art. 3. disp. 108. c. 11. De Lugo de Incarn. disp. 36. Sect. 5. n. 71. Bonac. to. 2. disp. 2. pun. 3. qu. 8. n. 9. Benedictus X I V . de Festis Domini c. 3. §. 5. Speciale vero Festum ab Ecclesia celebrari in honorem SS. Nominis Jesu in Dominica secunda post Epiphaniam , quod ideo videtur supplementum Festi Circumcisionis , notabimus tr. 2. in Dom. 2. post Epiphaniam .

Nota hic cum Durando in Ration. 6 lib. 6. c. 15. n. 16. Joan. Beleth. de Divin. Offic. cap. 71. & c. 146. atque Suarez de Relig. to. 1. tr. 2. lib. 2. c. 5. n. 8. fine : Circumcisionis Festum non solum Christo , sed etiam Virgini esse dicatum ; & constat ex multis Missæ , & Canonicarum Horarum partibus ; præsertim ex Collecta , Antiphonis , & Responsoriis magnam hodierni Officii partem esse de Beata Virgine ; unde Author Micrologi de Eccles. observat . c. 39. ait : *Hujus Octave Officium evidentissime de Sancta Maria agere* . Et notat insuper , Romanos hodie ad Sanctam Mariam Stationem facere ; ut quidem nos notabimus art. 4. Tradit etiam Durandus : olim duas Missas celebrari consueisse , unam de Virgine , alteram de Mysterio ; confer Meratum tr. 1. par. 4. tit. 3. n. 21. Et quidem hujusmodi duas Missas suis-

fuisse a singulis Sacerdotibus celebrata hoc uno, eodemque die, affirmat Cardinalis Bona, quem laudat Benedictus XIV. de Festis Domini c. 17. §. 5. & videri potest Meratus in Gavant. to. 1. in par. 1. in Rubr. gener. in præliminar. n. 16. circa medium. Etsi negent Theophilus Rynaudus, Carnalis de Lugo, & Vazquez, privilegium celebrandi Missas plures uno, eodemque die per Sacerdotes singulos fuisse unquam conœsum illi alteri Festo, quam Natalis Domini. Vide dicenda 24. Junii art. 1. Sect. 1. fine. Sed quidquid sit de hoc; pro eo quod Solemnitas hodierna sit etiam dicata Santissimæ Dei Genitrici, congruentiam assignat Durandus lib. 7. c. 1. n. 47. ubi hanc diem Octavam Nativitatis Domini vocat Octavam suppletionis, seu supplementi, quia in ea ( inquit ) suppleretur, quod minus factum est in Festo Nativitatis. Quia enim in Nativitate multum actum est de partu, & parum de parturiente, ideo in Octava plenius agitur de parturiente; quod apparet in Responsoriis &c. Ita Durandus. Idipsum significat Honorius in Gemma lib. 3. c. 15. Similiter sentit Micrologus l. cit. ubi postquam notasset, ut supra diximus, hujus Octavae Officium de Sancta Maria agere, & ad eamdem laudatam Dei Genitricem fieri Stationem, subdit: Nec in merito: super enim cum Nativitatem Domini celebraremus, nullum tam speciale Officium Matri ejus attribuere potuimus. Unde non incongrue illam specialius in Octava Domini veneramur, ne Solemnitate Filii sui expers esse videatur, quam tamen in eadem Solemnitate post Dominum maxime honorandam esse, non dubitamus; Quod placuit etiam Suarezio l. cit.

& videri potest Benedictus XIV. de Festis Domini c. 1. fine.

### ARTICULUS II.

#### *De Horis Casenicis*

FESTUM Circumcisionis Domini, & 7 Oct. Nat. ejus dupl. 2. Cl. Quaducunque Festum occurrat, transferatur. Rubr. gen. Brev. 9. num. 6. 10. n. 1. & 2. & in duabus tabeli excerpt. ex Rubr. gen. Brev. & in not. Brev. post Tabell. Occurr.

Offic. ut in propr. Sine ulla Commemorat. Octavar. Stephani &c. Rubr. hic. est enim duplex 2. Cl. ut diximus; Confer dicenda 25. Decembr. n. 157. fine: admitteret. tam in Laudibus, sicut in Missa privata, Commemorationem simplicis, si forte alicubi occurreret, & nonam lectionem illius, si haberet, juxta rubricam generalem de Festis 2. Cl. At cur non diei infra Octavam? Hæc enim major est Festo simplici? Sed ratio dispar est, quia de Octava saepius, de simplici vero semel fit, quo die scilicet occurrit. Ita Gavane. in Rubr. Brev. Sect. 3. c. 11. de Commem. n. 15. & cum Biso Meratus par. 1. tit. 7. n. 2. prope fin. Confer dicenda 14. hujus n. 8.

In 2. Vesp. Commemoratio tantum diei Octavae S. Stephani Antiph. ut in 1. Vesp. Festi, sed &c. ut in 2. Vesp. ejusdem Festi. Orationem diversa, & propria. Fit autem commemoratio tantum S. Stephani, quia de eo sequenti die habebitur Officium, sicut etiam fit Commemoratio de alio Festo simplici, de quo forte die sequenti habenda esset Commemoratio. Contra vero omittitur Commemoratio Octavarum S.

D 2 Joa.

## 28 Tr. I. Lib. III. Pars II. Not. Mens. Januar.

Joa. & SS. Innoc. quia Festum duplex 2. Cl. respuit etiam in 2. Vesp. Commemorationem diei infra Octavam, de qua sequenti die non habendum erit Officium, sed sola Commemoratio. Rubr. Gener. Brev. tit. 9. n. 6. Gavant. 1. cit. & Sect. 6. c. 6. n. 12. Confer iterum dicenda 14. hujus n. 8. Ratio potest esse eadem, quam modo supra dedimus ex Gavanto pro Commemoratione Sancti simplicis in Laudibus, & suppressione Commemorationis ejusdem Octavæ.

- 8 Si hodie fuerit Dominica, ipsa vacat seu nihil sit de ea. Rubr. Brev. posita ante Festum S. Thomæ Ep. & M. Vide dicenda tr. 2. lib. 2. lib. 2. par. 1. c. 1. n. 1.

## ARTICULUS III.

### *De Missa.*

- 9 ~~2~~ Festo Circumcisionis Domini, & Oct. Nativit. dupl. 2. Cl. Mis- sa. proprie. Credo. Praef. & Communicantes, de Nativ. sine ulla Commemoratione Octavarum occurrentium Stephanii &c. (Rub. hic.) Col. patrum alb. Rubr. gen. Miss. tit. 18. n. 2.

An, & quale peccatum sit, non dicere Praef. proprie. & Communicantes proprium; & an possit, aut debeat suppleri error, ubi advertatur? examinabimus tr. 2. in Dom. Resur. est. 3. qm. 1. & 2.

## ARTICULUS IV.

### *De Indulgentiis.*

~~2~~ **ODIE** possunt obtineri Indulgentiae Stationum. Habetur autem hodierna Statio ad Sanctam Mariam trans Tyberim: quia hodierna Festivitas non solius Christi est, sed etiam B. Dei Genitricis; ut notavimus art. 1. fine. De Stationibus agemus tr. 2. lib. 4. par. 1. c. 2. de Bull. Cruc. art. 1. Sect. 1., subs. 4. §. 2. a n. 101.

## ARTICULUS V.

### *De Superstitionibus.*

**Q**u. An sit supersticio, ex faustis, vel infaustis successibus primæ diei Anni Civilis existimare totum Annum futurum fore faustum, vel infaustum?

R. Affirmative. S. Joan. Chrysostomus homil. adversus eos, qui obseruant Novilunia: Non audis (inquit) Paulum dicentem: dies obseruantis, & menses, & tempora, & annos. Metuo vobis, ne frustra in vobis laboraverim: nempe extrema hoc est amentia, propter unum diem, si aaspicatus fuerit, per universum hoc expectare annum, &c. Videri etiam possunt dicta lib. 2. par. 2. c. 3. de Fer. 3. art. 2. de superstitione. Ubi simile ex D. Augustino testimonium adduximus. Prædictorum vero verborum Apostoli factam explicacionem laudat, & promovet Suarez de Relig. 20. 1. tr. 2. lib. 2. c. 2. n. 5.

CA-

# C A P U T   I I.

## N O T A N D A   I I .   J A N U A R I I .

### E X P L I C A N T U R   A R T I C U L I S   I I .

Art. I. *De Horis Canoniceis.*

Art. H. *De Missa.*

#### A R T I C U L U S   I .

*De Horis Canoniceis*

- 1 **N** Calendario Romano de die Oct. S. Stephani Protomartyris dupl. min. Lectiones omnes, & oratio propr. reliqua ut in Feste, & communione unius M. Commemor. Octavar. S. Joan. & SS. Innocent. In fine hymnorum dicitur adhuc *Iesu tibi qui natus*. & sic dicitur usque ad Nonam inclusive Vigiliae Epiphaniae, in fine hymnorum videlicet ejusdem metri, & non habentium ultimum versum proprium: & ad Primam in R. br. *Qui natus es* usque ad Vigiliam prædictam inclus. In 2. Vesp. Antiphonæ, de Laudibus. Psalmi autem ut in 2. Vesp. un. M. A capit. de sequenti die Octava S. Joa. Evang. dup. min. ut in propr. Commemoratio præcedentis, ut in 2. Vesp. Festi or. propria, & Commemoratio diei infra Oct. SS. Innocent. Cur autem Vesperæ non sint integræ de sequenti die Octava S. Joannis, utpote qui est Apostolus? ex particulari id fieri privilegio Sancto Stephano congrue concessio; existimat Caval. to. 2. c. 14. in Decr. 4. n. 11. & c. 18. in Decr. 11. n. 21. quia, inquit, in eo primitate Martyrum consecratæ fuerunt.
- 2 Si dies Octava S. Stephani vene-

rit in Dominica, de Dominica nihil fit. Rubr. Brev. vide dicenda tr. 2. l. 2. par. 1. c. 1. n. 1.

#### A R T I C U L U S   I I .

*De Missa.*

**N** die Octava S. Stephani dupl. 3 min. Missa ut in Feste, or. autem diversa, & propria; fit Commemoratio Octavarum S. Joan. & SS. Innocent. dicitur *Credo* ob respectum S. Joan. Apost. & Evangel. cuius est dies infra Octav. ut notat Gavantus in Rubr. Miss. par. 1. tit. 11. lit. l. Meratus ibi n. 3. Caval. to. 5. c. 12. n. 11. Præfatio sine Communicantes de Nativ. Rubr. Miss. Dicitur autem Præfatio de Nativit. quia Nativitatis Solemnitas censetur extendi usque ad Epiphaniam; vide dicenda 5. hujus art. 3. atque adeo reputatur Præfatio de tempore; & quamvis simus infra Octavam S. Joannis Apostoli, cui competit Præfatio propria Apostolorum, & Præfationi proprie de Octava cedat Præfatio propria temporis, quemadmodum docet cum Guyeto Caval. to. 2. c. 15. in Decr. 4. n. 3. & rursus to. 5. c. 14. n. 14. nihilominus dicitur Præfatio Nativitatis, atque adeo temporis, quia cum Præfatio propria de Apostolis non fuerit concessa

sa Sancto Joanni in ejusdem Festo, ob rationes, quæ videri possunt apud Caval. to. 5. c. 14. n. 22. nec illam infra suam Octavam valet invehere; ita cum Guyeto Caval. in cit. 4. n. 5. & rursus in cit. c. 14. n. 28. fine. In die autem Octava laudati S. Joannis conceditur ei a Rubrica Praefatio Apostolorum, ut cras videbimus, ob rationem significandam ibidem. Si tamen alicubi hodie occurreret Missa alterius Festi habentis Praefationem propriam, hanc dicendam esse, non illam Nativitatis, docet Caval. cit. c. 14. n. 26.

Ad nomen Stephani, & Joan.

Apost. inclinetur caput in Missa locis notatis in eorumdem Festo die, ubi de Missa.

Si dies Octava S. Stephani venit in Dominica, dicitur de Octava; de Dominica vero nihil fit. Rubr. Praefatio non dicitur de Trinitate, sed de Nativitate, quia haec usque ad Epiphaniam exclus. reputatur Praefatio propria de tempore. Confer dicta lib. 2. in Dominica art. 4. num. 56.

In die Octava S. Stephani col. 5 param. Rub. ex Rubr. gen. Miss. tit. 18. n. 2. & 3. ob rationem assignandam 4. hujus num. 6.

## C A P U T III.

### N O T A N D A III. J A N U A R I I.

#### E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S II.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

#### A R T I C U L U S I.

##### *De Horis Canonicis.*

1. *YN* Calend. Roman. de die Oct. S. & Joan. Evang. dup. min. lectiones omnes propriæ, reliqua ut in Festo, & communi Apostol. Commemor. Octav. SS. Innocentium.
2. Vesp. de eadem die Octav. S. Joan. Antiphonæ propriæ de Laudibus Festi, Psalmi ut in 2. Vesp. de communi Apostol. Capit. & reliqua ut in 2. Vesp. Festi ejusdem S. Joan. Commemoratio sequentis diei Octavæ SS. Innocentium, ut in

1. Vesp. Festi. Fit autem simplex Commemoratio prædicta sequentis diei Octavæ, quamvis duplicis, ut integræ Vesperæ hodiernæ sint de digniori concurrenti: ut notat Gavantus in Rubr. Brev. Sect. 6. cap. 6. n. 13. ex Rubr. de concurr. Offic. tit. 11. n. 2. & Cavalerius to. 1. c. 1. in d. 16. num. 23. fine, & to. 2. c. 18. in d. 11. nu. 14. Vide ex eo dicenda 6. Julii art. 1. num. 2.

Si dies Octava S. Joannis Evang. 2 occurrat in Dominica, de Dominica nihil fit; vide dicenda tr. 2. l. 2. par. 1. c. 1. p. 1.

A R-

## ARTICULUS II.

## De Missa.

**3** **T**N die Octava S. Joannis Evang. **A** dupl. min. Missa ut in Festo ; Commemoratio Octavæ SS. Innoc. Credo , Præf. de Apost. Rubr. Miss. Quæ Præfatio licet recitata non fuerit infra Octavam , neque in ipso quidem ejusdem die Festo , nihilo minus hac die recitatur , utpote quæ est , & se habet instar Festi duplicitis , atque solemnis Apostolorum . cui Festo talis profecto competit Præfatio ; ita Caval. to. 5. c. 14. n. 28. fine . Rationes autem peculiares , ob quas in Festo , & infra octavam prædicta Præfatione privatuntur , ad hanc diem minime censem-

tur extendi . Eamdem Præfationem Apostolorum esse dicendam hodie in Missa alterius Festi non habentis Præfationem propriam , quod aliquibi celebraretur , docet etiam Caval. loc. cit.

Paramentorum color album . Rubr. 4 gen. Miss. tit. 18. n. 2. ob rationem assignatam in Festo 27. Decembr.

Si dies Octava S. Joan. venerit 5 in Dominica , de Dominica nihil fit , sed dicitur Missa de Octava cum Præfatione de Apostol. ut supra .

An , & quale peccatum sit , non dicere Præfationem propriam ; & an possit , vel debeat , suppleri , ubi advertatur error ? Examinabimus in Domin. Resurr. art. 3. quest. 1. & 2.

## C A P U T I V.

## NOTANDA IV. JANUARII.

## EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. De Horis Canonicis.

Art. II. De Missa.

## ARTICULUS I.

## De Horis Canonicis.

**1** **T**N Calend. Rom. de die Octava SS. Innocentium dupl. min. lect. 1. noct. prop. reliqua ut in Festo , ( omisis Commemorationibus ibi descriptis , ) & communi plur. MM. dicitur *Te Deum* . Atque adeo non dicitur nonum Responsorium post

ultimam lectionem . Rubr. Brev. hic , & in Rubr. gener. tit. 31. n. 1. ob rationem assignatam 28. Decembr. art. 2. n. 5. & 6. hic art. sequ. n. unde animadvertisendum est hic : quod animadvertisimus in eorum Festo loc. cit. hoc est , in Octavo Responsorio post particulam Responsorii primo repetitam , addendum esse versum *Gloria Patri* , & reperendam esse secundo particulam illam responsorii : que-

quemadmodum fit in ultimo Responsorio, seu in Octavo, quando dicitur *Te Deum*. 2. Vesp. de eadem die Octava, Antiphonæ propriæ de Laudibus Festi, Psalmi ut in 2. Vesp. de communi plur. MM. reliqua ut in 2. Vesp. Festi, omissis Commemorationibus ibi descriptis; & fit Commemoratio Officii seq. diei, hoc est Vigiliæ Epiphaniæ semid. ut in prœdicto. & deinde commemoratio S. Telephori P. & M. ut in communi unius M. P. 2. loco.

2 Si alicubi cras occurrat aliquod Festum etiam solemne principale, Vigilia Epiphaniæ habet privilegium, ut de ea fiat adhuc Commemoratio in 1. Vesp. & Laudib. Rub. gen. Brev. tit. 6. n. 2. & tit. 9. nu. 4. Confer dicenda 14. hujus n. 6.

3 Si hæc dies Octava SS. Innocent. occurrat in Dominica, de Dominicæ nihil fit. Vide dicenda tr. 2. lib. 2. par. 1. c. 1. n. 1.

## ARTICULUS II.

### *De Missa.*

4 IN die Octava SS. Innocentium dup. min. Missa ut in Festo, omissis Commemorationibus, quæ ibi describuntur. Dicitur *Gloria in Excelsis*, & post Epistolam dicitur *Graduale* cum *Alleluja*, & versu sequenti, omissio *Tractus*. Non dicitur *Credo*: quia cum hæc dies Octava infra nullam aliam Octavam incidat habentem *Credo*, ex hoc capite sibi vendicare non valet Symbolum: quemadmodum sibi vendicat dies Octava S. Stephani, eo quod occurrat infra Octavam S. Joan. Apost., cui competit *Credo*: ut ibi

notavimus; quinimmo neque illud mutuare potest a suo Festo, quod cum de classe Martyrum sit, utique ex se illud non habet, sed in eo dumtaxat dicitur ex accidenti, & per aliud, nempe ratione Octavarum Nativitatis, & S. Joan. Apost. infra quas recurrat. Rite ergo Rubrica demandat Symbolum in tribus Missis de Nativitate Domini, & deinceps usque ad Octavam B. Joannis Apostoli inclusive. Consequenter dentans, Symbolum in die Octava SS. Innocentium non esse dicendum; licet in Festo fuerit recitatum; ut observat Caval. to. 5. c. 12. n. 11. fine. In Ecclesia autem propria dicendum sit *Credo*? Vide in eorumdem Festo 28. Decembr. n. 5. & 10. In Ecclesia Universali dicitur *Credo*; si hæc dies Octava incidat in Dominicam, dicitur autem ratione Dominicæ; licet eo casu de Dominicæ nihil fiat; porro ex Rubrica Symbolum dicitur in omnibus Dominicis per annum, etiamsi in illis fiat de Festo, in quo alias non diceretur, vel Dominicæ vacet; hoc est nihil fiat de Dominicæ. Vid. dicta l. 2. in Dominica n. 54. Praefatio de Nativitate, sine *Communicantes ejusdem*, & in fine Missæ dicitur: *Ite Missa est*. Rubr. Missal. eadem Praefatio Nativitatis dicitur, etiamsi occurrat Dominicæ, non autem Praefatio de Trinitate, quia Praefatio de Nativitate usque ad diem Epiphaniæ excl. habetur tamquam Praefatio propria temporis. Confer dicta lib. 2. in Dominica, art. 4. n. 56.

Paramentorum color Rub. quo-  
cumque die hæc Octava occurrat ce-  
lebrari. Rubr. gen. Miss. tit. 18.  
num. 3.

Qu.

6 Qu. Cur in Feste SS. Innocentium adhibeatur color violaceus ; in die autem Octava eorumdem color rubeus ?

R. Rationem prioris suo loco dedimus in eorum Feste 28. Decembr. art. 3. num. II. Posterioris autem est , quia color rub. Festivus est , & ideo competit diei Octavæ . Porro ipsa dies Octava Beatitudinem significat , & glorificationem connotat ; ex qua etiam ratione admittuntur hodie cantica lætitiae , puta *Te Deum* . *Gloria in excelsis Deo* . *Alleluja* , quæ in horum SS. MM. Feste non audiuntur extra Dominicam ; ut suo loco dicatum est .

Adhibetur autem color rubeus potius , quam albus , ob rationem traditam in eorum Feste ; quando illud accidit in Dominica ; diximus enim cit. n. II. id esse , quia Ecclesia habet etiam respectum ad Martyrium horum Sanctorum Innocentium puerorum . Profecto color rubeus , qui adhibetur in Solemnitatibus Martyrum , competit Mar-

tyribus propter effusum pro Christo sanguinem , cui color praeditus similis est ; ut observat Durandus in Ration. Offic. lib. 3. c. 18. nu. 4. & Gavantus in Rubr. Miss. par. I. tit. 18. m. 3. Licet subinde color idem soleat adhiberi in Festis item illorum Martyrum , qui sanguinem non fuderunt . Sed tunc color rubeus adhiberi potest propter ignem , cui item similis est ; propter ignem videlicet tribulationis , persecutionis &c. per quem hujusmodi Martyres transierunt , juxta illud : *posuisti tribulationes in dorso nostro : imposuisti homines super capita nostra. Transvimus per ignem* Ec. Ps. 65. v. II. & 12. & passim in Scripturis Sacris nomine ignis figurantur tribulaciones , & Passiones SS. Martyrum propter nomen Domini .

Eundem colorem rubeum fore adhibendum in Missa laudatorum SS. Innocentium , si ea infra annum legeretur uti Votiva , ex Rubr. gener. de color. eruit Meratus to. I. par. I. tit. 4. n. 36.



## C A P U T V.

## N O T A N D A V. J A N U A R I I.

## E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S V.

**Art. I. De Horis Canonicis.**

**Art. II. De Missæ.**

**Art. III. De Jejunio.**

**Art. IV. De Benedict. Mense, & gratiarum actione.**

**Art. V. De peculiari quodam Ritu benedicendi aquam in Vigilia Epiphaniae.**

## A R T I C U L U S I.

*De Horis Canonicis.*

**V**I GILIA Epiphaniae sine jejunio secundum dicenda art. 3. Offic. rit. semid. Rubr. Brev. bic. Lectio-nes 1. Noctur. de script. occur. seu de Epist. ad Rom. At 2. & 3. Noct. propr. reliqua vero quædam sumuntur ex Dominica infra Octavam Nativ., quædam ex Festo Circumcisionis Domini; videlicet ad Matutinum, & Laudes usque ad Capitulum exclusive, ut in Festo Circumcisionis; Capitulum, Oratio, (quæ terminatur: qui tecum vivis Óc.) & reliqua ut in Dominica infra Octav. Nativit. & fit commemoratio S. Telesphori P. & M. ut in communi unius M. P. 2. loco. Ad Horas Antiphonæ ut in Circumcisione; reliqua ut in Dominica infra Octav. Nativitatis. Non dicuntur Suffragia. Rubr. gen. Brev. tit. 35. n. 1. Et Prima dicitur omnino ut in Festis; & omittuntur Preces. Rubr. Brev. bic, & Rubr. gener. tit. 34. n. 2.

Si alicubi ex privilegio, vel legitima consuetudine, aliqua per id tempus celebretur Octava, ut Pata-

vii: diei infra Octavam sola Com-memoratio fiet. Cavaler. 10. 2. c. 15. 18. Porro in hac Vigilia non fit de semid. Caval. 1. cit. & Cav. in Rubr. Brev. Sect. 6. c. 7. n. 1.

Vespere de sequenti tantum Fe-sto Epiphaniae duplex. 1. Cl. ut in propr. In fine hymnorum per to-tam Octavam: Jesu tibi fit Gloria, qui apparaisti Gentibus. Rubr. gen. Brev. fit. 20. n. 5.

Si occurrat in hac Vigilia Fe-stum duplex, fit de Vigilia Com-memoratio tantum cum nona Lectione de homilia Vigiliæ: quia du-plici Officio occurrenti eodem die cedit semiduplex, quem quidem ri-tum habet hæc Vigilia. Exemplum autem, cuius meminit Meratus to. 2. Sect. 6. c. 7. n. 1. Patriarchalium Urbis, quæ transferunt Fe-stum apud eas duplex occurrens S. Telesphori, in usum universalis Ec-clesiæ non deserviat, ut monet Ca-val. loc. cit.

Si alicubi occurrat aliquod Festum Solemne principale etiam dupl. 1. cl. hæc Vigilia habet privilegium, ut etiam tunc fiat de ea Comme-moratio in 1. Vesp. & Laudib. cum nona Lectione de homili. Vig. Rubr. gen. Brev. tit. 6. n. 2. & tit. 9. nu. 4. Ca-

- Caval. loc. cit. Confer dicenda 14..  
hujus n. 6..
- 3 De quolibet duplice translatio non fit in hac Vigilia , quia est Officium occurrentis novem lectionum , ut animadvertis Caval. loc. cit. & Gavant. in Rubr. Brev. Se&t. 6. c. 7. nu. 1. cui adhæret Guyetus , & Meratus tom. 2. Se&t. 3. cap. 10. num. 3..
- 4 Huic Vigiliæ etiam Dòminica cedit, in quam nimur si cadat hæc Vigilia , fit de ipsa Vigilia . Rubr. gen. Brev. tit. 6. n. 2. Nec de Dòminica Commemoratio ulla habetur. Si quis autem crediderit , Vigiliam hanc habere rationem Dòminicæ , stareque pro Dòminica illa , quæ plerumque occurrit inter Circumcisionem , & Epiphaniam ; ac propstera vacare statuitur : non improbat Guyetus , teste Caval. , qui nec refragatur to. 2. c. 14. in decr. 4. nu. 2: immo & se ita credere affirmat c. 15. num. 18. Vide dicenda tr. 2. lib. 2. art. 1. c. 1. num. I.
- pria de tempore . Confer dicta lib. 2. in Dòminica art. 4. n. 56..
- Dicitur *Gloria in excelsis* : collige 7 ex Rubr. gen. Miss. tit. 8. n. 3. & confer dicenda 14. Aug. n. 3. Non dicitur *Credo* , nisi venerit in Dòminica , tunc enim ratione Dòminicæ dicitur . Rubr. gen. Mis. tit. 11. initio . Gavant. in Rubr. Mis. par. 4. tit. 3. n. 14. Præfatio de Nativitate tantum sine illius *Communicantes* . In fine Missæ : *Ite Missa est* : quia dictum est *Gloria* . Porro hæc Vigilia non est Communis , seu Ferialis , sed Festiva , & quasi Dòminicalis , ac ubi esset privilegium celebrandi Octavam hoc tempore , in Missa tum Solemni , cum privata de Vigilia , dicendum foret Symbolum ratione Octavæ , quemadmodum dicitur ratione Dòminicæ , quando hæc Vigilia occurrit in ea , utimodo notavimus ; ita cum Guyeto Meratus to. 1. par. 4. tit. 3. n. 22.. Caval. to. 2. c. 15. in d. 4. n. 6. & to. 5. c. 12. n. 17. ( alias per errorem 18. )

Cavalerius in cit. d. 4. n. 7. propter 8 hoc ipsum , quod hæc Vigilia non fit communis , seu Ferialis , non adhæret Guyeto solenti ; quod occurreret in hac Vigilia Festo duplice , in Collegiatis , & Cathedralibus duas Missæ cantari debeant : negat id Caval. docens : Rubricas præscribentes duas Missas in Vigiliis , si fiat de Festo : intelligendas esse de Vigiliis Ferialibus . Docet itaque in dicto casu cantandam esse Missam de Festo cum Commemoratione Vigiliæ Epiphaniæ , & in fine ejusdem Evangelio .

Si de hac Vigilia in Officio facta 9 sit tantum Commemoratio , fit & in Missa etiam Solemni cum ejusdem

E 2 Evan-

- Evangelio in fine, etiam si occurrat Festum 1. Clas. Meratus to. 1. par. 4. tit. 3. n. 22. cum aliis.
- 10 Hodie paramentorum color alb. Rubr. gen. Missal. tit. 18. n. 2.
- 11 Hodie prohibentur Missæ Votivæ, & Defunctorum ex Decr. S. C. R. 27. April. 1697. & 16. Jun. 1708. & 10. Decembr. 1718. & 16. Septemb. 1730. apud Caval. to. 3. c. 9. d. d. 6. 7. 8. 9. & Merat. cit. n. 22. fine. Si quis non solum privatas, verum etiam Anniversario- rum, aliasque Solemnies Defunctorum Missas, corpore non præsente, ab Epiphaniæ Vigilia exclusas esse putaverit: non admodum se refragaturum, inquit Cavalerius in cit. d. 6. n. 2. cum sit specialiter privilegiata ita; ut numquam sui faltem Commemorationem amittat, quemadmodum Octava Corporis Christi, & Nativitatis Domini.

## ARTICULUS III.

## De Jejunio.

12 **Q**UIDAM, ut refert Durandus in Ration. lib. 6. c. 16. fine, asseruerunt, in Vigilia Epiphaniæ jejunandum esse; ex eo moti, quod proprium Officium habeat, & *Alleluia* in Officio, nisi in Dominica interveniat, subticeatur; cui sententia non contradicit ipse Durandus. Profecto in Occidentalibus quibusdam Ecclesiis Epiphaniæ Vigilia olim jejunio colebatur, ut scribit Benedictus XIV. de Festis Dom. c. 2. §. 6. viderique possunt exempla apud Caval. to. 2. c. 15. n. 18. Nihilominus dicendum est: in hac Vigilia non esse Jejunium. Habetur ex Concil. Turon. n. 2. c. 13. teste Gavant. in Rubr.

Miss. par. 4. tit. 3. n. 14. Id ipsum videtur haberi declaratum ex Innocentio III. relato in *C. Consilium de Observat. jejunior.* Porro laudatus Pontifex ibi declarat: in Vigilia S. Joannis Evangelistæ non esse jejuniū, eo quod illius solemnitas infra Natalem Domini celebretur. Jam vero cum Natalis Solemnitas ad Epiphaniam usque videatur extendi, (& de facto, ex Thomassino idem Cavalerius tradit, Nativitatem Domini olim æstimatam esse unam festivitatem cum Epiphania; illamque propterea usque ad hanc propagari, fuisse putatam; idque affirmat Durandus 1. cit. initio, & n. 11. & vide ri possunt dicenda die seq. art. 1. Sect. 1. qu. 2. n. 5.) ideo pari ratione nec est in Epiphaniæ Vigilia jejunandum. Verum id jam constat ex Rubr. gen. Brev. Rom. tit. 6. num. 5. & Missal. tit. 3. n. 6. & ex ipsa praxi, ex qua docemur, non esse obligationem jejunandi in hac Vigilia. Et rati- videtur esse ea, quam modo innui- mus, nimirum quia, ut accepimus ex Auditoribus, Festum Epiphaniæ est idem cum Feste Nativitatis, unde durat adhuc Solemnitas Natali- tia, a qua excluduntur Jejunia, ne tantæ Solemnitatis lætitia minuatur. Vide dicenda 26. Decembr. art. 5. Idem docet Gavantus in Rubr. Miss. par. 1. tit. 3. n. 6. & par. 4. 1. cit. ubi affirmat, in hac Vigilia non es- se Jejunium propter lætitiam Nata- lis Domini, sicut nec in Vigilia Ascensionis ejus, propter gaudium Re- surrectionis ejusdem. Licet non de- sint Communidades Regularium in hac Vigilia Jejunantes, ut indicabi- mus art. seq.

Quod autem allegabatur in con- 13 trarium, hoc est, in hac Vigilia sub- ti-

ticeri lætitia Canticum *Alleluja*: juxta præsentem ritum non verificari, satis constat: in hodierno enim Officio vox hujusmodi særissime resonat, nec tacetur in Missa. Quod item hæc Virgilia sibi proprium usurpet Officium; hoc nihil facit ad admittendum Jejunium in ea, ut contendebatur; immo potius facit ad excludendum: Officium enim quod ipsi appropriatur, est desumptum a diebus maxime Festivis, nimirum a Dominica infra Octavam Nativitatis, & a Festo Circumcisionis Domini, præter lectiones proprias, quæ quidem sunt novem, sicut in diebus Festivis, unde & ritus Vigiliæ hujus Festivus est:

Cur autem, his non obstantibus: Vigilia celebrari dicatur in Choro, seu cur quo ad Officium, & Missam Epiphania cum Vigilia celebretur? Id factum significat Caval. loco supra cit. eo quod hæc olim fuerit ex Nocturnis Vigiliis Solemnioribus, de quibus nonnihil indicabimus 23. Febr. art. 3. n. 21.

#### A R T I C U L U S IV.

*Notanda, pro Benedictione Mensæ, & gratiarum actione.*

14 IN Cœna hujus Vigiliæ hoc sero formula benedicendi Mensam, & gratias agendi, erit ea, quam sequenti die proponemus n. 47. Anticipatur autem a 1. Vesp. eo quod mutatione Versuum, & Psalmorum in benedictione Mensæ, & gratiarum actione, quæ fieri solet pro varietate Festorum, regulariter fit a primis Vesperis Festi, si cœnetur in Vesperis; quia a primis Vesperis incepit Festum; ut notat Gavantus in

Rubr. Brev. Sect. 9. c. 6. n. 10. Merat. ibi n. 1. Caval. to. 4. c. 25. Comment. in Decret. 2. n. 5. 6. & 10. Vide dicta l. 1. c. 7. de benedict. Mensæ qu. 10. n. 30.

Monemus hic: similiter faciendum 15 esse; quoties varianda sit formula Benedicendi mensam, & gratias agendi in Festo habente Vigiliam cum jejunio, quæ Vigilia incidat in Dominicam, quo casu, ut notavimus in Domin. n. 72. anticipandum est Jejunium in Sabbat. & consequenter cœnatur in Vesperis Dominicæ, seu in 1. Vesp. Festi sequentis: E. g. incidat Vigilia Nativitatis Domini in Dominicam, eo casu in Cœna Dominicæ, ad benedicendam Mensam, & gratias agendas, adhibenda est formula præscripta pro die sequenti Nativitatis, & deinceps. Similiter si in ipsa Vigilia Nativitatis extra Dominicam, plena refectio sumeretur non in Meridie, sed sero. Caval. cit. num. 5. Merat. l. cit. Ubi tamen hodie esset Jejunium, ut de sua Congregatione testatur Cavalerius cit. num. 6., in plena refectione in meridie ibi adhibendi esent Versus Nativitatis in hac Vigilia; quia Festum sequens nondum inchoatum foret: ut animadvertisit ipsem Caval. loco cit. Ideoque supra, ex suppositione quod non fiat Jejunium, seu quod fiat cœna sero, diximus: *In Cœna hujus Vigiliæ hoc sero formula benedicendi &c.* Hinc etiam idem Caval. supra cit. n. 10. merito refutat opinionem quorumdam volentium: quoties prius Festi habentis benedictionem propriam jejunatur, mutationes versiculorum propriorum anticipate ponni debere in mane ipsarum Vigilarum.

AR-

## ARTICULUS V.

*De peculiari quodam Ritu benedicendi Aquam in Vigil. Epiph.*

16 VN Vigilia Epiphaniæ alicubi, ut & Venetiis, est consuetudo be-

nedicendi Aquam ea formula, qua traditur ad calcem Ritual. Rom. Pauli V. in memoriam Baptismi Christi Domini in Jordane; de quo ritu, seu consuetudine aliquid attingemus sequenti die numer. II.

## C A P U T VI.

## NOTANDA VI. JANUARII.

## EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. Notanda in Festa Epiphaniae.  
Art. II. Notanda infra Octavam.

## ARTICULUS I.

*Notanda in Festa Epiphaniae.*

## EXPLICANTUR SECTIONIBUS VII.

Sect. I. De Institutione, & observantia Festi.

Sect. II. De Horis Canoniciis.

Sect. III. De Missa.

Sect. IV. De Functionibus Pontificibus.

Sect. V. Notanda pro Defunctis.

Sect. VI. De Indulgencie.

Sect. VII. De benedictione Mensæ, & gratiarum actione.

## SECTIO I.

*De Institutione, & observantia Festi.*

FESTUM Epiphaniæ ponitur C. Conquestus. de Feriis. Est de præcepto universali, ut habetur ex tra-

ditione: vide dicenda inf. qu. I. & constat ex Constitut. Urbani VIII. incip. Universa: de observatione Festorum, quam allegavimus I. Januarii n. I. in ea enumerantur omnia, & singula Festa ex obligatione gravi in foro universaliter observanda, & inter illa adnumeratur hoc Festum.

In Officio etiam Ecclesiastico habet ritum amplissimum, & privilegia singularia, ac propria; ut patebit ex dicendis, & rationem reddemus art. 2. n. 56.

Hic solus innuisse, sufficiat: hoc Festum esse celeberrimum, ac Solemnissimum in Ecclesia; Vide Baron. in notis Martyrolog. hac die in verb. Epiphania fine: unde olim licebat veschi carnis, incidente Epiphania in Feriam sextam, sicut in Natali Domini haec tenus consuevit, ad indicium maximæ Solemnitatis: ut respondit Nicolaus I. ad Consulta Bul-

ga-

garorum e. 5. Etsi antiquus ille usus nunc exoleverit , ut animadvertisit Raynaudus to. 15. par. 1. Sed. 3. pu. 3. de elect. Sanct. n. 28.

3 Nota etiam hic : Epiphaniam inter Festa Majora adnumerari . Porro sunt Festa nonnulla adeo Solemnia , ut respective ad cætera nuncupentur Majora . Hæc autem sunt , præter Epiphaniam ; Nativitas Domini , Pascha , Ascensio , Pentecoste , & Assumptio B. M. V. Vid. Azor. Institut. Moral. par. 2. lib. 1. c. 25. qu. 9. & Suarez de Relig. to. 1. tr. 2. lib. 2. c. 10. n. 5. qui etiam vult , addendum esse Festum principale Patroni principalis loci , quod æque solemniter , ac prædicta , celebretur : item Festum SS. Corporis Christi ; cuius sententiam sequitur Tancredi de Relig. tract. 1. lib. 3. disp. 2. qu. 2. n. 37. Vide dicenda in Appendice ad calcem Diarii , c. 7. n. 10. & tr. 2. in Fer. V. post Dom. I. Pentec. n. 21. Majoritas autem prædicta consideratur in ordine ad non concedendam indulgentiam laborandi in dictis Festivitatibus sine valde extraordinaria causa . Suar. 1. cit. n. 4. & 5. Profetæ quo Solemnitus , & dignius est Festum , eo major est obligatio servandi illud , & in illius transgressione , & contemptu magis peccatur , ut docet Suar. 1. cit. n. 3. cuius signum est , quia magis scandalizat , seu offendit alios publica violatio Festi in hujusmodi diebus Solemnioribus ; quam in aliis minus Solemnibus .

Ex quo putarem , Circumstantiam notabiliter aggravantem accedere hujusmodi transgressioni , utique in Confessione aperiendam ; quatinus id non admittat laudatus Suarez 1. c. & cum eo Tancredi 1. c. n. 36. & La-Croix

1. 6. p. 2. qu. 148. §. 2. nisi ratione scandali , aut alicujus extrinsecæ circumstantiæ .

Enumerata vero Festa majora in ratione prædicta non extenduntur ultra unicum diem primum ; ita ut non comprehendatur Octava , nec duo quidem , vel tria sequentia Festa , si hæc sequantur , ut est in Natali Domini , Paschate , & Pentecoste . Dicitur : in ratione prædicta : quia in ratione alia aliter potest judicari . Vid. dicenda inferius n. 40. & in Dom. Resurr. n. 33. & 34.

Qu. I. Quandonam hæc Festivitas fuerit instituta ?

R. Ejus initium ignoratur ; creditur fuisse ab Apostolis instituta : de ea quidem meminit vulgatus Clemens Romanus lib. 5. Constit. Apostol. c. 12. & lib. 8. c. 33. Veteresque Patres tamquam de veteri Festivitate . Vid. Suar. tom. 1. de Relig. tr. 2. lib. 2. c. 5. n. 9. Hæc utique Festivitas semper celebris fuit in Ecclesia , & inter Apostolicas Festivitates post Nativitatem numerari solet . De præcepto ergo servandi hoc Festum & scriptum jus habemus , & Apostolicam traditionem .

Qu. II. Quænam sit causa hujus observantiae , & prædictæ Solemnitatis ?

R. Esse concursum trium Mysteriorum Vitæ Christi Domini , quæ significantur in Officio Canonico , ubi in Antiphona ad Benedictus dicitur : Hodie cœlesti Sponso juncta est Ecclesia , quoniam in Jordane lavis Christus ejus crimina : Currunt cum munieribus Magi ad regales Nuptias : Ex aqua factæ vino , latantur Convivæ . Et iterum in Antiphona ad Magnificat in 2. vesp. dicitur : tribus miraculis ornatum diem Sanctum colimus ; bōdie

die Stella Magos duxit ad Præsepium : bodie vinum ex aqua factum est ad nuptias : bodie in Jordane a Joanne Christus baptizari voluit, ut salvaret nos. Quibus innuitur, tria Festa hodie celebrari, seu Commemorationem sieri de tribus præcipuis Manifestationibus Christi Domini. Unde & in Codicibus antiquis hæc dies Epiphaniarum pluraliter intitulatur.

Porro Epiphanie græcum est vocabulum, & latine sonat Manifestationem supernam, sive supernam Apparitionem. Vid. S. Isidor. hispalens. Episc. de Eccles. Offic. lib. I. c. 26. Gloss. in L. omnes dies. V. Epiphaniarum. C de Feriis. Durand. in Ration. offic. lib. 6. c. 16. n. 1. & 2. Solet etiam hoc Festum appellari Theophania : sic C. Pronunciandum I. dist. 3. de consecr. Ordo Rom. & passim Scriptores Veteres de Eccl. Offic. quod significat Manifestationem ; seu Apparitionem Dei. Vid. Durand. I. cit. n. 1. & 5. ac Baron. in Not. Martyrol. hodie in V. Epiphanie & ad diem 25. Decembr. in V. Nativitas. Qui adhuc notat ; Veteres Christianos Egyptios Nativitatem Domini hodierna die sextæ Januarii celebrare consuevisse. Id ipsum ex Cassiano refert S. Isidorus hispal. Episc. de Eccl. Offic. I. I. c. 26. Confer etiam Merat. to. I. par. 4. tit. 3. n. 4. Eumdem ritum Græcos aliquando sequitos notabimus 25. Decembr. n. 3. ubi etiam n. 115. indicabitur : more græco, Epiphaniorum nomine aliquando venire ipsum diem Natalis Domini. Tradit quoque Durandus loco cit. hoc Festum appellari etiam Betphaniam, quod nomen, ut observat Joannes Beleth de Divin. Offic. cap. 17. conflatum est ex hebræo in priori sui parte,

in posteriori autem ex græco ; & interpretatur Apparitio , seu mani-  
statio Facta in Domo . Quo tamen  
nomine respicitur ad tertiam Ma-  
nifestationem Christi factam in do-  
mo Nuptiarum , quæ , ut dictum est ,  
hodie quoque recolitur. Quemadmo-  
dum nomen Epiphanie , dicit Du-  
randus n. 2. respicere primam mani-  
festationem Christi factam Magis .  
Nomen autem Theophanie respicit  
secundam manifestationem Christi  
factam in suo Baptismo ; quia tunc  
manifestatus est Filius Dei , Deusve-  
rus de Deo vero ; tunc etiam , ut  
idem Durandus n. 3. notat , tota  
Trinitas apparuit , nimirum Pater  
in voce , Filius in carne , Spiritus  
Sanctus in Columba specie . Propter  
quam quidem manifestationem Chri-  
sti in Baptismo appellatum aliquan-  
do fuit hodiernum Festum , Festum  
Illuminationis , seu Festum luminum .  
Vid. Baron. in Not. Martyrol. hac  
die in V. Epiphanie . Quod tamen  
non placet Hieronymo , qui vult ,  
hodiernum Festum debere Festum  
Epiphanie nuncupari ; uti ex Tille-  
mont refert Benedictus XIV. de Fest.  
Domini c. 2. §. 1.

Itaque Christus Dominus hodiernæ Festivitate recolitur manifestatus tripliciter : Primo nimirum quod per Stellam manifestatus sit , & adoratus a Magis , qui & munera obtulerunt . Secundo quod manifestatus fuerit hominibus a Spiritu Sancto , & Patre , quando ipse Christus voluit a Joanne baptizari in Jordane , cum & vox Patris intonuit : *Hic est Filius meus dilectus , in quo misericordia placui .* Matth. 3. 17. Tertio , quod manifestatus sit discipulis suis , qui inde crediderunt in eum , seu in fide ipsius confirmati sunt , cum in Nu.

Nuptiis Canæ Galileæ aquam vertit in vinum. Per hæc ergo miracula (ait S. Maximus Serm. 1. de Epiph.) Christus Dominus Redemptor noster oculis se voluit revelare Mortalium, quatenus invisibilis ejus divinitas, quæ latebat in homine, in opere non lateret. Et ante prædicta verba significaverat idem laudatus Sanctus Pater, hæc tria Mysteria uno, eodemque die celebrari, ad insinuandum mysterium Trinitatis, & unitatis Dei: quam recte (inquit) tria hæc nobis uno acta in die Mysteria prædicantur, qui ineffabilis Trinitatis arcanum uno Dei sub nomine confitemur!

6 Ex his autem tribus Mysteriis præcipuum locum habet Manifestatio fact Magis; ut observat Durandus l. cit. n. 7. post initium, & n. 8. versus finem; ac facile intelligitur ex Officio Canonico, & Missa, in quibus aliquid tantummodo attingitur de Baptismo, cuius tamen plenior Commemoratio differtur ad diem Octavam ipsius Epiphanie, ut observabimus ibi; & aliquid etiam parum miscetur de miraculo conversionis Aquæ in vinum; cuius item plenior Commemoratio differtur ad Dominicam secundam post Epiphaniam. Fere totum itaque hodiernum Officium, & Missa est de Mysterio Vocationis, Adorationisque Magorum. Ratio est, quia Magi fuere primiæ Gentium, e quibus Ecclesia se congregatam agnoscit; unde Ecclesia hodie celebrat diem Natalis sui, ut melius notabimus art. 2. n. 56.

7 Notari potest hic: ex testimonio Benedicti XIV. de Fest. Domini c. 2. §. 1. in Ecclesia Mediolanensi prædictis tribus manifestationibus Christi addi quartam de multiplicatione

TOM. II.

videlicet quinque panum, quibus Dominus quinque millia hominum satiavit. Quod creditur, apud nonnullas alias Ecclesias olim in more fuisse. Profecto manifestationem hujusmodi fuisse olim hodierna Festivitate etiam celebratam, significat Ordo Romanus antiquus tit. de Ordine in Vigilia Theophaniæ.

Qu. III. Utrum prædictæ tres Manifestationes hodie contigerint omnes?

R. Et dico 1. Primum Mysterium de Adoratione Magorum, pro certo satis haberi debet, ipsum hodie, sexta videlicet Januarii die contingisse; hæc enim, teste A-Lapide in c. 2. Matth. v. 1. Patrum est, atque Doctorum sententia communior; & videtur esse Ecclesiastica traditio, inquit Azorius Instit. Moral. par. 2. lib. 1. cap. 11. qu. 7. Magos videlicet die decima tertia ab ortu stellæ, & a Nativitate Christi, venisse in Bethlehem, & Christum Dominum adorasse; & Scriptores iidem nominatim laudant pro hac sententia Sanctum Augustinum Serm. 1. 2. & 3. de Epiphan. & Sanctum Leonem Serm. de eadem.

Nec minus certum esse debet, secundum quoque Mysterium, & ipsum hodie contingisse; videlicet Christum Dominum, cum esset quasi annorum triginta, Luce 3. 23. per Joannem Baptistam Zachariæ filium in Jordane suscepisse Baptismum sexta die Januarii. Similiter enim sententiæ huic Ecclesiæ, Patrumque traditionem favere, testatur laudatus A-Lapide in c. 2. Joan. v. 1. Quamplures quidem Patres pro hac sententia laudat Azorius l. cit. qu. 18. contra Sanctum Epiphanium h. ref. 51. ubi est opinatus, Christum

F

ba-

baptizatum fuisse die Octava Novembris. In Dominica autem Christum baptizatum fuisse, notavimus lib. 2. in Domin. n. 9.

10 Nota 1. quosdam haereticos olim dixisse: solum in die Epiphaniæ baptizari debere, pro eo quod Christus hac die fuerit baptizatus: nec dari Spiritum Sanctum baptizato in alia die. Ob quam haeresim extirpandam Sancti Patres decreverunt, neminem, nisi in articulo necessitatis, hac die Epiphaniæ baptizari debere; ut tradit Durandus in Ration. lib. 6. c. 16. n. 6. Profetæ & C. Non ratione. 11. & C. si quis autem. 14. disp. 4. de consecr. expresse excluditur haec dies a collatione Baptismi, nimis extra casum necessitatis: uti explicatur in aliis C. C. ibidem sequentibus. Nihilominus Ecclesiarum plurium usus particularis conferendi Baptismum solemniter in Vigilia Epiphaniæ, in memoriam Baptismi Christi Domini, retentus fuit aliquando in nonnullis locis; unde non desunt Missalia aliqua etiam Romana, quæ tenent in Canonone Orationem: *Hanc igitur &c. in qua mentio fit de recens baptizatis, dicendam in hoc Festo, & per Octavam ejusdem. Quæ tamen Oratione omnino est ab hujusmodi Romanis Missalibus expungenda, tamquam in illa perperam inventa ex prædictarum Ecclesiarum particularium usu præfato; ut animadvertis Cavalerius torn. 4. commentar. in Decr. S. C. R. cap. 22. de fonte Baptismali, comment. in Decr. 1. n. 3. & to. 5. c. 14. n. 30.*

11 Nota 2. Antiquum morem quemdam populi Christiani, quem refert S. Joannes Chrysostomus to. 1. homil. 24. ubi sic: *Omnes enim in hac*

*solemnitate (Epiphaniæ) sub medianam noctem, cum aquati fuerint, latices domum referunt, & recondunt, ac per integrum annum conservant, utpote quod bodierna die sanctificate sunt aquæ: fitque miraculum evidens, dum nibil, temporis longinquitate, aquarum illarum natura vitiatur, sed integro anno, atque adeo biennio, & triennio sepe, quæ hodie fuit bausta, incorrupta, ac recens permanet, ac post tantum temporis cum iis, quæ fuerint e fontibus eductæ, certat. Quem quidem morem etiamnum perseverare apud Christianos Orientales, & aliquando etiam prædictum miraculum renovari, tradit Benedictus XIV. de Festis Domini c. 2. §. 6. Verum & apud nos quoque, ut die præced. innuimus art. 5. in quibusdam Ecclesiis particularibus, etiam hoc tempore consuevit in Vigilia Epiphaniæ Aqua cum Solemnitate aliqua benedici: eo ritu, qui describitur in Rit. Rom. Pauli V. cuius consuetudinis meminit etiam laudatus Benedictus XIV. l. cit. & de ea quoque agit in suo opere de Canonizat. Sanct. l. 4. part. 2. c. 19. n. 22. & 59.*

Dico 2. non æque constare de 12 tertio Mysterio, scilicet de primo Christi miraculo in Nuptiis, an & ipsum fuerit patratum die sexta Januarii? Affirmant Durandus in Ration. lib. 6. c. 16. n. 7. Joan. Beleth explic. Divin. Offic. c. 17. initio. Honorius in Gemma lib. 3. c. 18. Suar. de Relig. to. 1. tr. 2. c. 4. n. 13. & c. 5. n. 9. & tom. 2. in 3. part. disp. 26. Sect. 1. & Azor. l. cit. qu. 21. qui etiam dicit; hanc esse communem veterum Patrum sententiam. Volunt itaque Christum fecisse primum miraculum an-

anno sequenti a Baptismo suo , die sexta Januarii .

Negat vero A-Lapide in cap. 2. Joan. v. 1. ubi ex Baronio , & aliis tacito nomine docet : miraculum vini factum fuisse a Christo eodem anno , quo baptizatus est post duos menses a Baptismo : scilicet die quinta Martii . Probat auctoritate nonnullorum Patrum , & ratione ducta ex historia primorum gestorum Christi , quam per singulos dies describit Joannes c. 1. & 2. quamque A-Lapide ipse explicat in 2. Joan. v. 1. ubi sic ait : *Hæc ergo est chronotaxis borum Christi dierum . Christus baptizatus fuit a Joanne anno etatis 31. die 6. Januarii , uti habet Ecclesæ , & Patrum traditio . Eadem die a prandio secessit in desertum , ibique jejunavit per 40. dies . Cœpit ergo jejunium die 7. Januarii , finit die 15. Februario , inde rediit in Nazareth , ibique mansit per 15. dies ; mox quinquagesimo sexto die a baptismo , ait S. Epiphanius hæresi 51. puta die 1. Martii Judæi miserunt legatos ad Joannem Baptistam , qui rogarent : an ipse esset Christus ? Abnuit Joannes , dixitque : Jesum esse Christum ; uti audierimus cap. 1. v. 19. Inde postero die , puta 2. Martii , venit Jesus ad Joannem , unde Joannes eum digito ostendens : Ecce , inquit , Agnus Dei , ecce , qui tollit peccatum Mundi cap. 1. v. 29. Sequenti die puta 3. Martii Joannes idem repetiit , & coram discipulis duobus testatus est : unde illi visitarunt Jesum , unusque ex eis Andreas fratrem suum Petrum ad Christum adduxit cap. 1. v. 35. In sequenti crastino , puta die 4. Martii Jesus ivit in Galileam , ibique vocavit Philippum , ver. 43. fuit hoc crastinum dies secunda ab ad-*

ventu Andreae , & Petri ad Christum : inde die tertia , puta die 5. Martii Nuptiae bæ factæ sunt in Cana Galileæ . Hæc A-Lapide ex Baronio , & aliis .

Mihi quidem posterior sententia 13 hæc apparet verior , quia non probatur , nec est verisimile , quod dicit Azorius qu. 1. fine : Christum ad exitum anni primi prædicationis suæ discipulos congregare cœpisse , & ab initio prædicationis usque ad finem anni primi nullum miraculum fecisse . Quod autem adducit pro hac re Epiphanium hæresi 51. non cohæret cum sententia ejusdem Epiphani apud A-Lapide l. cit. dicentis : Christum post duos Menses a suo baptismo fecisse primum miraculum ; & licet Epiphanius dicat : hoc miraculum patratum die 6. Januarii , id tamen dicit , quia ponit Christum baptizatum die 8. Novembris , ut supra notavimus : non ergo probatur ex Epiphanio , Christum fecisse primum miraculum ad exitum anni primi suæ prædicationis .

Denique ad illud , quod etiam dicit Azorius , communem Patrum sententiam habere ; die sexta Januarii Christum fecisse miraculum vini ; observo , eum adducere inter alios Augustinum , & Maximum ; sed eosdem adducit A-Lapide pro sua opposita sententia ; unde fortasse non plane constat de omnium Patrum mente , qui illud affirmare dicuntur ; vel potius non ea est communis Patrum sententia , quam utique non ignoraslet eruditissimus A-Lapide , aliquique Scriptores , qui expositam chronotaxim primorum dierum primi anni prædicationis Christi tradiderunt . Videri etiam potest pro

hac quæstione Benedictus XIV. de Festis Domini c. 2. §. 5.

14 Nec obstat 1. Ecclesiam miraculum vini a Christo Domino factum celebrare stabiliter die sexta Januarii ; non enim omnes Festi dies fixi , & stabiles , immobilesque celebrantur ab Ecclesia illo ipso die Mensis , quo primo peractum fuit mysterium , quod in hujusmodi diebus Festis celebratur , vel illud aliud , in cuius honorem instituti fuerunt . Videatur Benedictus XIV. de Festis Domini c. 2. §. 5. S. Petrus Damiani lib. cui titulus : *Dominus vobiscum* . c. 15. ubi docet , & ostendit , Festivitates quasdam proprio ipsarum tempore minime celebrari .

15 Nec obstat 2. in hodiernæ Solemnitatis Officio in Antiphona ad Benedictus dici : *Hodie vinum ex aqua factum est ad nuptias* . Et iterum in Antiphona ad *Magnificat* in 2. Vesp. *Hodie . . . ex aqua factio vino latet* tantur convivæ . Ex quibus Azorius l. cit. qu. 21. arguit , hanc videri esse Ecclesiæ Romanæ sententiam . Respondetur enim cum laudato A-Lapide l. cit. opposita verba idem significare , ac *Hodie ejus rei memoria apud fideles recolitur* , & in Ecclesia publice quotannis celebratur . Et ita etiam docent Baronius , teste eodem A-Lapide , aliqui apud ipsum , & videri etiam potest Benedictus XIV. l. cit.

16 Porro verba in Officiis Ecclesiasticis plerumque non referuntur ad tempora , in quibus proferuntur , sed ad legitimum tempus ; vel ad significandum id , quod Ecclesia intendit : quemadmodum notavimus l. i. c. i. nu. 59. Ita sit pro exemplo : Dics Festus Sanctorum Inno-

centium est fixus , stabilis , immobileisque ad 28. Decembris & in illo item Officio dicit Ecclesia : *Deus , cuius bodierna die præconium Innocentes Martyres non loquendo , sed moriendo confessi sunt* . Et tamen Festum Sanctorum Innocentium tali die celebrari videtur tanquam quoddam mysterium respiciens Nativitatem Christi , ut ex aliis notabimus ibi ; & ad augendam Nativitatis Domini solemnitatem , ut credunt Suarez , & A-Lapide , qui illos tradit occisos sub Pascha ; & quamvis aliqui illos putent occitos eadem prædicta die Mensis Decembris , qua eorumdem Festum celebratur ; hoc tamen non nisi ut probabile admittit ipsem Azorius . Sit etiam exemplo Festum Stigmatum S. Francisci . Porro Festus dies Stigmatum S. Francisci est fixus , & stabilis ; celebratur enim stabiliter die 17. Septembris ; & in illo item Officio dicitur in hymno : *Iste Confessor . . . Hac die latus meruit beata vulnera Christi* : Et tamen in lectionibus secundi Noct. principalis Festi ejusdem S. 4. Oct. habemus , quod *Festo die Exaltationis Sanctæ Crucis* . ( atque adeo decima quarta Septembris ) ei Seraphim Crucifixi effigiem inter alas continens apparuit : qui ejus & manibus , & pedibus , & lateri vestigia clavorum impressit . Sed etiam in ipso Officio Stigmatum legitur , id contigisse . *Circa Festum Exaltationis S. Crucis* ; sed non determinate die 17. Sept. ergo similiter ex eo quod Ecclesia die hac sexta Januarii una cum aliis duobus Mysteriis dicat : *hodie vinum ex aqua factum est ad nuptias* ; non sequitur , ipsam sentire , miraculum quoque vini hac die fuisse patratum ; sed illud : *Hodie*

die *vinum ex aqua factum est*: bene potest, ac debet explicari ita, ut solum significet: hodie memoriam fieri prædicti miraculi; quemadmodum patet in allatis exemplis, & aliis, quæ facile occurunt, & locis propriis attingemus.

17 Nec obest 3. quod Epiphanius barefi 51. n. 30. tradat, in memoriam, seu testimonium tanti miraculi conversionis aquæ in vinum, quosdam fontes in vinum, sua ipsius adhuc ætate, quotannis fuisse conversos die 11. Mensis Tybi, quæ apud nos est sexta Januarii. Respondetur enim, miraculum ab Epiphanio relatum confirmare quidem veritatem miraculi a Christo Domino facti; nullo autem modo adduci posse ad probandum tali præciso die accidisse: ut enim fidem haberi volumus Epiphanio, ajenti, miraculum Conversionis aquæ in vinum a Christo factum post duos Menses a baptismo: ita nec abscedendum omnino putamus a vero & proprio Ecclesiæ sensu, in communione Patrum traditione fundato, ex quo certum esse debet, Christi Baptismum die Januarii sexta contigisse. Istud ergo cum ex dictis constare debeat; manifeste sequitur, miraculum conversionis vini non fuisse die sexta Januarii patratum a Domino; nisi illud etiam opinari velimus, quod jam rejecimus, primum miraculum a Christo factum post annum suæ prædicationis fuisse.

Et quidem Epiphanius de laudati miraculi veritate tantum videtur sollicitus; novum aliquod ex vetere, & rursus Vetus ex novo confirmans, dum ait loco laudato: *In cuius rei fidem bodieque pluribus in locis idem,*

*quod olim factum est, prodigium in- stauratur, idque ipsum fontes, fluvii que testantur passim in vina conversi.* Et licet testetur hoc posterius miraculum factum fuisse illa ipsa hora, qua acciderat illud prius, mox subdens: *cujusmodi ad Cibyram Carie oppidum fons est, qui eadem illa hora, qua Ministri aquam bauserunt, ac Salvator dixit: date Architriclinio: in vinum vertitur.* Non dicit tamen factum id eodem die Mensis. Et quidem contrarium probant rationes adductæ pro sententia negativa.

Sed dices: non potest assignari 18 ratio, cur Deus prædictum miraculum quotannis die sexta Januarii renovaverit, & non potius die quinta Martii; ut congruentius videtur debuisse fieri, si tunc illud primum factum fuerit. Respondeo: causam dari posse hanc ipsam, quod Ecclesia die sexta Januarii miraculi hujus faciat mentionem, illudque celebret; & ita sentit A-Lapide loc. cit. Profecto Deus ita voluit tum rei veritatem, tum ipsum Ecclesiæ ritum miraculo confirmare, ut ostenderet, illam a Spiritu Sancto dirigi, recteque facere, atque disponere, quodcumque disponit, & facit.

Confirmatur ex iis, quæ habet Baronius in Not. Martyrolog. Rom. ad diem 3. Aug. in Invent. S. Stephani Protomartyris, ubi tradit: in Ecclesia S. Gaudiosi Episcopi, quæ est Neapolii Campaniæ Urbe, asservari ampullam vitream concreti sanguinis Sancti Stephani Protomartyris; ibique adhuc perseverare miraculum, ut super Altare ampulla posita, dum sacra Missarum Solemnia peraguntur, liquefcere, velut recens

ef-

*effusus sanguis aliquando conspiciatur: idque bac ipsa die (3. Aug.) qua S. Stephani Corporis inventio celebratur. Sed illud plane admiratione dignissimum, quod cum olim annis singulis tertia Augusti id fieri consueverit; ipso etiam anno, quo auctoritate Sanctissim. mem. Gregorii Papæ XIII. restitutum est Romanum Kalendarium; ad formam reductionis anni, non ut olim decem post dies, sed eadem ipsa Festa die sanguis visus est ebullisse, sicque annis sequentibus: idemque accidit de sanguine S. Joan. Baptiste.... Alia complura bis similia in diversis Orbis Christiani partibus accidisse audiimus; ut ex his plane constet; Divinis suffragiis, quæ in Sancta Catholica Ecclesia, ab ipsoque Rom. Pontif. sunt constituta, probari, atque firmari. Hæc Baronius.*

19 Si autem ulterius inquiratur causa, ob quam Ecclesia hoc miraculum celebret die 6. Januarii, cum ipsum praedicta die minime contigerit? Dico ex A-Lapide l.cit. causam esse, quia voluit Ecclesia tria miracula, quibus Christus primo se patet fecit Mondo, eodem Epiphaniæ, id est Apparitionis Christi die recolere, & celebrare.

20 Ideo autem institutum fuisse hac die Festum de tribus Christi miraculis praedictis, inquit Durandus in Ration. l. 6. c. 16. n. 8. quia hæc dies fuit antiquitus celebris in honorem Augusti Cæsaris propter triplicem ejusdem triumphum, quo suo tempore Romano Imperio tres Regiones subjugavit, scilicet Parthiam, Egyptum, & Mediam. Quod etiam scribit Orosius lib. 6. Illam ergo celebritatem Ecclesia in melius commutavit, videlicet ad celebrandum Christo pro ejus triplici præfato miracu-

lo; ita Durandus. Idque non improbare reputat Florentinus apud Benedictum XIV. de Fest. Dom. c. 2. §. 1. fine, dicens: *Nec improba-  
le est, Romanam Ecclesiam diem Octa-  
vo Idus Januarii Baptismo, Nuptiarum  
prodigio, & Magorum adorationi,  
hoc est triplici Christi triumpho aptasse,  
ut Romanos a Solemnitate propheta-  
na averteret. Celebris enim dies erat,  
ut Orosius adnotavit, ob triplicem  
Augusti triumphum; ut celebris quoque  
exinde apud Christianos fieret ob tripli-  
cem Domini gloriam, nempe barbarorum  
Regum, & Gentium adorationem,  
divinæ in Baptismo filiationis testimoniūm,  
atque ex mutatæ aquæ prodigio  
gloriæ sue manifestationem.*

## S E C T I O II.

## De Horis Canonieis.

**E**PIPHANIA dupl. 1. Cl. (Rubr. 21 gen. Brev. tit. 9. n. 5. & in duab. tabell. excerpt. ex Rubr. gener.) cum Octava. Omnia ut in prop. Ad Matutinum dictis Pater, Ave, Credo, Absolute incipitur hodie ab Antiphona: *Afferte Domino*. ut in Breviar. Ante quam Antiphonam adhiberi congruit signum Crucis, ut ad initium Officii fieri solet, dum aliis diebus dicitur *Deus in adjutorium*: *Quod etiam esse conigruum fieri*, suo loco dicemus, in triduo ante Pascha n. 10. quando similiter Officium recitat sine solito initio. In tertio Noct. non legitur Psalmus *Fundamenta &c.* cum sua Antiphona: quæ notantur dicenda pro Octava, ut suo loco. In R. Br. ad Primam: *qui apparisti hodie*: & similiter per totam Octavam. Rubr. gener. Brev. tit. 28. n. 3. In Epiphania Domini, & per

& per totam Octavam in fine omnium hymnorum dicitur : *Jesu tibi sit gloria, qui apparuisti Gentibus.* Rubr. gen. Brev. tit. 20. n. 5.

Quamvis ad Tertiam, Sextam, & Nonam Responsoriis brevibus addantur *Alleluja*: non ideo tamen adduntur ad Primam, & Completorium. Rubr. gen. Brev. tit. 29. 28. n. 5. ob rationem indicandam infra n. 27.

Secundæ Vesperæ de eodem Festo. Dicuntur omnes Psalmi de Vesperis Dominicæ, & reliqua ut proprio.

22 Si Epiphania venerit in Sabbato; in 2. Vesp. fit Commemoratio Dominicæ infra Oct. Epiphan. Antiphona ad *Magnific. Remansit.* ¶ non est in hoc casu: *Reges Tharsis.* nec R. *Reges Arabum*, sed ¶. *Omnes de Saba.* R. *Aurum, & Tbus.* Oratio *Vota quæsumus*, ut in Breviar. ubi de Sab. infra Octav. Epiphan.

23 Si Epiphania venerit in Domin. Dominicæ vacat, neque ulla de ea fit Commemoratio. Vide dicenda tr. 2. lib. 2. par. 1. c. 1. n. 1.

24 Qu. I. Cur Officium, seu Matutinum in Festo Epiphaniæ incipiat ex abrupto, absque consueto initio: ut notatum est?

R. Reliquia esse dicitur adhuc tenta moris antiqui, ita inchoandi Matutinum quodlibet: qui tamen ritus pro præsenti Festo, proprio non vacat Mysterio: quemadmodum & in triduo ante Pascha, quando similiter ex abrupto incipit Matutinum, imo & Laudes, nec non reliquæ horæ minores, ut suo loco notabimus. Et quidem in præsenti casu possunt rationes etiam plures assignari. Primo itaque dici potest: quod hodierna Festivitas præcipue

repræsentat Gentium Vocationem ad fidem: ut jam notavimus Sect. 1. quæst. 2. Gentes autem ignorant Ecclesiasticos hymnos, sacra Cantica, & Psalmos Davidicos: qua propter ipsi ad Ecclesiam venientes novi, recentesque non possunt laudare Dominum ore in Hymnis, & Canticis, & Psalmis. Congruè itaque initio Officii Matutini non dicitur: *Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.* nec Hymnus, nec Invitatorium cum Psalmo: *Venite exultemus Domino &c.* Sed congruentius dicitur initio: *Afferte Domino.* Quod utique Gentes præstare possunt; & ipsæ quidem currunt cum muneribus: ut dicitur in Officio, & afferunt Domino. Scilicet monentur Gentes, ut Domino offerant munera bonorum operum, & observantiam Dominicæ legis.

Secundo dici potest: quod, cum in hoc Festo fiat, ut dictum est, præcipue mentio de Gentilium conversione, quos Magi initialiter præcesserunt: quia conversio ipsorum Gentilium adhuc erat imperfecta, utpote in paucissimis, scilicet in ipsis tribus Magis; idcirco in signum hujus, ab Ecclesia omittuntur Cantica quæ jam Conversorum, seu perfectorum esse videntur: sicut *Gloria Patri*, Hymnus, & hujusmodi. Hac etiam de causa non præmittitur: *Domine labia mea aperies*; nec *Deus in adjutorium*. Prius enim corde creditur ad justitiam: postea: ore autem confessio fit ad salutem: secundum Apostolum ad Rom. 10. 10. Hæc ratio est Durandi in Ration. 1. 6. c. 16. n. 8. fine.

Tertio potest dici: cum modus iste incipiendi Orationem ex abrupto, multum valeat, ad conciliandam at-

ten-

tentionem , & audientium animos excitandos ; idcirco adhiberi in hodierno Officio ab Ecclesia , ad concilian-dam attentionem novitate rei , & ad contemplationem præsentis mysterii magis animos excitandos .

Quarto dici potest : ideo omitti *Domine labia* , & Invitatorium , quia Magi non ab humano ore vocati , nec aliunde moniti , & invitati : sed muta Stella visa , venerunt adorare Dominum : *Vidimus enim* (dixerunt) *Stellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum* . Matth. 2. 2. Quam rationem significat etiam Durandus n. 9. initio . & Joan. Beleth explic. Divin. Offic. c. 73. circa medium .

Sunt & alia rationes , quæ præfertim faciunt pro omissione Invitatoriai , & Psalmi *Venite* . Nam dici potest quinto : Invitatorium omitti , ad significandam Gentium promptitudinem ad Christi fidem amplectendam : solam etenim Stellam ejus Magi viderunt , & illico venerunt adorare eum , absque ulla ulteriori incitatione . Quæ ratio est Durandi n. 8. & Hugonis a S. Victore in specul. Eccles. c. 3. post initium . Quæque potest confirmari ex eo , quod refert Amalarius relatus a Cavalerio to. 2. c. 34. in Decr. 2. n. 2. nimirum ætate sua Invitatorium dumtaxat Officio Dominicæ , non Feriali præfigi consueuisse ; quia populus plerumque diebus Ferialibus Officio non intererat , nec ad illud invitabatur : Clerici vero , & Monachi , qui ex lege sui status ad Officium tenebantur , ad hoc recitandum , opus non habebant Invitatorio . Similiter itaque hodie non est opus Invitatorio , dum Invitandi adfunt .

Sexto dici potest ; Invitatorium omitti , ad ostendendum , quod ipsa res nos invitat , scilicet Stella , per quam significatur fides , quæ dicit nos ad Deum , & illuminat nos in nocte hujus Sæculi ; ita Durandus n. 9.

Septimo dici potest ; omitti Invitatorium , ad detestandam perfidiam Herodis invitantis , & Concilium cogentis adversus Dominum , & adversus Christum ejus . Quæ ratio est Albini de Divin. Offic. Cap. de Theophan. fine , Amalarii de Ecclesiast. Offic. l. 4. c. 33. initio , Joannis Beleth loco cit. Durandi cit. n. 9. Micrologi de Ecclesiast. observat. c. 40. Honorii in Gemma l. 3. c. 20. Quemadmodum & in Triduo ante Pascha , ut ibi notabimus , omittitur : *Dominus vobiscum* ; & osculum , ad detestationem Salutatis Judæ proditoris , quando Dominum salutavit : *Ave Rabi* : & osculo Filium Dei in Manus tradidit impiorum .

Octavo denique dici potest : Psalmum *Venite exultemus* omitti ad Invitatorium , quia ex una parte Psalmus idem est hodie recitandus in ipso Matutino in tertio Nocturno : licet paulo diversus in verbis , non item in sententiis : Quæ ratio est Durandi n. 9. eamque approbat Gavant. in Rubr. Brev. Se&t. 5. c. 5. n. 5. & Meratus ibi n. 2. Exemplum habes in Officio S. Mariæ in Sabbato , vel Vigiliæ Nat. Domini occurritis in Sabbato : quo casu ad Nocturnum omittitur Psalmus *Jubilate* : quia dicendus est in Laudibus : ex Rubr. Brev. in Feriali Offic. Matut. Sab. Ex alia parte vero Psalmus *Afferte Domino* , qui dicitur initio hodierni Matutini , suf-

sufficienter supplet vices Psalmi *Venite exultemus Domino*. Non minus enim invitat Psalmus *Afferte*: quam Psalmus *Venite*: ut observat Joannes Lorinus in prædictum Psalmum *Afferte*: in argum. §. Porro quia fine. Sed & in eodem Psalmo ad ejusdem Versus, quemadmodum in Invitatorio, repetitur Antiphona, licet semper integra, quod quidem est juxta veterem illum morem, ex quo repetebantur Antiphonæ ad unumquemque Psalmorum versum. Vid. Merat. cit. Sect. 5. c. 7. n. 5. a §. *Ceterum antiquissimam.*

25 Quare autem Psalmus *Venite exultemus* dicatur hodie in tertio Nocturno? Id ideo fieri, interpretatur Durandus n. 9. ad ostendendum, quod in tertio tempore, hoc est tempore gratiæ, sufficienter invita est Ecclesia de Gentibus, & nullus se excusare potest, quia *in omnem terram exivit sonus eorum*. Ps. 18. 5. & ad Roman. 10. 18. Et quia dicto tempore gratiæ data est uniformis gratia in plenitudine; ita ille. Et iterum n. 10. fine dicit: Romanam Ecclesiam hodierna Festivitate recitare Psalmum *Venite* in tertio Nocturno secundum rectum, ordinatum, naturalem ordinem Psalmorum, & congrue, quia Gentes tempore gratiæ venerant ad fidem.

Quod item prædictus Psalmus *Venite* in tertio Nocturno dicatur priori loco, atque adeo post septimam Antiphonam: id fieri; idem Durandus n. 9. fine dicit, ad notandum, quod post Baptismum datur Spiritus Septiformis.

26 Denique nota etiam hic: quod in tertio Nocturno Officii Epiphaniæ multiplicatur, & frequentatur *Alleluja*, ut in tertio tempore, quod

TOM. II.

significat tertium Nocturnum, quemadmodum dictum est, scilicet tempore legis gratiæ per Baptisma lætitiam advenisse monstretur; ita Honorius in Gemma lib. 3. c. 20. Jo. Beleth l. cit. fine & Microlog. de Ecclesiast. observat. c. 40. qui subdit & notat: *Unde Omnes historiæ, quæ sibi Alleluja vendicant, plus Alleluja in tertia Nocturna frequentant*, ut in tertio Nocturno Nativitatis Domini: quemadmodum ex Honorio suo loco notabimus.

Quoniam de *Alleluja* mentio facta 27 est, interrogabis: quare hac die ad Tertiam, Sextam, & Nonam in Responsoriis brevibus dicatur *Alleluja*, non item ad Primam, & Completorium: quemadmodum Paschali tempore fit? Respondeo ex Gavanto in Rubr. Brev. Sect. 5. c. 14. n. 5. dicitur *Alleluja* in R. br. ad Tertiam Sextam, & Nonam ad pleniorum lætitiam indicandam. Quod autem non similiter fiat ad Primam, & Completorium; per id puto significari posse, quod in praesenti vita morantes non omni hora exultemus, & lætemur in ea: rebus enimvero jucundis quædam etiam mœsta miscentur ex divina providentia; ut experientia novimus: *Quod certe, in Sanctis omnibus facit, quos neque tribulationes, neque jucunditates finit habere continuas: sed tum de adversis, tum ex prosperis justorum vitam quasi admirabilis varietate contexit: ut ait Chrysost. hom. 8. in Matth. Per illud item significari potest; gaudium nostrum et si magnum valde, & quantumvis plenum, non tamen ita esse, quale erit in celesti beatitudine, quam significat Tempus Paschale, ut suo loco dicetur. Licet enim hodie sit Epiphania; & Theophania, seu*

G Appa-

**A**pparitio superna , & manifestatio Dei , nondum tamen Deus nobis apparuit revelata facie : quemadmodum apparebit in Cœlis , sed *vidēmus nunc per speculum in ænigmate :* tunc autem facie *ad faciem . Nunc cognosco ex parte : tunc autem cognoscam , sicut O. cognitus sum , i. ad Cor. 13. 12. O Similes erimus : quo niam videbimus eum , sicuti est . Jo. Ep. 1. c. 3. v. 2. Atque adeo non est clara apparitio , nec manifestatio plena , sicut erit in Cœlis : & consequenter gaudium nostrum non est plenum , sicut erit in cœlesti beatitudine : sed expectamus beatam spem & adventum gloriae magni Dei , & Salvatoris nostri Jesu Christi , ad Tit. 2. 13. Et tunc quidem satiabimur , eum apparuerit gloria ejus . Psalm. 16. 15. Consonat Collecta , seu Oratio hodiernæ festivitatis , in qua sic Deum orat Ecclesia : *Deus qui hodierna die Unigenitum tuum Gentibus stella duce revelasti : concede propitius , ut qui jam te ex fide cognovimus , usque ad contemplandam speciem tuæ Celsitudinis perducamur .**

28 Qu. II. Quare Psalmus : *Venite exultemus :* qui in Epiphania recitatur in tertio Nocturno , discrepet non quidem in sententiis , sed in nonnullis verbis ab eodem Psalmo , qui consuevit recitari per annum initio Matutini ad Invitatorium ?

R. Hujusmodi discrepantiam oriri vel ex eo , quod prædictus Psalmus , qualis recitari ad Invitatorium consuevit , non sit ex eadem Versione , vel quod certe non sit ex eadem correctione Hieronymi , ex qua est idem Psalmus , qualis hodie recitat in tertio Nocturno . Pro qua re sciendum est primos Psalmum *Venite exultemus* , qui hodie recitatur in tertio

Nocturno , esse pro ut describitur in textu Sacrorum Bibliorum , in Psalterio editionis nostræ Latinæ Vulgatae ab Ecclesia approbatæ . Nisi quod in Breviario omittantur verba *Venite adoremus , & precidamus :* &c. ob rationem inferius explicandam . Sciendum est secundo : Biblia Sacra nostræ Editionis Latinæ habere Psalterium ex Editione Graeca Sancti Luciani Martyris in latinum translata ab antiquo quodam ignoto Interprete : juxta sententiam Bellarmini de Verbo Dei lib. 2. cap. 9. a Sancto Hieronymo attamen emendata ; vel ut alii volunt : habere Psalterium ex Editione Graeca Septuaginta Interpretum in latinum versa ab antiquo alio Interprete , qui etiam , quis fuerit , ignoratur : & ab Hieronymo emendata . Vide Joan. Lorinum præf. in Psalmos c. 13. Cum enim Psalterium hoc sive ex editione Sancti Luciani , sive Septuaginta Interpretum , ad tempora Sancti Hieronymi vitiatum devenisset , fuit ab ipso emendatum jussu , & auctoritate Sancti Damasi Summi Pontificis . Hinc sequitur , prædictum Psalmum *Venite exultemus* , qualis hodie recitatur in tertio Nocturno , esse vel ex editione Graeca S. Luciani , vel Septuaginta Interpretum ab Hieronymo emendata . Contra vero idem Psalmus *Venite exultemus* , qualis consuevit recitari per annum sub initium Matutini ad Invitatorium , vel non est ex Versione Septuaginta Interpretum , nec S. Luciani : vel cuiuscumque randem sit , non est tamen ex correctione S. Hieronymi . Vid. Lorinum 1. cit. prope fin. & Comment. in Psal. 94. in Argum. fine .

Sed de hoc ipso quæres : quare 29 Ecclesia ad Invitatorium consuetum uta-

utatur hoc Psalmo , qui sit vel ex alia Versione , vel non ex eadem emendatione Hieronymi ?

¶ Proculdubio id fecit , quia extra ordinem Psalmorum , ad Invitatorium voluit Psalmum hunc retinere , prout extabat in veteri Breviario Romano : & ita affirmat Cavaler. to. 2. Comment. in Decret. S. C. R. c. 34. Comment. in Decret. 2. fine . Porro Breviarium Vetus Romanum habebat Psalterium vel ex versione S. Luciani , aut Septuaginta Interpretum non emendata a S. Hieronymo ; vel etiam ex alia versione : ut tradit Lorinus l. cit. Ex qua item versione recitari adhuc solent in Missa nonnulli versus Psalmorum : ut tradit laudatus Auctor .. Unde jam habes , quare non raro etiam in Missa verba Psalmorum sint diversa ab iis , quæ recitare solemus ex psalterio editionis Latinæ Vulgatae . Cur autem Ecclesia retinere voluerit nonnulla , prout extabant in veteri Breviario Romano ? dicam : Non omnium quæ a majoribus constituta sunt , ratio reddi potest . L. Non omnium 20. ff. de Legibus , ¶ Senatuscons. Cæterum putarem , id fecisse , ut quoad minus fieri potuisset , vetera mutarentur : quæ sine necessitate mutanda non sunt : fortasse etiam ob respectum Majorum . Jam vero extra ordinem Psalmorum necesse non fuit , Psalmorum verba mutare ab iis verbis , quæ extabant in Romano Breviario veteri . Quod etiam Romanum Psalterium vetus a S. Pio V. Romæ abolitum , adhuc perdurat aliquibus in locis . Vid. Bened. XIV. de Sacr. Miss. lib. 2. c. 4. n. 3. Merat. to. 2. Sect. 5. c. 8. n. 8. 6. Hispaniam autem .

30 Licet autem supra dixerimus : Psalm. Venite qui hodie in tertio

Nocturno recitatur , esse pro ut describitur in textu Sacrorum Bibliorum , hoc est , in Psalterio Editionis latinæ vulgatae ab Ecclesia approbatæ : observandum attamen est , in Breviario omitti verba illa , quæ cæteroqui leguntur in eodem Psalmo , pro ut in textu laudato : Venite adoremus , ¶ procedamus . ¶ ploramus ante Dominum , qui fecit nos . Qui ipse est Dominus Deus noster . Omittuntur autem eo quod a Choro repetendum sit Invitatorium simile , seu Antiphona : Venite adoremus eum : quia ipse est Dominus Deus noster . Ut in simili fieri consuevit initio Matutini , quando a Choro repetendum sit Invitatorium simile versui ejusdem Psalmi : Venite exultemus . Sic in Dominicis a Septuagesima ad Quinquagesimam , in quibus Invitatorium est : Praeoccupemus faciem Domini : ¶ in Psalmis jubilemus ei . Tunc in Psalmo omittitur : Praeoccupemus faciem ejus in confessione : ¶ in Psalmis jubilemus ei . Et ejus loco repetitur a Choro Invitatorium : Praeoccupemus faciem Domini : ¶ in Psalmis jubilemus ei . Similiter a Dominica de Passione ad Feriam V. in Cœna Domini , quia Invitatorium est : Hodie si vocem Domini audieritis , nolite obdurare corda vestra : in Psalmo : Hodie si vocem ejus audieritis , nolite obdurare corda vestra : omittitur , & repetitur a Choro Invitatorium : Hodie si vocem Domini audieritis , nolite obdurare corda vestra : deinde sequitur : Sicut in exacerbatione . Similiter igitur fit hic ; quia Invitatorium , seu Antiphona est : Venite adoremus eum : quia ipse est Dominus Deus noster : in Psalmo omittitur : Venite adoremus , ¶ procedamus : &c. sed a Choro re-

G 2 peti-

petitur Invitatorium , seu Antiphona : deinde sequitur : *Et nos populus pascue ejus &c.* Hic etiam adeat aliqua major congruentia : ut nimirum taceantur verba illa : *ploremus coram Domino* : ploratus enim non congruit gaudio magno valde , quo hodie Magi gavisi esse , leguntur : sed oportet gaudere *eum gaudentibus* . ad Rom. 12. 15.

## S E C T I O III.

*De Missa.*

## AGITUR SUBSECTIONIBUS II.

Subsect. I. *De ritu Missæ bodierne.*  
Subsect. II. *De celebratione, & audizione Missæ in Oratorio privato.*

## S U B S E C T I O L.

*De Ritu Missæ bodierne.*

31 **N** Epiphania dupl. i. cl. Missa propria . *Credo.* Rubr. gen. Miss. tit. ii. Præf. & Communicantes . propr. per tot. Octav. Videri potest hic animadversio facta Se&t. i. qu. 3. num. 10.

Si Epiphania venerit in Domin. ipsa vacat , nec ulla habetur de Domin. commemoratione : Rubr. Miss. ob rationes assignandas tr. 2. lib. 2. par. i. c. i. n. i.

32 In Evangelio ad illa verba : *Et procidentes adoraverunt eum :* Celebrans in Missa privata genuflectit versus ipsum librum unico genu . Rubr. gen. Miss. tit. 17. nu. 1. & dum genuflectit , innititur Altari , utraque manu hinc inde extensa ; confer. Merat. to. i. par. 2. tit. 6. nu. 7. fine . At Celebrans in Missa

Solemni , dum Diaconus cantat predicta verba , genuflectit versus Altare ; similiter & omnes alii , præterquam Diaconus , qui genuflectit versus librum , & Acolyti tenentes Can-delabra omnino genuflectunt .

Param. color. alb. Rubr. gener. 33 Miss. tit. 18. nu. 2. propter splendorem stellæ , quæ Magos duxit : secundum illud Propheticum : *Ambulabunt Gentes in lumine tuo , & Reges in splendore ortus tui.* Is. 60. 3. ut notat Durandus in Ration. Of-fic. lib. 3. c. 18. n. 2. & Gavant. in Rubr. Miss. par. i. tit. 18. nu. 2. Lit. F. ex Innoc. III.

Licet in Ecclesiis ubi titulus est 34 Ecclesiæ , vel concursus populi ad celebrandum Festum , quod transferri debet , possint cantari duæ Missæ una de die , alia de Festo ; ex-cipitur tamen dies Epiphaniæ . Rubr. gen. Miss. tit. 6. Sunt & non nulli alii dies , suis locis notandi .

Qu. An , & quale peccatum sit 35 omittere Præfationem propriam , & Communicantes proprium : Item an possint , vel debeant suppleri , si ex oblivione omittantur propria , ubi error advertatur ; & notetur ?

R. His quæsitis satisfaciemus tr. 2. ubi de Dom. Resurr. art. 3. de Miss. qu. 1. & 2.

## S U B S. II.

*De Celebratione, & audizione Missæ in Oratorio privato.*

**N** Festo Epiphaniæ celebrare non 36 licet in Oratorio privato ex Decr. S. C. R. 17. Novembr. 1607. Por-ro a privilegio celebrandi , & au-diendi Missam in Oratorio privato excipiuntur Festa Solemniora ; ex his

his autem est Epiphania , quemadmodum constat ex dictis Sect. I. cætera suis locis indicabimus , & etiam hic infra enumerabimus . Hanc exceptionem vero intellige , nisi Oratorium ab Apostolica Sede infirmito concessum fuerit ex causa infirmitatis ; tunc enim , & hodie , cæterisque diebus Solemnioribus , qui excipi solent , celebrare licebit . Itaque quando tale Oratorium concessum est propter infirmitatem , non est opus ratione personæ infirmæ , quæ ad Ecclesiam accedere non potest , excipi ullos dies Solemniores . La-Croix lib. 6. par. 2. qu. 36. §. 9. n. 271. Zacchar. ibi , & in suo Indice Decretor. nu. 328. Benedict. XIV. de Missa Sect. 2. c. 1. §. 3. initio .

37 Qu. hic I. Quid veniat nomine Oratorii privati ?

R. Privatum Oratorium est locus aliquis in Domo , vel Arce privati hominis ad tempus deputatus cultui Dei . Unde Oratorium erectum in Palatio Episcopi , vel Cardinalis , aut in Conventu Regularium , aut perpetuo destinatum divino cultui , habensque ingressum ex publica via , aut a Missionariis privilegiatis certo loco constitutum , non censetur privatum Oratorium . Vide Joan. Bapt. Gatticum de Orator. domeft. c. 16. & 17. Quarti in Rubr. par. 3. tr. 10. nu. 1. Sect. 3. Tambur. Meth. Celebr. Miss. lib. 1. c. 4. §. 4. La-Croix lib. 3. par. 1. qu. 152. §. 1. num. 626. Gavant. in Rubr. Miss. par. 1. tit. 20. lit. M. Caval. tom. 5. c. 4. a n. 11. Hinc quando prohibetur celebratio in Oratorio privato , non est sermo de Oratoriis privatis Episcoporum , aut Cardinallium , vel Regularium ; sed tantum

de privatis Oratoriis aliorum Clericorum Secularium , & Laicorum . Verum nec esse sermonem de Oratoriis privatis , quæ in Domibus Congregationis Presbyterorum Secularium Oratorii , & Piorum Operariorum reperiuntur , nec non quorundam aliorum privilegiatorum , videri potest apud Gatticum c. 16. fine . Oratoria in Aulis publicis Civitatis , ubi Senatores conveniunt , sunt privata . Attamen Cappellæ Cererum publicorum non comprehenduntur Decreto tollente Oratoria privata . Diana , & Quarti apud La-Croix eit. qu. 36. §. 2. Unde hæc non comprehenduntur decreto prohibente celebrari in Oratoriis privatis , nonnullis diebus Solemnioribus ; & ita declaratum est a S. C. apud Gatticum c. 15. n. 25. fine . Denique Cavalerius Comment. in Decr. S. C. R. to. 4. c. 2. in d. 23. n. 1. ait , quod in Collegiis pro Convictoribus Oratoria erigi permittantur , in quibus consuetæ exerceantur Congregationes , & alia pietatis opera : & ne ipsa quidem , uti fieri solet in Oratoriis privatis , excipiantur Solemniora Festa ; sed diebus indistinctim omnibus Missæ etiam plures in iisdem celebrari concedantur , & Sacrosancta Sacra menta administrari Convictoribus discipulis , atque Domesticis ; non item populo ; & excepta communione Paschali . Sed omnino videndus est Gatticus , c. 16. ubi ex professo tractat , & diligentissime explicat quænam hic dicantur Oratoria privata , in quibus prohibetur celebratio Missæ in diebus Solemnioribus .

Qu. II. Quænam sint Festa Solemniora , quæ excluduntur a privilegio Oratorii privati ?

R. Ex

**R. Ex declaratione S. C. R. In privatis Oratoriis, & privilegiatis non potest celebrari Missa in Festis Solemnioribus, nempe in Natali Domini, Epiphanie, Feria V. in Cœna Domini, Paschate, Pentecoste, Annunciatione, Ascensione D. N. J. C. Assumptione B. V. M. Festa SS. Apostolorum Petri, & Pauli, & omnium Sanctorum. S. R. C. 17. Novembr. 1607. in Caliguritana apud Merat. Ind. Decret. Miss. nu. 74. & apud Gatticum c. 27. num. 11. & apud alios passim, qui alii tamen prætermittere solent Feriam V. Cœnæ Domini; fortasse quod superfluum reputaverint; cum in die Cœnæ Domini Missæ privatæ in ipsis inhibantur Ecclesiis, uti suo loco videbimus; quemadmodum & Sabbathum Sanctum in diebus enumeratis nequaquam adscribitur, cum dubium esse non possit, in Oratoriis privatis celebrare non licere Missas privatas in Sabbatho Sancto, in ipsis etiam Ecclesiis interdictas: uti suo loco videbimus. Quanquam id vetitum habetur expresse ex Decr. Alexandri VIII. an. 1690. uti videbimus tr. 2. lib. 4. par. 2. c. 8. nu. 50. & animadvertis Meratus to. 1. par. 1. tit. 20. n. 2. Sed melius etiam exprimitur dies Feriæ V. in Cœna Domini, propter casum incidentiarum Festi Annunc. B. V. vel S. Joseph, ut intelligatur, quod eo casu, et si in Ecclesiis celebrandæ sint, ut suo loco notabimus, aliquæ Missæ privatæ, ut populus comode valeat adimplere præceptum audiendi Missam; nihilominus Missæ in Oratoriis privatis manent inhibitæ. Insuper alii prætermisere Festum Ascensionis, proculdubio quod crediderint illud præfato privilegio**

haud esse donatum; & quidem La-Croix lib. 6. par. 2. qu. 36. §. 9. expresse affirmat, licitum esse celebbrare in Oratorio in Festa Ascensionis. Sed standum est allegato decreto, pro ut hic a nobis descriptum est, collatum enim fuit cum Regestis authenticis. S. C. R. teste Gattico l. cit. Et quod in Festa Ascensionis non possit celebrari Missa in Oratorio privato, constat etiam ex Epist. Encycl. Benedicti XIV. de Orat. priv. incip. *Magni*. §. 12: & est nu. 81. par. 2. in selectis ejusdem Constitut. Ex qua item epistola habetur: prædictis diebus addendum Festum *Titularis Ecclesiae loci*, seu Principalioris Patroni loci, cuius Festum est sub præcepto in loco, secundum dicenda tr. 2. l. 4. c. 7. art. 2. unde non est sequendus Gatticus c. 27. nu. 10. ubi inclinat ad concedendam Missam in Oratorio privato in Festa Patroni loci. Similiter sunt corrigendi Tamburinus Meth. Celebr. Miss. lib. 1. c. 4. §. 4. num. 27. & Chiavetta Consult. 57. n. 1. ubi dicunt, non esse exceptos dies Festos Patronorum principalium. Sed pro exceptione Festi Patroni loci stat Gavantus in Rubr. Miss. part. 1. tit. 20. §. *Ordinarii locorum*: ubi dicit Ordinarios Loco-rum optare prædicto Festorum numero, in quibus nimirum prohibetur celebratio Missæ in Oratoriis privatis, addi Festum Patroni principalis loci, quod est primæ classis, & præcipui cultus in proprio loco: subditque, quod suo ipsius judicio eset addendum ab ipsiusmet privilegiatis absque novo Decreto in gratiam proprii Patroni principalis. Sed hæc olim: nunc constat Assertio nostra ex cit. Constit. Bened. XIV.

Fe-

Festum Annunciationis ex allegato Decreto donatur privilegio excludendi Missas ab Oratoriis privatis; in casu autem quo laudatum Festum sit transferendum in foro ad Feriam secundam post Dom. in Albis, secum ferre hujusmodi privilegium: docebimus 25. Martii n. 36.

Prædictam exceptionem dierum solemniorum approbavit, & confirmavit Clemens XI. decr. de celebr. in Orat. priv. 15. Decembr. 1703. Cuius Decreti partem aliquam recitabimus infra. Rursus hoc Decretum confirmarunt alii Pontifices, ut infra videbimus. Porro hæc dispositio conformis est veteri Ecclesiæ disciplinæ. Eam Diana Edit. Coord. to. 9. tr. 7. ref. 49. §. 43. defumptam notat ex Concilio Agathensi c. 21. relato in *C. si quis etiam* . 35. dist. 1. de *Consecr.* Idque etiam significat Gavantus l. cit. Eo quidem C. prohibentur audire Missas in Agro Festis solemnioribus, ii, qui habeant Oratorium: expresse autem ponitur Pascha, Natale Domini, Epiphania, Ascensio, atque etiam Natale S. Joannis Baptistarum; proculdubio ex eo quod in illis Provinciis singulari devotionis affectu, ac pompa celebraretur, ut observat Gatticus c. 27. n. 10.

<sup>39</sup> Qu. III. An prædicta exceptio facta pro Natali Domini, Paschate, & Pentecoste, intelligatur ita, ut solum excipiat primum diem Festivum Natalis, Dominicæ Resurrectionis, & Dominicæ Pentecostes; an etiam reliquos sequentes dies?

R. Nonnulli, teste Gavanto loc. cit. dubitarunt, utrum in re præsenti, nomine Paschatis, &c. veniret tota Octava dierum? ea moti

ratione, quod Octava reputetur dies unus a Radulpho Tungrensi; quam tamen rationem non in omnibus valere, docet ibidem Gavantus; & videri possunt dicenda in Sept. par. I. Sect. 5. subf. 5. nu. 52. & quidem non valet hic. Certum itaque sit, nomine Paschatis &c. non venire in præsenti totam dierum Octavam Paschatis &c.

Dubium tantummodo esse potest de diebus Festivis ex præcepto, qui immediate sequuntur Dominicam Resurrectionis, & Pentecostes, diemque Nativitatis Domini. Jamvero, solum, & unicum primum diem Festum Nativitatis, Paschæ, & Pentecostes excipi in prædicta materia, tenet Gavantus in Rubr. Miss. par. I. tit. 20. §. *Ordinarii locorum.* Idque, ut ipse inquit, ex communi sensu, usu Romano, & modo loquendi, & ex Doctoribus in materia de Interdicto. Probabile id esse, docet Lezana to. 4. V. *Oratoria.* n. 3. fine, quia, inquit, restrictio Indulti, seu Gratiarum sapit odium, & stricte interpretanda. Lezanam videtur sequi Diana. tom. 4. Edit. Coord. tr. 2. R. 27. §. 2. eamdem sententiam tenet Quarti, quem citat, & sequitur La-Croix lib. 6. par. 2. de *Sacrif.* Miss. qu. 36. §. 9. eamdem cum. Pasqualigo Meratus recipit tom. I. par. I. tit. 20. n. 2. Eamdem sustinet Tamburinus de *Sacrif.* Miss. lib. I. c. 4. §. 4. n. 27. Chiavetta Consult. 57. n. I. Gatticus c. 27. nu. 12. item Nald. Garcias, & Pellizar. apud Dianam loc. cit.

Huic sententiæ videtur obstare, quod privilegium concessum private per modum dispensationis a lege communi, restringendum est, seu stri-

Stricte interpretandum; est enim res odiosa, cum sit exceptio a lege communi, difformitas a communitate, & quædam correctio Juris. Vide La-Croix lib. I. de legib. qu. 90. §. 4. & qu. 135. §. 2. & qu. 139. §. 8.

Rursus: Festa, quæ immediate sequuntur Dominicam Resurrectionis, & Pentecostes, diemque Natalis, possunt dici extensio quædam ejusdem festi, adeoque pertinere ad primum prædictum diem, & unum quid cum illo facere: qua de re videri potest Diana to. 5. Edit. Coord. tr. 4. R. 11. §. 2. ubi etiam dicit: negari non posse, Festa, quæ sequuntur Pascha &c. venire nomine Paschatis &c. Videri etiam possunt dicenda in Dom. Resurr. art. 7. ubi de not. tempore Interdicti, qu. 1. Quæ si legantur, intelligetur, non omnino vere Gavantum hic asserere: nomine Paschæ, Nativitatis, &c. venire unicum diem primum Paschæ, Nativitatis &c. ex communi sensu, & ex Doctoribus in materia de Interdicto. Sed quidquid sit de his, in re hac spectet localis consuetudo probata, quæ optima est legum interpres l. 37. ff. de legib. Consuetudo autem videtur favere priori opinione.

41 Qu. IV. An diebus prædictis exceptis in privilegio, si quis audiret nihilominus Missam in Oratorio privato, satisfaceret præcepto Ecclesiæ audiendi Missam?

R. Negative. Idque constat ex Decr. S. C. quo ad celebr. Miss. in Orat. privat. emanato die 15. Decembr. 1703. Jussu Clementis XI. ubi inter cætera, hæc leguntur, quo ad præsens institutum facientia: *Ad instaurandam venerationem tremendo My-*

*sterio debitam, idem SS. Dominus noster, ex unanimi voto S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, inhaerendo declarationibus alias hac de re editis, expresse declarat... in Oratoriis privatis, quæ per S. Sedem concessa fuerint, non licere Regulæribus cuiusvis Ordinis, aut Instituti, seu Congregationis, etiam Societas Jesu, aut etiam cuiuscumque Ordinis Militaris, etiam S. Joannis Hierosolymitani, aut aliis quibuscumque Sacerdotibus, etiam si essent Episcopi, in iis celebrare in diebus Paschatis Santissimæ Resurrectionis, Pentecostes, Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, aliiisque anni Festis Solemnioribus, ac diebus in Indulto exceptis... demandando propterea ulterius, ac declarando... personas quascumque dietas Missas audientes nullatenus Ecclesiæ præcepto satisfacere? Decretum hoc confirmavit laudatus Pontifex Clemens XI. in sua Constit. incip. *Quoniam Sancta Sancte*: & deinde Innocentius XIII. in Constit. quæ incipit *Apostolici Ministerii*. 13. Maji 1723. ac Benedictus XIII. in Constit. incipiente *In supremo*. 22. Septemb. 1724. Vid. Reinffenstuel lib. 3. Decretal. tit. 41. a nu. 5. La-Croix lib. 6. par. 2. qu. 34. §. 3. Merat. Ind. Decr. Miss. num. 578. Videri etiam potest Diana tom. 4. Edit. Coord. tr. 2. R. 27. §. 3.*

Qu. V. An saltem per Bullam 42 Cruciatæ liceat celebrare, & Missam audire in Oratorio privato diebus prædictis?

R. Huic questioni satisfaciemus tr. 2. lib. 4. par. 1. c. 2. de Bulla Cruc. art. 1. Sect. 1. Subs. 6. qu. 13. Quia etiam subsect. videantur pleraque alia, quæ occurrant dubia, quoad *Oratoria privata*, respe.

specie illorum , qui habent Bullam Cruciatæ.

## S E C T I O IV.

## De Functionibus Pontificalibus.

- 43 **FUNCTIONES** Pontificales , que ab  
absente , vel impedito Episcopo , spe-  
ciant ad primam Dignitatem , sunt :  
*Festum Nativitatis Domini , Epipha-  
nie , Ascensionis , Pentecostes , &c. A-  
postolorum Petri , & Pauli , Assump-  
tionis B. M. V. Omnium Sanctorum ,  
Dedicationis Ecclesie Cathedralis , Ti-  
tuli ejusdem Ecclesie , Patroni Civiti-  
tatis : nec non Commemoratio omnium  
Fidelium Defunctorum , Distributio Can-  
dalarum , Cinerum , Palmarum , Cele-  
bratio Officii Feria V. in Cœna Do-  
mini , ac Feria VI. in Parasceve ,  
Festum Paschatis Resurrectionis D. N.  
& dies Solemnis Corporis Christi cum  
Procesione . S. R. C. 3. Decembr.  
1672. in Andrien. apud Merat. Ind.  
Decr. Miss. n. 449. & apud Cava-  
lier. to. 4. c. 19. n. 3. d. 10. Pri-  
ma Dignitate impedita , vel absente ,  
succedat secunda Dignitas in functioni-  
bus peragendis ; & secunda impedita ,  
succedat tercia ; & omnibus Dignitati-  
bus impeditis , vel absentibus , primus  
Canonicus id exequatur . S. R. C. 26.  
Novembr. 1670. in Senen. apud Ca-  
val. loc. cit. d. 11. Vide tamen dic-  
enda 2. Febr. art. 3. n. 43. & in  
Fer. V. major. hebd. n. 174. fine .*

- 44 In Feste Epiphaniæ post Evange-  
lium publicatur Pascha , & Festa  
Mobilia indicantur anni currentis :  
uti statuitur in Pontificali Roman.  
par. 3. ex Concil. Aurel. IV. can.  
1. allegato a Gavanto in Rubr. Miss.  
par. 4. tit. 3. nu. 15. ut proxime  
determinetur Dominica Septuagesi-

TOM. II.

mæ , quæ est prima dies ex mobili-  
bus . Estque animadvertisendum , quod  
cum eo anno , quo Annuntiatio B.  
V. occurrit in Parasceve , vel Sab-  
bato Sancto , Festum prædictum quo-  
ad obligationem audiendi Missam ,  
& abstinendi a servilibus , transfe-  
ratur in Feriam secundam post Do-  
minicam in Albis : ideo hujusmodi  
casu occurrente , erit hoc ipsum ho-  
die populo denunciandum ; vide di-  
cenda 25. Martii art. 2. Sect. 2.  
subl. 4. nu. 36. Idem est animad-  
vertisendum , ubi simile aliquod Fe-  
stum sic de præcepto in foro mobi-  
le particulare : cuius exempla habes  
cit. subl. 4. n. 43.

Annuntiatio Festorum pertinet ad  
Diaconum , ex C. Perfectis . 1. vers.  
Ad Diaconum , dist. 25. At vero  
Festa Mobilia in die Epiphaniæ pu-  
blicare debet Canonicus junior iuxta  
formam libri Ceremonialis ; nisi aliud  
ex consuetudine Ecclesie sit assignatus .  
S. R. C. in Asculana . 16. Januar.  
1617. apud Lucium Ferrat. V. Fe-  
sta . n. 41. Edit. 3. Bonon.

## S E C T I O V.

Notanda pro Defunctis in die  
Epiphaniæ .

**S**i quis moriatur in die Epiphaniæ , nullæ sunt Exequæ publi-  
ce celebrandæ de mane , nec con-  
suetum ære campano emortuale si-  
gnum edendum : sed Officium , &  
preces recitentur sub Vesperum , vel  
Cadaver in crastinum reservetur ob-  
celebritatem Mysterii , & Festi so-  
lemnitatem . Vide dicenda in Ap-  
pendice ad calcem Diarii c. 8. ar-  
tic. 6.

H

S E.

## S E C T I O VI.

*De Indulgencie.*

## A R T I C U L U S II.

*Notanda infra Octavam Epiphaniae.*

46 VN Festo Epiphaniae possunt obtineri Indulgencie Stationum. Habetur autem hodierna Statio ad S. Mariam trans Tyberim. De Stationibus agemus tr. 2. lib. 4. par. 1. c. 2. de Bull. Cruc. art. 1. Sect. I. subf. 4. §. 2. a n. 101.

## S E C T I O VII.

*De Benedictione Mensae & Gratiarum actione.*

47 VN Epiphania, & per totam Octavam ante prandium, & cenam, Sacerdos benedicatur Mensam, incipit: *Benedicite.* Deinde dicit: *V. Reges Tharsis, & Insula munera offerent. Alleluja. R. Reges Arabum, & Saba dona adducant. Alleluja. Gloria Patri &c.* & alia de more; sed dicitur Psalmus: *Deus judicium tuum Regi da: vel Laudate Dominum omnes Gentes.*

In fine Mensae Sacerdos incipit: *V. Omnes de Saba venient. Alleluja. R. Aurum, & Thbas deferentes, Alleluja. Gloria Patri &c.* Et alia de more, sed dicitur Psalmus *Deus judicium tuum, vel Laudate Dominum omnes Gentes.* Rubr. Brev. Prædicti versus, & psalmi dicuntur a cena inclusive Vigilia Epiphaniae, ut ibi notavimus art. 4. usque ad cenam inclusive dici Octave Epiphaniae. Gavant. in Rubr. Brev. Sect. 9. c. 6. n. 10. Cavaler. 10. 4. c. 25. comment. in Docr. 2. n. 6. De Benedictione Mensae, & gratiarum actione post sumptum cibum disputacionem prolixam habuimus lib. 1. c. 7.

## EXPLICANTUR SECTIONIBUS II.

Sect. I. *Notanda infra Octavam in genere.*

Sect. II. *Notanda infra Octavam Epiphaniae in particularibus nonnullis diebus.*

## S E C T I O I.

*Notanda infra Octavam in genere.*

## EXPLICANTUR SUBSECT. II.

Subf. I. *De Horis Canon.*

Subf. II. *De Missa.*

## S U B S E C T I O I.

*De Horis Canoniciis.*

**T**NERA Octava Epiphaniae Officium Semid. & dicitur: *Domine labia. Invitatorium, & hymnus ut in Breviar. Post lectionem primam priam Nodurni dicitur Responsorium: *Tria sunt Munera:* excepta Dominica infra Octavam, & die Octava. Rubr. Brev. bic. In tertio Nodurno Psalmus Fundamenta cum Antiphona *Homo natus,* pretermisso Psalmo *Venite exultemus* cum sua Antiphona. Lectiones omnes cum Antiphona ad *Benedictus,* & *Magnificat* singulis diebus habentur propriæ. In R. br. ad Primam: *Qui appareisti bodie.* Rubr. Gener. Brev. tit. 20. n. 5. & sic reliqua omnia ut in die Festi: Rubr. Brev. hic.*

Si infra Octavam Epiphaniae occurrat aliquod Festum semiduplex, vel

vel etiam duplex, quod non sit prima classis, transfertur post Octavam. Rubr. Brev. hic, & in Rubr. gener. tit. 10. n. 1. Si autem occurrat Festum duplex primae classis, ut Patronus, vel Titularis Ecclesiae, aut ejusdem Dedicatio; fit de Festo cum Commemoratione Octavæ Epiphaniæ in Vesp. & Laud. Rubr. gen. Brev. tit. 7. n. 3. & tit. 9. n. 6. fine, & tit. 10. n. 1. Porro semper fit Commemoratio Octavæ Epiphaniæ in utrisque Vesperis, & Laudibus, de quocumque Festo fiat intra eam. Rubr. gen. Brev. tit. 7. n. 3. & tit. 9. n. 6. fine, Gavant. in Rubr. Brev. Sect. 3. c. II. n. 24. Confer dicenda 14. hujus n. 6. Infra Octavam vero Epiphaniæ non potest fieri de duplice primæ classis translatio; Vide Cavaler. to. 2. c. 21. n. 2. fit tamen Commemoratio de simplici occurrenti. Rubr. Brev. hic.

50 Licer Octavæ extra' Brev. Rom. excludantur & die 17. Decembri usque ad Epiphaniam, quemadmodum notabimus in die 17. prædicta; hujusmodi autem Rubrica, ut ibi significabimus, non extenditur ad privilegiandam ejusdem Epiphaniæ Octavam; quapropter Festa quælibet Patroni, Titularis, aut Dedicacionis, quæ infra Octavam Epiphaniæ aliqui occurserent, sua non carebunt Octava: ut animadvertis Cavaler. to. 2. c. 19. n. 8. Officium rameti faciendum erit de die infra Octavam Epiphaniæ cum Commemoratione diei infra Octavam particularem. Quod si ante Epiphaniam alicubi ex legitima consuetudine Octava aliqua cooperit celebrari, eius dies Octava incidat infra Octavam Epiphaniæ, Officium nihilominus erit de Epiphania cum

commemoratione diei Octavæ particularis: quemadmodum fit occurrente die Octava in Dominica privilegiata. Et in eodem casu precedens dies infra Octavam Epiphaniæ non cedet Vesperas diei Octavæ particulari sequenti, sed Vesperæ integræ erunt de die infra Octavam Epiphaniæ cum Commemoratione diei Octavæ alterius; ita Cavaler. to. 2. c. 18. in Decr. I. n. 21. & 22. Vid. dicenda tr. 2. lib. 1. par. 1. c. 2. num. 12.

Qu. Cur infra Octavam Epiphaniæ dicantur: *Domine labia, Invitatorium, Hymnus*: cum hec omisfa fuerint in ipso Festo Epiphaniæ ad Matutinum; & contra, omittatur in primo Nocturno. *In Jordano*, & in tertio Nocturno Psalmus *Venite*?

R. Ex Durando in Ratione Offic. lib. 6. c. 16. n. 11. fine per hebdomadam Epiphaniæ dicitur Invitorium in persona Magorum tamquam aliis, qui non viderant, nunciantum Natum Dominum. Et ob hanc ipsam rationem dicere, recitari, *Domine labia*. Recitari autem *Gloria Patri*, & hymnum, ad innuendum gaudium magnam valde, quo gavisi sunt Magi viso Deo: & ad significantiam gloriam, & laudem, quam Deo inde dedebunt. Adde etiam, si placet, quod, cum modus ille incipiendi ex abrupto Officium in die Epiphaniæ, ex dictis ibi, pertineat ad excitandos peculiari energia affectus. Fidelium erga magnitudinem tanti Mysterii, idcirco sicuti major est Ecclesiæ solemnitatis in ipso Epiphaniæ die, quam infra Octavam, ita & decuit peculiari illo ritu distingui. Recitato autem Psalmo *Venite exultemus*

*temus ad Invitatorium, omittitur iactatio Nocturno, ne bis dicatur. Denique R. In Jordane, in quo mense fit de Baptismo Christi, recitatur in die Epiphaniæ, eo quod ea die sexta Januarii voluerit Dominus a Joanne baptizari; ut diximus artic. I. sect. I. n. 9. Repetitur in Dominica infra Octavam, eo quod in Dominica Dominus baptizatus existimat: ut diximus I. 2. in Domin. art. I. n. 9. Tandem in die Octava Epiphaniæ resumitur, eo quod illi diei adnexa sit specialis memoria Baptismi Christi: ut ibi notabimus: de quo Baptismo olim erat integrum Officium, nunc est Evangelij tantum: ut observat Grancolas, relatus a Cavaler. to. 2. c. 21. num. 5. Infra Octavam vero subrogatur R. *Tria sunt munera;* eo quod cum sit de donis & adoratione Magorum, principalius respicit occurrentis Festivitatis subiectum: ut animadvertis idem Cavaler. I. cit..*

## S. U. B. S. II.

## De Missa.

52. **VNFRA:** Octavam Epiphaniæ Missa ut in Festo: dicuntur autem tres Orationes, scilicet post Orationem diei dicitur 2. Or. de B. V. Deus, qui salutis, & Ecclesiæ, vel pro Papa, ut in Missali in Dom. 2. post Epiphaniam. Si autem occurrat Commemoratio Simplicis, erit 2. Or. de Sancto, 3. de B. V. Dicitur Credo. Rubr. gen. Miss. tit. 11. Præfatio, & Communicantes ut in die Festi; Excipe nisi occurrat celebrari aliquod Festum primæ Classis, quod habeat Præfationem propriam: in hoc enim casu Præfatio erit de Fe-

sto, de quo celebratur Missa habens Præfationem propriam; sed Communicantes erit de Epiphania; vide dicenda infra Oct. Ascens. Subs. 2. n. 54. Caval. to. 5. c. 14. n. 3. La Croix l. 6. par. 2. qu. 309. in Ind. Decretor. S. C. R. n. 178.

Missa omnes de Sanctis sub ritu 53. dupli excluduntur ab Octava Epiphaniæ, præter eas, quæ sunt primæ classis, ut Patroni principalis, Titularis, ac Dedicationis Ecclesie Rubr. Miss. hic, & S. C. R. 20. Novembr. 1660. in Asculana in Apulia, apud Merat. Indic. Decretor. Miss. num. 390.

In diebus, in quibus non potest fieri 54. de Feste. Dupli, probibentur Missæ Votivæ, & de Requiem. S. R. C. 28. Aug. 1627. in una Urbis, apud Cayal. to. 3. c. 9. d. 2. Hinc habet, infra Octavam Epiphaniæ prohiberi. Missas Votivas, & de Requie. Vide Cayal. I. cit. n. 2. & La Croix l. 6. par. 2. q. 72. §. 2. & qu. 73. §. 1. Gavant. in Rubr. Miss. par. I. tit. 4. n. 3. lit. o.. Merat. ibi n. 11. & par. 4. tit. 3. n. 23. post Medium. Sacra Rituum Congregatio interrogata: utrum in Cathedrali Vilnensi cum multæ fundatae essent Missæ votivæ quotidiane in cantu, haec essent prohibita, quando per Rubricas Missalis, ac Decreta Sacrae Congregationis prohibentur Missæ Votivæ privatae: videlicet per Octavas Nativitatis, Epiphaniæ &c.? Respondit: Affirmative: & pro Votivis substituendas esse Missas de Feste in cantu, vel ex rationabili causa ab Ordinario dignoscenda, & approbanda, substituendas Missas de Feste lectas, & sic satisfieri posse Fundationi. 22. Decembr. 1753. in Vilnensi. ad 6.

7. &amp;

7. & 8. dub. apud Caval. to. 5. in Collect. recentior. Decretor. Quænam sint Missæ Votivæ? Explicavimus lib. 2. in Sabbato num. 40. Versus: *Profecto Missæ Votivæ.* Non prohiberi vero Missas Votivas Solemnies pro pubblica Ecclesiæ causa, vel re gravi, exceptis solemnitatibus Majoribus; notavimus eodem lib. 2. in Dominica n. 72. & de hac Octava docet etiam Merat. cit. n. 23. Vide tamen dicenda in Appendix ad calcem Diarii cap. 3. num. 83.

55. Infra Octavam Epiphaniæ non posse celebrari Missam solemnem de *Requiem*, pro die 3. 7. 30. & Anniversario; notabimus in Appendix ad Calcem Diarii c. 9. v. 10. præsente autem Cadavere, posse celebrari Missam solemnem de *Requiem*, docet Meratus to. 1. par. 4. tit. 3. n. 23. post medium; & videantur dicenda in cit. Append. c. 8. n. 22.

Infra Octavam Epiphaniæ paramentorum color albus, ex Rubr. gener. Miss. tit. 18. n. 2.

56. Qui. Cum tanta, ac talia præscripta sint in favorem Epiphaniæ, quæres causam tam ampli cultus hujusmodi Festi? Neque enim Ecclesia adeo Solemniter, ac Festive celebrat ipsum Incarnati Verbi Mysterium, quod in die Annuntiationis Deiparæ est peractum: sicut celebrat Epiphaniam, qua Magi honoravere Christi cunabula. Plenitudinem enim honoris Deo debiti, ob Incarnationi Verbi Mysterium, jungendam putavit cum ipsa Christi Nativitate. Cultum autem Epiphaniæ delatum, redum voluit esse peculiarem, sed etiam quoad potuit amplissimum, ut ex hactenus dictis, est manifestum.

¶. Sicut Ecclesia in celebrandis Festivitatibus Sanctorum, non semper admittitur cultum ad sanctitatem, & gratiam coram Deo, sed interdum maiorem cultum exhibet Cœli, qui potest apud Deum esse minoris: ut notavit Clyctovæus lib. 2. de Venerat. Sanctorum cap. 16. n. 4. & 5. ac Bellarminus lib. 1. de Rom. Pontif. c. 27. Attendit enim Ecclesia utilitatem ab aliquo Sancto perceptam: quia cum cultum exhibeat ex animo etiatur gratitudinis, ei maiorem cultum deber impendere, a quo plus percepit utilitatis: ut notabimus in Feste S. Laurentii Martyris. Similiter se gerit Ecclesia in Mysteriis recolendis Domini Nostri Iesu Christi: Voluit enim Epiphaniæ deferre cultum, quam potuit, amplissimum, quia Magi erant primitiæ Gentium, a quibus Ecclesia se congregatum agnoscit; unde summam utilitatem, tum primum depulsis per Cœlestis Solis appulsum tenebris suis, derivatam in se recolit, quanto potest, apparatu: etiamsi non idcirco præhoc mysterio minoris habeat, vel postponat alia Christi mysteria, quæ recolit minus solemniter, ac exilio cum pompa. Ita Raynaudus tom. 15. par. 1. Sect. 3. pu. 3. de ele& Sanctor. num. 19. Ob hanc quidem causam ad celebrandum Epiphaniæ Festum magna cum animi exultatione Fideles omnes invitat S. Leo serm. 2. de Epiphan. ubi inquit: *Agnoscamus ergo dilectissimi, in Magis adoratoribus Christi, evocationis nostræ, fideique primitias, & exultantibus animis beatæ spei initia celebremus. Exinde enim in aeternam habenditatem cœpimus introire.*

Aliæ insuper rationes, de eo, quod Epi-

Epiphaniæ Festum solemnissime celebretur, intelligi possunt ex Ordine Romano antiquo, ubi haec habentur: tit. de ordine in Vigil. Theophan. Net hoc prætereundum est, quod secunda Nativitas Christi tot illustrata mysteriis, honoratior sit, quam prima. Tunc tammodo natus est, & Angelus Pastores affatus est: bodie vero a Magis cum maneribus est adoratus. Hodie tam in Jordanicis aquis vingeretur, Filius dilectus a Patre est vocatus de Cœlo, & Spiritus Sanctus in specie Columbae super eum vi-sus est, nec non per Baptismi Sacramentum caput Draconis est contritum. Hodie et aqua vinum factum est, eidemque caelesti Sponso Ecclesia coniuncta est.

## S E C T I O II.

*Notanda infra Octavam Epiphaniae.  
In aliisque diebus.*

### S U B S E C T I O I.

*Notanda in Sabbato infra Octavam Epiphaniae.*

#### EXPLICANTUR §. §. II.

§. I. De Horis Canonicis.

§. II. De Missa.

#### §. I.

*De Horis Canonicis.*

57 QUANDO Epiphania venerit in Dominica, tunc in Sabbato sequenti fit Officium de Dominica infra Octavam Epiphaniae, eo modo, quem explicabimus die 11. & 12. hujus.

Si Epiphania non venerit in Dominica, nec in Sabbato, tunc in Sabato, quod precedit Dominicam infra Octavam Epiphaniae, in Vesp. a Capit. fit de ea Dominicæ cum Commemoratione Epiphaniae per Antiphonam, quæ occurrit secundum ordinem dierum infra Octavam. ¶ Omnes de Saba. R. Aarum, & Tbus, ut in Breviar. hic; nisi sit quinta dies infra Octavam, tunc enim cum ejus Antiphona sit Omnes de Saba. ¶ erit Adorate. R. Omnes, ut in Breviar. in Sab. infra Octav. Epiph. Quod fit pro confusa varietate: ne scilicet versus sit profus idem cum Antiphona: uti notavit Gavantus in Rubric. Breviar. Sect. 6. c. 9. n. 12. vide dicenda 14. hujus n. 25. fine.

#### §. II.

*De Missa.*

Si Epiphania venerit in Dominica 59, atque adeo dies Octava Epiph. occurrerit in Dom. tunc Missa Dominicæ infra Octavam Epiphaniae dicitur in Sabbato infra Octavam eamdem. Rubr. Miss. hic. Vid. dicenda 12. huj. n. 6.

### S U B S. II.

*Notanda in Dominica infra Octavam Epiphaniae.*

#### EXPLICANTUR §. §. II.

§. I. De Horis Canonicis.

§. II. De Missa.

#### §. I.

## §. I.

## De Horis Canonicis.

**60** DOMINICA infra Octavam Epiphaniæ est, quæ prima occurrit post Epiphaniam. De ea fit Officium in quamcumque diem Octavæ inciderit. Rubr. Brev. hic. Si autem Epiphania venerit in Dominicæ, atque adeo Dominicæ infra Octavam Epiphaniæ occurrit in die Octava Epiphaniæ, tunc Officium Dominicæ fit in Sabbato præcedente; vide dicenda tr. 2. lib. 2. par. 1. c. 1. n. 1. fit autem Officium eo modo, qui explicabitur infra die 11. & 12. hujus. Hæc Dominicæ, sive in propria Dominicali sede celebretur, sive anticipetur in Sabbato, regitur per Rubricas Dominicarum Communium; hoc solum intercedente discriminè, quod hoc Officium non cedit nisi occurrenti duplice primæ Classis, non quidem ratione sui, sed ratione Octavæ Epiphaniæ, infra quam occurrit. Cavaler. to. 2. c. 21. n. 3. Porro diximus superius num. 49. infra Octavam Epiphaniæ non fieri nisi de Festo primæ Clas- sis occurrenti. Est tamen privilegia- ta Dominicæ hæc ex eo, quod of- ficium non est Dominicale, sed to- tum sere de Octava, ut mox expli- cabimus. Ratio est, tum ut Offi- ciuum currenti Celebratati concordet, scilicet Epiphania: ne Clerus aliud quam populus in Ecclesiasticis hu- juscmodi celebratibus observet; (vide Microlog. de Ecclesiast. Ob- servat. c. 37.) Tum quia hæc Do- minica celebratur aliquando in Sab- bato, ut modo notavimus: at ex- tra diem ipsam Dominicam non di-

cuntur congrue Psalmi de Domini- ca, eidem precise diei assignati, ut notat Gavantus in Rubr. Brev.

Sext. 3. c. 5. n. 3. fine,

Itaque in Domin. infra Octavam 61 Epiphaniæ semid. ad Matut. sicut infra Oct. dicitur *Domine Iahia*, In- vitatorium, & hymnus. Habet lec- tiones proprias, nimisq[ue] lectiones 1. Noct. initium Epistolæ primæ ad Cor. *Paulus vocatus Apostolus*, ut in Dom. 1. post Epiph. quæ ipsa est infra Octavam Epiphaniæ: cu- jus primæ lectionis Responsorium est *Hodie in Jordane*: ut in die Festo Epiphaniæ. Si autem Officium Do- minicæ infra Octavam Epiphaniæ antcipetur in Sabbato, iunc lectiones primi Noct. erunt de Epist. ad Rom. ut in Breviar. in Officio Do- minicæ hujus; Initium vero Episto- lae I. ad Cor. ponitur in ipsa die Dominicæ prima post Epiphaniam quæ in hoc casu erit dies Octava Epiphaniæ: ita ut Initium Epist. 1. ad Cor. non legitur, nisi in ipsa die Dominicæ 1. post Epiph. Vide dicen- da tr. 2. lib. 2. par. 2. in ejus 1. par. c. 1. n. 3. Lectiones secundi, & tertii Nocturni ut in Brev. in Officio Dominicæ infra Octavam E- piph. nimisq[ue] Sermo S. Leonis P. *Justum*, & *rationabile*, & Homilia S. Ambrosij: *A duodecimo anno*. Psal- mi, & reliqua ut in Matutino diei Festi Epiph. nisi quod in tertio No- ctur. prætermisso psalmo *Venite*, cum sua Antiphona, dicitur *Psalmus Fun- damenta*, cum sua Antiphona *Homo*, ut infra Oct. Deinde in Laudibus Antiphona, Psalm. Hymn. & *V.* ut in Festo Epiph. sed Capitul. An- tiphona ad *Benedictus*, & Oratio propr. siue Commemoratio Octa- ve Epiphaniæ. Rubr. gen. Breviar. tit. 4.

tit. 4. n. 2. ( ob rationem indicandam tr. 2. ubi de Dominica secunda post Epiph. Se&t. 1. nu. 2. ) Antiph. & Oratio ut in Festo . ¶. *Omnes de Saba* . & *Aurum* , & *Tbus* , & fit Commemoratio Festi simplicis , si occurrat , puta S. Hygini . Non dicuntur preces , nec hunc suffragia Sanctorum . Rubr. gen. Brev. tit. 4. n. 2. Ad Horas , Capitul. & Orat. propr. reliqua ut in Festo . Ad Primam non dicitur Symbolum S. Athanasii *Quicumque* . Rubr. gen. Brev. tit. 33. n. 2. sed omnino recitatur ut in Festo ; & ad absolutionem Capituli dicitur Capitulum Nonæ proprium de Dominicâ infra Octavam Epiphaniæ .

62 In 2. Vesp. de eadem Dominicâ , Capitul. Antiphona ad *Magnificat* & Orat. propr. reliqua ut in 2. Vesp. Festi Epiph. fitque Commemoratio diei infra Octavam Epiph. Antiphon. & Orat. ut in 2. Vesp. Festi Epiph. ¶. *Omnes de Saba* . & *Aurum* , & *Tbus* , & Commemoratio simplicis , si sequatur .

Si autem dies Octava Epiphaniæ venerit in Fer. 2. secundæ Vesperæ erunt de die Octava Epiph. ( ut infra die 12. hujus ) cum Commemoratione Dominicæ infra Octavam per Antiphonam *Fili* , & ¶. *Omnes de Saba* . Rubr. Brev. in 2. Vesp. Dom. infra Oct. Epiph. & Gavant. in Rubric. Breviar. Se&t. 6. cap. 7. num. 12.

63 Duo hic notanda sunt ex Rubrica : primum , quod postquam cœpta fuerit legi Epistola I. ad Cor. ( si ve id contigerit in die Octava Epiphaniæ , sive infra Octavam , præ ut incident ipsa dies Dominicæ I. post Epiph. ) non legitur amplius de Epistola ad Rom. , de qua sue-

rant Lectiones 1. No&t. in præcedentibus diebus , propriæ ; sed pergitur legi de Epist. I. ad Cor. ut est in Breviario post Dominicam primam Epiphaniæ , ac de eadem legitur usque ad Dominicam secundam exclusive post Epiphaniam . Confer dicenda tr. 2. lib. 2. par. 2. in ejus 1. par. c. 1. n. 2. & hic inf. die 14. num. 1.

Alterum , quod monet Rubrica , est : cum in Breviario singulis diebus Octavæ Epiphaniæ designentur lectiones , & Antiphonæ ad *Benedictus* , & *Magnificat* propriæ : hinc monet , quod celebrato Officio de Dominicâ infra Oct. Epiph. continuantur dies infra Octavam eodem numero , & ordine , quo notantur in Breviario , perinde ac si Dominicâ non intercessisset ; ex. gr. si Dominicâ occurrerit tertia die infra Octavam : tunc prima die post Dominicam Lectiones secundi , & tertii No&tur. atque Antiph. ad *Benedictus* & ad *Magnificat* dicentur de tercia die infra Octav. quamvis dies currens sit dies quarta . Et sic deinceps de aliis , ut in Breviario : mutatis tamen lectionibus primi No&tturni de Epist. ad Romanos , in eas , quæ sumi debent ex Epist. I. ad Cor. ut supra notatum est .

De die Octava Epiphaniæ , cum sit fixa , agemus die 13. hujus , in qua nimirum semper occurrit .

## §. II.

### *De Missa.*

**T**N Dominicâ infra Oct. Epiph. Mis. 64 **L**sa propr. 2. Orat. tantum de Oct. Epiph. nisi occurrat Festum simplex ; puta S. Hygini , quia tunc additur 3. Or.

3. Or. videlicet de hujusmodi simplici. *Credo.* *Præfat.*, & *Communicantes*. de Epiph.

Si Officium Dominicæ infra Oct. Epiph. anticipetur in Sab. tunc di-

cetur & Missa, uti notavimus num.  
59. Missam hujus Dominicæ explicat, & interpretatur Durandus in Ration. lib. 6. cap. 18. qui videri potest.

## C A P U T V I I .

### N O T A N D A VII. J A N U A R I I .

#### E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S III.

Art. I. *De Horis Canonicas.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Celebrazione Nuptiarum.*

#### A R T I C U L U S I .

*De Horis Canonicas.*

1. Si non est Dominica, sicut Officium de die infra Oct. Epiph. semid. lect. 2. & 3. Noct. & Antiph. ad Benedicetus præpr. ut secunda die infra Octav. Lectiones 1. Noct. de Epiph. ad Rom. ut ibi. Reliqua ut in Festo, & infra Octavam: quemadmodum explicavimus heri n. 48. Vesp. de eadem. Antiphona ad Magnificat propria, ut secunda die infra Oct. Festi.

2. Si autem hodie sit Sabbatum, fiat in Vesperis ut dictum est die præcedenti n. 58.

Quod si hodie sit Dominica, fiat de ea, ut explicatum est die præced. n. 22. & a n. 60.

#### A R T I C U L U S I I .

*De Missa.*

Missa ut in Festo. 2. or. de B. 3. V. Deus qui salutis, ut in Miss. Dom. secund. post Epiphan. 3. Or. Eccl. vel pro Papa. *Credo.* *Præfat.* & *Communicantes* de Epiphan. Si vero hodie sit Dominica, dicitur Missa de ea, ut explicatum est die præced. n. 64.

#### A R T I C U L U S I I I .

*De Celebrazione Nuptiarum.*

Post diem Festum Epiphaniæ, 4. hoc est post medium noctem diei sextæ Januarii, incipiente die septima, cessat prohibitio celebrationis solemnis Nuptiarum; vide dicenda tr. 2. lib. 1. par. 1. c. 5. n. 1.

## C A P U T   V I I I .

## N O T A N D A   V I I I . J A N U A R I I .

## E X P L I C A N T U R   A R T I C U L I S   I I .

Art. I. *De Horis Canonicas.*  
Art. II. *De Missa.*

## A R T I C U L U S   I

*De Horis Canonicas.*

I Si non est Dominica, fit Officium de die infra Oct. Epiph. semid. lect. 1. Noct. si heri non fuit Dominica, erunt de Epist. ad Rom. ut 3. die infra Oct. 2. & 3. Noct. & Antiph. ad Bened. propr. ut 3. die. Si autem heri fuit Dominica, Lectiones 1. Noct. erunt de Epist. 1. ad Cor. ut in Fer. 2. curren. 2. & 3. noct. & Antiph. ad Bened. propr. ut 2. die infra Oct. reliqua ut in Festo, & infra Oct. Secundæ Vesp. de eadem; Antiph. ad Magis. propr. ut 3. die, si heri non fuit Dominica; si autem heri fuit Dominica, ut 2. die; reliqua ut in 2. Vesp. Festi.

Si tamen hodie sit Sabbatum, fiat in Vesperis, ut dictum est 6. hujus n. 58.

Quod si hodie sit Dominica, fiat de ea, ut explicatum est 6. hujus. a num. 60.

## A R T I C U L U S   I I .

*De Missa.*

M I S S A ut in Festo Epiph. 2. or. 3. Vesp. de B. V. 3. or. Ecclesie, vel pro Papa, ut in Miss. in Dominica 2. post Epiph. Credo. Praefat. & Communicantes propr.

Si vero hodie sit Dominica, dicitur Missa de ea, ut explicatum est 6. hujus n. 64.



C. A.

# C A P U T I X.

N O T A N D A I X . J A N U A R I I .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

A r t . I . *De Horis Canoniciis.*

A r t . II . *De Missa.*

## A R T I C U L U S I .

*De Horis Canoniciis.*

I Si mon est Dominica , sit Officium de die infra Octavam Epiph. se- mid. lectiones 1. Noct. si non præcessit Dominica infra Oct. erunt de Epistol. ad Rom. ut 4. die infra Octav. 2. & 3. Nocturn. & Antiph. ad Bened. propr. ut quarta die . Si autem præcessit Dom. infra Octav. lectiones 1. Noct. erunt de Epist. 1. ad Cor. ut in Fer. curr. 2. & 3. Noctur. & Antiph. ad Bened. propr. ut 3. die ; reliqua ut in Festo , & infra Octav. Secundæ Vesp. de ea- dem ; Antiph. ad Magnif. propr. ut quarta die , si non præcessit Dom.

si autem præcessit Domini. ut tertia die . Reliqua ut in 2. Vesp. Festi . Si vero hodie sit Sabbatum , fiat 2 in Vesperis , ut dictum est 6. hujus m. 58. Quod si hodie sit Dominica , fiat de ea , ut explicatum est 6. hujus a n. 60.

## A R T I C U L U S I I .

*De Missa.*

M I S S A ut in Festo Epiph. 2. Or. 3 IV. de B. V. 3. Eccles. vel pro Pa- pa , ut in Miss. Dom. 2. post Epiph. Credo . Præf. & Communiones de Epiph.

Si vero hodie sit Dominica , di- citur Missa de ea , ut explicatus est 6. hujus m. 64.



## C A P U T . X.

## N O T A N D A . X. J A N U A R I I.

## EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*Art. II. *De Missa.*

## A R T I C U L U S I.

*De Horis Canoniciis.*

**S**i non est Dominica, Officium de die infra Oct. Epiph. semid. lect. 1. Noct. de Script. occur. scilicet de Epist. ad Rom. si nondum factum sit de Dom. infra Oct. Epiph. 2. & 3. Noct. & Antiph. ad Bened. propri. ut quinta die. Si autem præcessit Dom. infra Oct. lect. 1. Noct. de Epist. ad Cor. ut in fer. occur. 2. & 3. Noct. & Antiph. ad Bened. ut quarta die. Reliqua ut in Festo, & infra Oct. Vesp. de eadem; Antiph. ad Magnif. propri. ut quinta die; si autem præcessit Dominica infra Octavam, erit ut quarta die. Reliqua ut in 2. Vesp. Fести, & fit Commemoratio sequentis simplicis S. Hygini P. & M. ut in communi un. Mart. Pontif. 1. loco: nisi alicubi celebretur sub ritu semid. aut dup. non 1. cl. quia ibi transferendum erit post Oct. Epiph. Vide dicta 6. hujus n. 49.

Si hodie sit Dominica Officium <sup>2</sup> fit, ut explicatum est 6. hujus a. n. 60. & in 2. Vesp. post Commemor. Oct. fit Commemoratio sequentis Festi simplicis S. Hygini, ut supra.

Si autem hodie fuerit Sabbatum, <sup>3</sup> in Vesp. a Capit. fit de Domin. infra Oct. Epiph. ut explicatum est 6. hujus nu. 58. & fit Commemor. Oct. Epiph. Antiph. ad Magnif. Omnes de Saba, ut in Brev. quinta die infra Oct. V. Adorate. R. Omnes Angeli, ut in Brev. ubi de Sab. infra Oct. Epiph. ob rationem traditam loco cit. & fit Commem. S. Hygini, ut supra.

## A R T I C U L U S II.

*De Missa.*

**M**ISSA ut in Festo. 2. or. de B. IV. V. 3. Ecclesæ vel pro Papa. <sup>4</sup> Credo. Præf. & Communic. de Epiph.

Si vero hodie sit Domin. dicitur Missa de ea, ut explicatum est 6. hujus n. 64.

C A.

# C A P U T   X I.

N O T A N D A   X I.   J A N U A R I I.

E X P L I C A N T U R   A R T I C U L I S   I I.

A r t. I. *De Horis Canoniciis.*

A r t. II. *De Missa.*

## A R T I C U L U S   I.

*De Horis Canoniciis.*

1. **S**i non est Dominica, Officium de die infra Oct. Epiph. semid. lect. 1. Noct. de Script. occur. nimirum de Epist. ad Rom. si nondum recitatum sit de Dom. infra Octav. 2. & 3. Noct. & Antiph. ad Bened. prop. ut sexta die. Si autem præcessit Dom. infra Oct. Lect. 1. Noct. de Epist. 1. ad Cor. ut in Fer. cur. 2. & 3. Noct. & Antiph. ad Bened. ut quinta die. Reliqua ut in Festo, & infra Oct. In Laudib. fit Commemor. S. Hygini P. & M. ut in communi un. M. P. r. loco: nisi alicubi habeat rit. semid. aut dup. non 1. Cl. ibi enim transferetur post Oct. Epiph. 2. Vesp. de eadem die infra Oct. Antiph. ad Magnif. propr. ut 6. die; si autem præcessit Dom. infra Oct. erit ut quinta die. Reliqua ut in 2. Vesp. Festi.

2. Si hodie sit Feria sexta, in Vesp. a capit. fit de Dom. anticipata infra Oct. Epiph. ¶ Omnes de Sabæ, ut in Brev. ubi de Sab. ante Dom. infra Oct. Epiph. Porro ut notavimus 6. hujus nu. 57. si Dominica

infra Oct. Epiph. occurrerit in ipsa die Octava Epiphaniæ, in hoc casu de Dominica prædicta sit in Sabbato præcedenti.

Si hodie fuerit Sabbathum, in 3 Vesp. a Capit. fit de Dom. infra Octav. Epiph. ut explicatum est 6. hujus n. 58.

Si hodie sit Dominica, Officium 4 fit de ea, ut explicatum est 6. hujus a nu. 60. & in Laudibus post Commemorationem Octavæ, fit commemoratione S. Hygini P. & M. ut indicavimus 1. eit. n. 61.

## A R T I C U L U S   I I.

*De Missa.*

Missa ut in Festo. 2. or. S. Hygini P. & M. *Infirmitatem*, ut in Communi un. M. P. r. loco, 3. or. de B. V. *Deus, qui salutis, quæ terminatur: Qui tecum: At Postcomm. terminatur: Per eundem Dominum Oc. Credo. Præfat. & Communicantes de Epiph.*

Si Missa sit de Dom. infra Oct. 6 Epiph. post Commemor. Oct. fit Commemoratione S. Hygini P. & M. ut indicavimus 6. hujus n. 64.

C A-

## C A P U T X I I .

## N O T A N D A X I I . J A N U A R I I .

## E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

A r t . I . *De Horis Canonicis.*A r t . I I . *De Missa.*

## A R T I C U L U S I .

*De Horis Canonicis.*

**1** Si non est Dominica, nec Sabbathum, Officium recitatur de die infra Octav. Epiph. semid. lect. 1. Noctur. de Script. occur. nimirum de Epist. 1. ad Cor. ut in Fer. occur. 2. & 3. Noct. & Antiph. ad Bened. prop. ut sexta die ; reliqua ut in Festo, & infra Oct. Vesp. de die Octava Epiph. dupl. ut in 1. Vesp. Festi, excepta Oratione, quæ est diversa, & propria.

**2** Si hodie fuerit Sabbathum, fit Officium de Domin. infra Oct. Epiph. anticipata. Rnbr. gen. Brev. tit. 4. n. 2. fine ; vide dicenda tr. 2. l. 2. par. 1. c. 1. n. 1. fit autem Officium hoc modo : In 1. Vesp. fit, ut dictum est die praecedenti n. 2. Ad Matutinum in 1. Noct. leguntur Lectiones de Epist. ad Rom. *Commando autem vobis*, ut in Officio Dominicæ infra Oct. Epiph. Rubr. Brev. hic. Initium vero Epistolæ 1. ad Cor. legitur in ipsa sequenti Dominicæ, seu in die Octava Epiph. occurrenti in Dominicæ. Reliqua etiam ut in dicta Dom. infra Oct. ut in Brev. & nos explicavimus ubi de ea Dom. 6. hujus n. 61. Vesperæ erunt de sequenti die Oct. Epiph. sub ritu dupl. omnia

ut in 1. Vesp. Festi, excepta Oratione, quæ est diversa, & propria, cum Commemoratione Dominicæ infra Oct. de qua celebratum est Officium hodie : Antiphona ad *Magnificat*. *Fili quid fecisti.* ¶ *Omnies de Saba*, ut in 2. Vesp. Dom. infra Oct. Epiph.

Si alicubi hodie occurreret in hac 2. Dominicæ anticipata Festum duplex 1. Cl. in Officio de Festo fiat Commemoratio Dominicæ ante Commemor. Octavæ Epiph. cum g. Lect. de Homil. Dom. & in Missa legatur Evang. de ea. In 2. Vesp. faciendam insuper esse Commemorationem præstatæ Dominicæ, negat Gavantus in Rubr. Brev. Sect. 6. c. 7. n. 9. at vero tum in 1. tum in 2. Vesp. hujusmodi dupl. 1. Cl. faciendam esse Commemorationem prædictæ Dominicæ, affirmat Pisart, quem refert, & sequitur Mératus in cit. locum Gavanti n. 2. quorum sententiam posteriorem credimus veriorem.

Si hodie fuerit Dominicæ, Officium fit de ea, ut explicatum est 6. hujus a n. 60. Vesp. erunt de sequenti die Octava Epiph. dupl. ut 1. Vesp. Festi, excepta Oratione, quæ est propria ; ac fit Commemoratio Dominicæ infra Octav. cuius hodie recitatum fuit Officium : Antiph. ad *Magnif. Fili.* ¶ *Omnies de*

*de Suba*, ut in 2. Vesp. Dom. infra Oct. Epiph.

cl<sup>esi</sup>. vel pro Papa. *Credo*. Præfat. & *Communicantes*, propr. de Epiphani.

## ARTICULUS II.

*De Missa.*

5 **S**i recitatum sit Officium de die infra Oct. Epiph. Missa ut in Feste, 2. Or. B. M. V. 3. Or. Ec-

Si hodie sit Sabbatum, vel Dominica dicitur Missa Dominicæ infra Oct. Epiph. Fit Commemoratio Octavæ Epiph. sine 3. Oratione. *Credo*. Præfat. & *Communi-*cantes, de Epiph.

## C A P U T XIII.

## NOTANDA XIII. JANUARII.

## EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

## ARTICULUS I.

*De Horis Canoniciis.*

1 **O**FFICIUM de die Octava Epiphaniæ rit. dupl. dicitur *Domine laibia*. Invitatorium, hymn. & Psalm. ut infra Octavam. In 1. Noct., si hodie sit Dominica, ponitur initium Epistolæ 1. ad Corint. ut in Breviar. in Dom. 1. post Epiph. Si autem non sit Dominica, legantur lectiones 1. Noct. de eadem Epist. 1. ad Cor. ut in Fer. occurr. infra hebdom. Dominicæ 1. post Epiph. Post primam lectionem 1. Nocturn. R. *Hodie in Jordane.* Leet. 2. & 3. Noct. propr. ut in Breviar. in die Octava. In 3. Noct. omisso Psalm. *Venite*, dicitur ut infra Oct. Psalmus *Fundamenta*, cum sua Antiphona *Homo*. Antiph. ad *Bened.*, & cetera ut in Feste die Epiph. Or. autem propr. *Rubr. Brew. bcc. 2.*

Vesp. si non sequatur Dom. 2. post Epiphani. ut in 2. Vesp. Festi, or. propr. si autem sequatur Dom. 2. post Epiph. fiat ut infra n. 5. In 2. Vesp. diei Oct. Epiph. Commemoratio sequent. ut infra n. 3. & 4.

Octava dies Epiphaniæ est privilegiata, habet 2. Vesp. integras, etiam si sequatur duplex Majus, cuius tantum Commemorationem admittit. *Rubr. gen. Brew. tit. II. n. 7.* vide statim infra dicenda n. sequ. Si sequatur autem duplex primæ, vel secundæ Classis, ut Patronus principalis loci, vel Titulus, aut Dedicatio Ecclesie, tunc secundæ Vesperæ erunt de sequenti, Commemoratio præcedentis. *Rubr. gen. Brew. tit. II. n. 7.* & in not. post tabell. occurrit.

Duplicem Majorem (ut etiam 2 Octavas Paschæ, Ascensionis, & Corporis Christi) hanc diem Octavam facit Gavantus Sect. 3. c. 2. n. 6.

n. 6. sed renuit cum Merato in cit. locum Gav. n. 3. & 4. Cavalerius to. 2. c. 20. in Decr. 8. n. 3. cum hæc, & prædictæ aliæ dies Octavæ privilegiatæ in Tabella duplichum Majorum minime connumerentur. Docet igitur cum Merato; Octavas Epiphanias, Paschatis, (seu Dominica in Albis) Ascensionis, & Corporis Christi non esse revera duplicitia Majora, sed in concurrentia esse ad instar duplichum Majorum; quatenus scilicet iisdem factum est privilegium, Vesperas non cedendi, nisi duplicibus primæ, & secundæ Classis. Subdit etiam Cavalerius num. 4. Dum autem diximus: has dies Octavas non nisi duplicibus 1. vel 2. Classis Vesperas concedere: id universim sit verum, cum concursus est cum Festis Deiparæ, aut Sanctorum: securis si sit cum Festo duplice Majori, quod de Deo, aut Christo Domino foret institutum; illæ enim dies Octavæ plusquam instar duplicitis Majoris censeri non possunt privilegiatae, quare cum tunc major non relevet dignitas, cum concursus supponatur cum æquali, aut Superiori; respective vel integræ, vel diuiditæ Vesperæ Festo tribuenda videntur. Ita Caval. Ex eodem vero Audore eodem to. 2. c. 18. in Decr. 12. n. 4. & 6. concurrente die Octava cum Festo æqualis ritus, & dignitatis, ejusdemque Subjecti, puta ejusdem Christi Domini, dandæ sunt primæ Vesp. integræ Festo sequenti. Vide dicenda in Fer. sexta post Octavam Corporis Christi Sect. 1. n. 87. Animadvertisit insuper idem Cavalerius in supra cit. d. 8. n. 5. prædictum privilegium, quod in Vesperis habet hæc, aliæque præfatae dies Octavæ Festivitatum Domini, extendendum

minime esse ad alias dies Octavas aliarum Solemnitatum Domini, puta ad diem Octavam SS. Redemptoris, Inventionis S. Crucis, SS. Trinitatis, Transfigurationis &c. Rubrica enim, (inquit) dum id privilegii faciunt, diserte loquuntur de aliis Octavis; nec verbum tenent, quod aliis possit esse favorable; nos autem scimus, quod privilegia neque ex majoritate rationis valent extendi: quare alibi vidimus, quod etsi Octava Corporis Christi rejiciat semiduplicia concurrentia, & duplicita translated, pluribusque aliis gaudeat privilegiis, nihil tamen bujusmodi habet Octava SS. Trinitatis, licet hæc sit dignior illa (ratione subjecti, non item ratione ipsius Octavæ. Confer ipsum Caval. to. 2. c. 17. Comment. in Decr. I. n. 5. & 6. & dicenda 14. hujus n. 12. & in Dominica Trinitatis n. 10.) Ceteræ itaque Octavæ Dei, aut Christi erunt duplices Minoræ, nec plus præferentia habebunt, quam tribuit illis ritus, aut dignitas. Etenim etiam Rubrica: Inter Festa: Festis ipsis Domini præferentiam non præstat, nisi in casu æqualitatis in ritu; unde itaque nos umquam eorumdem diebus Octavis plus juris concede-re possumus? Hæc Caval.

Si dies sequens non fuerit Dominicæ secunda post Epiph. nec sit reponendum ipsius Officium (in eo casu, de quo dicemus in Sabbato post Dom. 1. Epiph. Sect. 1.) in 2. Vesp. fiet Commemoratio S. Hilarii Ep. & Conf. de quo in Calend. Rom. sequenti die erit Officium semiid. Antiph. & V. ut in Communi Conf. Pontif. Orat. de Communi Doctor. & fit item Commemoratio sequentis simplicis, hoc est S. Felicis Presbyteri, & Mart. ut in Com-

- Communi unius Mart. Orat. autem propria.
- 4 Si die sequenti reponendum sit Officium Dominicæ secundæ post Epiph. in 2. Vesp. fit quidem Commemoratio S. Felicis, sed nihil de S. Hilario, quia ejus Officium transferendum erit, secundum dicenda in Sab. post Dominicam 1. Epiphan. l. cit.
- 5 Si cras fuerit Dominica secunda post Epiph., secundæ Vesperæ erunt de sequenti Festo dupli 2. Class. SS. Nominis Jesu, quod dictæ Dominicæ est affixum, quando in eam non incidit Dominica Septuagesima. Omnia ut suo loco dicemus in Sabbato ante Dom. 2. Epiph. & fiet Commemoratio de die Octava Epiphaniæ ut in 2. Vesp. deinde de Dominicâ 2. post Epiph. per Antiphonam & v. de Feria ut in Vesp. Sabbati, & dicetur Oratio ut in Sabbato primo post Octavam Epiph. absque Commemoratione S. Felicis, quia duplex 2. Cl. non admittit in 1. Vesp. Commemoracionem sequentis Simplicis, sed solum in Laudibus.
- 6 Si Octava Epiph. venerit in Dominicâ, nihil fit de Dom. in eadem die Octava, sed de Dominicâ fit in Sabbato præcedenti, quemadmodum diximus 12. hujus. Rubr. gen. Brev. tit. 4. n. 2. fine, & bic. Vide dicenda tr. 2. lib. 2. par. 1. c. 1. n. 1.
- 7 Octava Epiphaniæ est privilegiata ita; ut hodie non possit fieri neque de Officio 1. Cl. ut de Patrono, vel Titulari Ecclesiæ, vel Dedicacione ejusdem. Rubr. gen. Brev. tit. 7. n. 3. & tit. 10. n. 2. La-Croix l. 4. de hor. Canon. qu. 205. §. 1. & 5. Qui etiam qu. 204. §. 8. docet cum TOM. II.
- Gob. in quem diem transferri debet Officium Dedicationis Ecclesiæ incidunt in Dominicam privilegiam v. g. (ait) infra Octavam Epiphaniæ; quod ego intelligo pro casu, quo ea Dominica occurrat in hac die Octava, quo quidem casu, non ratione Dominicæ, sed diei Octavæ Epiphaniæ specialiter privilegiæ non potest fieri de Dedicatione: ut jam dictum est: atque adeo transferri debet. Dicit itaque La-Croix: *Si Festum Dedicationis incidat in Dominicam privilegiam v. g. infra Octavam Epiphaniæ: transferri debet Dedicatio in Dominicam post Octavam Epiphaniæ: hoc enim censetur voluisse Episcopus ponens in tali Dominicâ Dedicationem.* Gob. t. 3. n. 696. app. 3. lit. K. Nec obstat, quod forte in illam sequentem Dominicam incidat aliud Festum duplex, illicita autem fit translatio in diem alioqui impeditam: nam hic non est translatio proprie, & canonicæ loquendo, sed dici debet, quod Dedicatio ab initio fuerit pro tali anno, & concurrentia constituta in illa Dominicâ. Ergo transferri debet illud alterum duplex minus dignum. Sed vide Caval. Comment. in Decr. S. C. R. to. 1. c. 1. in Decr. 1. a n. 25. ad 35. & videri possunt dicenda in Appendice ad calcem Diarrii c. 4. de Dedicat. Eccl. n. 19.
- Octavam diem Epiphaniæ habere 8 prædictum privilegium excludendi Festum occurrens etiam 1. Cl. ob respectum Baptismi Christi, qui celebratur in ea: dicit Gayantus in Rubr. Brev. Sect. 3. c. 8. n. 2. & 12. Profecto in Octava die Epiphaniæ Baptismum Ecclesiæ celebrari, ait Honorius in Gemma lib. 3. c. 21. dum agitur de Apparitione, seu manifesto.

nifestatione Christi in Baptismo; de ea enim licet aliquid significatum fuerit in die Epiphania, attamen tunc ferè totum Officium fuit de apparitione facta Magis, & Gentium Vocatione; ut ibi observavimus. Decebat autem, etiam de secunda manifestatione prædicta Commemorationem fieri plenioram; & olim quidem de Baptismo Christi fuisse Officium totum in hac die Octava, notavimus 6. hujus n. 51. Congruo vero haec saltem Commemoratio laudati Baptismi fit, & suppletur in hac die Octava: sicut in die Octava Nativitatis Domini suppletur quod in ipso Nativitatis Festo omissum fuit spectans ad Virginem Matrem: unde illa dies Octava vocari solet *Octava Suppletionis*, seu *Supplementi*; ut notavimus die

1. hujus n. 6. Er quidem Durandus in Ration. lib. 6. c. 16. n. 13. & 15. fine, & c. 17. num. 1. hanc etiam diem Octavam Epiphaniae vocat *Octavam Suppletionis*, ab dictam causam.

## ARTICULUS II.

### *De Missa.*

IN die Octava Epiphaniae dupl. 9. Missa ut in propr. *Credo*, Praefatio, & *Communicantes*, de Epiph. Param. color. Alb. ex Rubr. gen. Miss. tit. 18. n. 2.

Si venerit in Dominica, nihil hac 10 die fit de Dominica. Rubr. Miss. bis. Excludit etiam Patronum, vel Titul. &c. ut dictum est Artic. preced. Rubr. Miss. bis,

## CAPUT XIV.

### NOTANDA XIV. JANUARII.

#### EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *Notanda pro Benedictione Mensa, & gratiarum actione.*

## ARTICULUS I.

### *De Horis Canonicis.*

IN Calendario Romano S. Hilarii Ep. & Conf. semid. Directoria solent signare hodie mutationem tertii versus in hymno: *Hie Confessor*, dicit. *Moruit supremos*, eo quod S. Hilarius obierit praecedenti die 13. ut dicitur in leg. Brey. Roma. & non

fuerit pro eo recitatus hymnus presdictus in 1. Vesp. sola enim Commemoratio de eo facta fuit. Vide dicenda 3. Decembr. n. 3. Favent Gavantes ad diem 14. Januarii, atque Meratus to. 2. ubi de ord. recit. Offic. not. 13. mutationem presdictam signantes. Sed in aliquibus Breviariis non videtur prescriptam hujusmodi mutationem: qua de re & Nos nonnulla observabimus sub eis. dig

die 3. Decembr. n. 4. Lectiones, primi Noctur. de Fer. occurr. Post Octavam Epiph. pergitur in 1. Noctur. legi de Epist. 1. ad Cor. usque ad Dom. sequentem. *Rubr. Breviar. post 2. Vesp. diei Epiph. fine:* si niminum hebdomada 1. post Epiph. in qua legitur de Epist. 1. ad Cor. se extendat adhuc post Octavam Epiphan., non item in casu, quo hebdomada prima post Epiph. absolvatur tunc cum Octava Epiphania; ut accidit in casu, quo Epiphania occurrit in Sabbato; quo causa hodie est Dominica secunda post Epiphaniam, in cujus hebdomada, die prima non impedita Festo habente Lectiones primi Nocturni proprias, reponitur initium Epistolæ secundæ ad Cor. (quod initium jam est impeditum in sua die, hoc est in ipsa Dominicæ secunda post Epiphaniam, in qua nunc celebratur Festum SS. Nominis Iesu, quod habet Lectiones primi Noct. proprias:) adeoque in sequentibus Feriis legitur de eadem Epist. secunda ad Cor. Similiter accidit in casu, quo Officium Dominicæ secundæ post Epiphaniam, anticipetur propter incidentiam Septuagesimæ, & fiat prima die post Octavam Epiphania, eo quod Sabbathum immediate precedens dictam Dominicam secundam post Epiphaniam, sit impeditum Festo novem Lectionum de pracepto: ad præscriptum Rubricæ Breviar. ante Dom. primam Epiphania. In diō enim ea postquam recitatum est Officium Dominicæ ritu Feriali, cum tribus Lectionibus de homilia Dominicæ secundæ post Epiphaniam, definie prima die non impedita Festo habente Lectiones primi Noct. proprias, rependendum erit

initium Epist. 2. ad Cor. Et in sequentibus Feriis legetur de eadem Epist. secunda. Confer dicenda tr. 2. in Sab. post Dom. 1. Epiphan. n. 4. & duobus sequ.

Itaque, ut dicebam, in Officio S. Hilarii lect. 1. Noct. de Script. occurr. 2. & 3. Noct. propr. nona leđio de S. Felice Presbyt. & M. reliqua de Communi Conf. Pontifici Orat. de Communi Doctor. Commemoratio in Laudibus S. Felicis de Communi unius Mart. Or. propria; in qua tamen nota non exprimi nomen S. Felicis, quod etiam fit in quibusdam alijs aliorum Sanctorum Orationibus, puta SS. Marii, & Soc. 19. hujus: SS. Felitis, & Adauerti 30. August. S. Callisti P. & M. 14. Octob. &c. Ratio autem est, quod ex Orationes sic de scriptæ reperiantur in Sacramentario Gregoriano. Et ratio anterior est, quia olim Sanctorum Nomina non exprimebantur in Oratione. Orationum autem, seu Collectarum Author fuisse videtur S. Gregorius Magnus; cum ante ipsum rarioerarum mentio apud Scriptores Ecclesiasticos reperiatur; is vero metiores, & entendatores in ordinem redigerit, & ex illis librum composuerit, quem inscripsit Sacramentarium. Vide Gavant. par. 1. tit. 9. de Orat. sub init. Merat. tom. 1. in Gavant. par. 1. in preliminar. n. 3. & 4. Emmanuel Azeved. de Divin. Offic. Exercit. 37. Caval. tom. 2. par. 2. c. 38. in Destr. 2. num. 7.

Hodie frunt Suffragia. Porro remuntratur Suffragia, seu Commemorations communes Sanctorum in Laudibus, & Vesperis ab Octava Epiphania exclusive ad Dom. Pas-

sionis exclusive. *Rubr. gen. Brev. iij. 35. n. 1.* Pro B. M. Virgine. *¶ Post partum.* Or. *Deus, qui salutis,* usque ad Purificationem. Quo ad hæc Suffragia Communia recolantur dicta lib. 2. par. 1. cap. 2. Se&t. 1. n. 7. & videantur dicenda in Appendix ad calcem Diarii c. 5. de tit. Eccl. art. 2. a n. 21. & c. 7. de SS. Patron. art. 5. num. 35. & die 31. Octob. art. 1. n. 4. & tr. 2. lib. 6. par. 1. cap. 1. n. 5. & 1. 2. par. 2. in ejus 1. par. c. 1. num. 1. quo quidem cap. dabimus notanda quo ad Horas Canonicas toto tempore post Epiphaniam usque ad Septuagesimam in genere. Dicuntur Preces Dominicale ad Primam. In Rx. br. *Qui sedes ad dexteram Patris.*

Vesperæ de sequenti Festo S. Pauli primi Eremitæ Confess. dupl. de Communi Conf. non Pontif. Orat. ut ibi 1. loco. In hymno *Iste Confessor:* mutatur tertius versus. Commemorat. præced. Antiphona *Amaruit*, ut in 2. Vesp. de Communi Conf. Pontif. *¶ Elegit.* de 2. No&gt;tar. ejusdem Conf. Pontif. & fit Commemor. sequ. Simplicis, nimirum S. Mauri Ab. Antiphona, & *¶ ut in Laudib. de Communi Confess. non Pontif. Or. Intercessio,* de Communi Abb.

2 Si autem cras erit Dom. II. post Epiph. hodie Vesp. de sequ. Festo SS. Nominis Jesu (de quo dicendum ubi de Dom. II. post Epiph.) & fit Commemor. sequentis Dominic. II. post Epiph. tantum; quia dupl. 2. Cl. ut infra notabimus, non admittit in 1. Vesp. Commemor. præcedentis semiduplicis, nec sequentis simplicis.

3 Si hodie sit Dom. II. post Epiph. Festum S. Hilarii transfertur: agen-

dum enim est, ut jam innuimus, de Festo SS. Nominis Jesu, cum Commem. Dom. prædictæ, ac nonna lectione de homil. Domin. Fit quoque Commem. S. Felicis Mart. in Laudib. & Missa privata tantum (*Rubr. Brev. bic*,) post Commemor. Domin. omissa 9. Lectione de Laudato S. Felice. *Gavant.* in *Rubr. Brev. Sect. 3. c. 11. n. 35.* Quod & in aliis etiam Festis sequentibus servatur, si incident in di&tam Dom. II. Epiph. *Rubr. Brev. bic.*

Si hodie reponendum sit Officium 4 Dom. II. post Epiph. Festum S. Hilarii semid. transfertur. Merat. t. 2. Sect. 6. c. 8. n. 2. Caval. tom. 2. c. 14. in d. 2. n. 49. Confer dicenda tr. 2. in Sab. ante Dom. 2. Epiph. n. 4. Officium fiet eo modo, quem explicabimus l. cit. n. 5. & fiet Commemoratio S. Felicis fine ejusdem lectione.

Translato Festo Sancti Hilarii in 5 diem, quo non sit dicenda nona lectione de S. Simplici, tunc de duabus lectionibus tertii Nocturni fiunt tres, quemadmodum leguntur in Breviaario Rom. in Festo S. Anselmi die 21. April. *Rubr. Brev. bod.*

Hic locus sese offert notandi plura pro Commemorationibus particularibus Festorum; & primo notandum est, quibus diebus, & de quibus Festis, seu Officiis facienda sit Commemoratio: & quoad hoc sciendum est, quod duplex primæ Clas-sis admittit in primis Vesp. Commemorationem de duplice primæ Clas-sis minus digno, de duplice secundæ Clas-sis; de Dominica Majori primæ, vel secundæ Clas-sis, si haec concurrat cum dicto dup. 1. Clas-s. Item de Dom. 2. Clas. & de Do-min. per Annum, si illud Festum

oc-

occurrat in hujusmodi Domin. de Feria majori, non de aliis. Fit tamen Commemoratio de Vigilia Epiph. si illud Festum occurrat in ea Vigilia, secundum dicta 4. Januar. art. 1. n. 2. Item fit Commemoratio de die infra Octavam Epiph. & Corporis Christi; Dies autem infra Octavam Nativitatis ampliori privilegio donantur, nimis ut ab altero die post Festum Nativit. non nisi a Capitulo fiat de Festo 1. Clas- sis; quemadmodum suo loco videbi- mus. Deinde Festum 1. Clas. in Laud. admittit Commemorationem Dominicæ secundæ Classis, & per annum, diei Octavæ, diei infra Octavam Nativitatis Domini, Epiphaniæ, & Corporis Christi, Feriæ Majoris, non tamen Vigiliæ, ex- cepta Vigilia Epiphaniæ. In secun- dis Vesperis admittit Commemora- tionem Dominicæ cuiuscumque; Dupli- cibus primæ Classis minus digni; Duplicibus secundæ Classis, Duplicibus per annum sive majoris videlicet, sive minoris; Diei Octavæ; Diei infra Octavam Epiphaniæ, & SS. Cor- poris Christi; infra Octavam vero Nativitatis Domini a Capitulo, ut modo innuitas, fit de Festo 1. Clas. Rursus in 2. Vesp. admittit Commemorationem Festi etiam Se- miduplicibus, non aliquum, nec qui- dem diei infra Octavam non privi- legiatam ut supra, etiam de ea- sit faciendum die sequenti. Tabell. de Conscr. Gavant. in Rub. Breviar. Sect. 3. c. 11. n. 14. Merat. tom. 2. Sect. 3. c. 9. prope finem.

7. Etsi vero de Festo *per se* simplici non fiat Commemoratio in Festo primæ Classis: attamen de Festo *per accidens* Simplici. (ut est Off. de Dominica anticipata, & Officium 9. Lætio-

nmi omnino impeditum) quid sta- tuendum? Vide in Appendice ad Calcem Diarii cap. 1. §. 1. num. 8. & 9.

Est insuper animadvertisendum hic; quod quando Festa Simplicia sunt per- petuo impedita ita; ut de illis ne qui- dem Commemoratio fieri possit: non potest Ordinarius loci assignare certam diem aliam illis Festis impeditis. S. C. R. 7. Maii 1746. in Varsavien apud Caval. in Append. ad Capit. de perpetua immut. Fest. post finem tom. 4. Decr. 21. Itaque si Festum Simplex perpetuo impeditatur ob ocurrentiam Duplicis primæ Clas- sis, non est ad aliam diem transferen- dum, juxta Rubricas. S. R. C. 18. Julii 1750. in una Ordin. Min. S. Franc. in Opere Merati in 2. Append. Indic. Decretor. Breviar. num. 518. Juxta Rubricas: puta titul. 10. de translat. Festor. n. 8. quas Rubri- cas de Festo Simplici impedito non solum per accidens aliquando, ve- rum etiam perpetuo impedito pro- cedere, declarat S. R. C. Atque adeo datur casus, quo alicubi ob- perpetuam ocurrentiam nunquam fiat de aliquo Festo Simplici. Con- fer Merat. tom. 2. Sect. 3. c. 10. n. 7. Poterit tamen cum facultate S. C. transferri. Confer eundem Merat. eadem Sect. 3. c. 4. fine.

Denique nota hic: quod in Fe- stis primæ Clas. non dicuntur in Missa Oratio Deus refugium, iussa a Majoribus pro re gravi. S. R. C. 28. Aug. 1627. apud Merat. Ind. De- cret. Miss. n. 219. Non dicuntur Ora- tio Refugium: vel alia similiter a Superioribus imperata; imo La- Croix lib. 6. par. 2. qu. 64. §. 5. Simpliciter testatur: ex praxi com- muniori eam in Duplicibus etiam secun-

secundæ Clas̄is omitti; sed & de-  
bere omitti, docet Merat. tom. I.  
par. I. tit. 7. n. 2. tamquam in di-  
cto casu prohibitam ex declaracione  
S. C. R. ubi declaravit, omitti de-  
bere in Festo 1. & 2. Clas̄. in Mis-  
sa Commemorationem SS. Sacra-  
menti solemniter expositi; de qua  
re dicemus in Appendice ad Calcem  
Diarii c. 3. n. 22. & 56. Eadem  
Collecta imperata a Superioribus o-  
mittitur in Dom. Palm. & in Vig.  
Penitentes, ut suis respective locis  
notabimus.

Animadvertisit autem Meratus par.  
4. tit. 17. n. 5. quod non obstante  
allegato Decreto de non faciendis  
Commemorationibus indistis pro re  
gravi, seu publica Ecclesiæ causa,  
in Missis Festi 1. Clas̄is: facienda  
nihilominus erit in Missa Solemni,  
seu Conventuali Commemoratio An-  
niversariz Consecrationis Episcopi:  
quando hæc incidat in Festum etiam  
1. Clas̄is excludens Missam illius:  
quia non est simpliciter pro publica  
Causa: sed etiam per se præcepta est  
a Rubr. & Decret. S. C. R. Con-  
fer dicenda 25. Decembr. n. 101.  
ubi etiam habes, an eadem Com-  
memoratio Consecrationis præfatæ  
sit facienda in Missis quoque pri-  
vatissimis?

8. Duplex secundæ Clas̄is admittit  
in primis Vesp. Commemorationem  
Dominicæ 1. vel 2. Clas̄. si hæc  
concurrat cum dicto Duplici 2. Cl.  
& Dominicæ per annum, si illud  
Festum occurrat in ea. Item dupli-  
cis secundæ Clas̄a minus digni; Du-  
plicis per annum sive Majoris vide-  
litteret, sive Minoris; diei Octavie;  
diei infra Octavam Corporis Christi.  
Infra Octavam tamen Nativita-  
tis Domini fiet, ut ibi dicetur; In-

fra Oct. Epiph. non fit de dupl. 2.  
Clas̄. de quo tamen cum possit fie-  
ri in Vigilia Epiph. in hoc casu in  
I. Vesp. admittit Commemoratio-  
nem Vigiliæ Epiphaniæ; admittit  
item Commemor. Feriæ Majoris; non  
aliorum. Deinde in Laudibus  
admittit Commemorationem Domini-  
nicæ cuiuscumque; diei Octavæ; diei  
infra Octavam Nativitatis Domini,  
(de aliis Octavis tunc occurrentibus  
dicetur ibi) & Corporis Christi; Fe-  
sti simplicis; Feriæ Majoris; Vigiliæ;  
non fit autem Commemoratio  
diei infra Octavam, exceptis prædi-  
ctis privilegiatis; et si fiat de Sim-  
plici Commemoratio: quia de Octa-  
va sæpius, de Simplici vero semel  
fit, quo die nimirum occurrit; ut  
cum aliis notavimus die 1. huius  
n. 7. Fit insuper in Missa privata,  
non item in Solemni, Commemo-  
ratio Simplicis in Festo Duplici 2.  
Clas̄. Eamdem Simplicis Comme-  
morationem faciendam esse in præ-  
dicto Duplici, si Missa celebretur  
Semisolemnis, seu media inter pri-  
vatam, & Solemnam, hoc est, sim-  
pliciter cantata fine Ministris Sa-  
cris: docet cum aliis Meratus to. I.  
par. I. tit. 7. n. 1. & par. 2. tit. 6.  
n. 42. fine. Excipit, nisi hujusmo-  
di Missa reputetur tamquam Sole-  
mnis; Quænam autem sic sit repu-  
tanda? proculdubio quæ sit Con-  
ventualis: in hac enim etiam lecta  
omittendam esse Commemorationem  
Simplicis in Festo 2. Clas̄. constat  
ex Decr. S. C. R. de an. 1705.  
quod dedimus, atque notavimus  
lib. I. c. 2. n. 12. post initium.  
Confer ipsum Merat. tom. I. par.  
3. tit. 11. n. 4. Decr. 21. Profecto  
ex Rubr. Miss. tit. 7. n. 1. quando  
Festi Simplicis Commemoratio in  
Of.

Officio fit tantum ad Laudes: ut accidit in Festo 2. Clas. ejusdem Simplicis Commemoratio fit in Missis tantum privatis. Sed Missa Conventualiis utique non est privata, quemadmodum ipsa sui denominatio præsert: Confer dicta lib. 1. loc. cit. idque etiam significatur in Decreto allegato, ubi dicitur, Commemorationem hujusmodi in Missa Conventuali, et si tantum lecta, omittendam esse in Festo 2. Cl. ut præscribitur in Rubrica Missalis tit. 7. num. 1. In eodem casu Festi Duplicis 2. Cl. Orationem imperatam a Superioribus; puta pro pluvia, pro quacumque necessitate &c. omitti in Missa ejusdem Festi, notavimus supra.

Deinde idem duplex 2. Cl. in secundis Vesp. admittit Commemorationem Dominicæ cujuscumque; duplicitis secundæ Classis minus digni, duplicitis per annum sive majoris videlicet, sive minoris, semiduplicis, simplicis; diei Octavæ, diei infra Octavam, dummodo de ea fiat sequenti die Officium; de die autem infra Octavam Corporis Christi super Commemoratio fit item in prædictis 2. Vespis. Infra Octavam vero Nativitatis fiet, ut ibi dicetur. Rursus in 2. Vesp. admittit Commemorationem S. Mariæ in Sabbato, (nisi Festum sit ejusdem B. M. V.) & Ferie Majoris. Si sequatur aliud Festum secundæ Clas- se minoris solemnitatis, seu dignitatis, de quo idcirco in dictis Vespis fiat tantum commemoratio, & in eodem Fallo sequenti occurrat Festum simplex; tunc in secundis Vesp. integris præcedentis Festi nihil adhuc fit de simplici; quia Festum sequens legit: privetur primis

Vesperis, non est tamen, cur & privari debeat in his Vesperris jure excludendi Commemorationem Festi simplicis? ita Gavant. l. cit. n. 15. cuius sententiam laudat Meratus ibi n. 3. & Caval. tom. 1. c. 6. in d. 5. nu. 29. Addit cum Halden Meratus n. 15. in eodem casu, ob rationem eamdem omittendam esse Commemorationem præcedentis Dominicæ minoris, seu per annum.

Duplex per annum majus in primis Vesperris admittit Commemorationem Dominicæ cujuscunque, tum duplicitis minoris per annum, semi-duplicis, simplicis, diei infra Octavam, diei Octavæ (non ex privilegiatis, de quibus infra nu. 11.) cum eo concurrentis, & Ferie majoris. In Laudibus admittit Commemorationem Dominicæ, Festi simplicis, diei infra Octavam, Ferie majoris, & Vigilie. In 2. Vesp. admittit Commemorationem Dominicæ cujuscumque, duplicitis minoris per annum, Semiduplicis, Simplicis, diei infra Oct. diei Octavæ, cum qua concurrat, (non ex privilegiatis, de quibus infra n. 11.) Ferie Majoris, & B. M. in Sabbato. Gav. num. 16.

Duplex per annum minus in primis Vesp. admittit Commemorationem duplicitis minoris, inferioris dignitatis, aut Solemnitatis, ut infra dicatur; item Dominicæ cujuscumque, Semiduplicis, Simplicis, dici infra Octavam, & Ferie Majoris. In Laudibus admittit Commemorationem Dominicæ per annum, Ferie Simplicis, diei infra Octavam, Ferie Majoris, & Vigilie. In 2. Vesp. admittit Commemorationem Dominicæ, Semiduplicis, Simplicis, diei infra Octavam, Ferie Majoris, & B.

& B. Mariae in Sabbato. Gav. nū.

17.

11. Dies Octava admittit Commemorationes, quas admittit duplex per annum minus; sed dies Octava Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis, & Corporis Christi, ad instar duplieis Majoris, habet integras Vesperas, & admittit eas Commemorationes, quæ conceduntur Festo duplici majori per annum, si hujusmodi Commemorationes accidere possint. Gav. n. 18. Dies item Octavarum Assumptionis, & Nativitatis B. V., aliarumque ejusdem Festivitatum Octavam habentem, concurrentes cum Officio duplici minori, habere debent integras utrasque Vesperas. Vid. dicenda 15. Septembr. art. 1. nū. 2. Id ipsum afferitur in favorem Apostolorum, & SS. Angelorum. Vide dicenda 6. Jul. nū. 2. & 2. Octobr. art. 1. nū. 2.

12. Dies infra Octavam admittit in primis Vesperis Commemorationem semiduplicis præced. cum quo dividit Vesperas; Simplicis, Feriæ Majoris, & alterius diei infra Octavam minus dignam. In Laudibus admittit Commemorationem Simplicis, Feriæ Majoris, Vigiliæ, & alterius diei infra Octavam minus dignam. Gav. n. 19. Similiter in 2. Vesp. admittit Commemorationem Simplicis, Feriæ Majoris, & alterius diei infra Octavam minus dignam. Porro in occurso plurium Octavarum, dignior est Octava Fести ritu digniori gaudentis, puta 1. Clas. præ secundæ Clas. Vid. dicenda 8. Septembr. art. 2. Sect. 1. subf. 1. nū. 11. & 12. Dignior est Octava privilegiata præ communi, ut ex. gr. est Octava SS. Corporis Christi, præ Octava SS. Trinitatis (ubi ea fiat, & etiam sit titulus

Ecclesiæ, ut suo loco dicemus) In occurso autem duarum Octavarum communium, & æqualis ritus, dignior est Octava Festi, seu Personæ dignioris, in cuius celebratur honorem; Major vero Festorum, seu Sanctorum dignitas hic attendenda, quænam sit? explicabitur infra. Occurrentibus duabus Octavis æqualis ritus, & dignitatis, puta ejusdem B. M. V. particulari una, universalis altera: dignior est Octava, quam celebrat universalis Ecclesia; Gavant. Sect. 3. c. 8. n. 6. & c. 9. n. 3. Vide Meratum in cit. nū. 6. Gavanti n. 11. Octava autem Dedicationis Ecclesiæ propriæ dignior est præ Octava Ecclesiæ Cathedralis. Vid. dicenda in Appendice ad calcem Diari cap. 4. de Dedic. Eccl. art. 3. qu. 4. n. 36. An vero Octava Dedicationis Ecclesiæ sit dignior quam Octava Patroni loci, seu Tituli Ecclesiæ? Vid. cit. art. 3. qu. 3. n. 35. & dicenda 15. Aug. art. 2. Sect. 1. subf. 1. n. 18. Cæterum Meratus tō. 2. Sect. 3. c. 8. n. 13. dat tabellam comparationis inter plures Octavas simul occurrentes, ut sciatur, quæ sit dignior, & alteri præferenda? quæ videri potest.

Semiduplex admittit in primis 13 Vesp. Commemorationem præcedentis Semiduplicis, & diei infra Oct. cum quibus dividit Vesperas; Simplicis, & Feriæ Majoris. In Laudibus Commemorationem diei infra Oct., Simplicis, Feriæ Majoris, & Vigiliæ. In 2. Vesp. Commemorationem Simplicis, B. Mariae in Sabbato, & Feriæ Majoris. Gav. nūm. 20. cum sequenti autem Festo secund. & die infra Oct. dividit Vesperas.

Dominica in primis Vesp. admittit

- tit Commemorationem Semiduplicis, & diei infra Octavam, cum quibus dividit Vespertas, & Festi simplicis. In Laudibus Commemorationem diei infra Octavam, & simplicis. In 2. Vesp. Commemorationem Semiduplicis, diei infra Octavam, & simplicis. Cur autem Dominica 2. Vespertas, quando concurrit cum Semiduplici, habeat integras, & non primas, quando Semiduplex cum ipsa concurrit? explicavimus lib. 2. in Dominica art. 2. n. 25. Dominica vero privilegiata occurrente in die Octava, quid faciendum? Vide tr. 2. l. 1. par. 1. c. 2. n. 12.
- 35 Simplex in 1. Vesp. & Laud. admittit Commemorationem tantum alterius simplicis; aliis vero cedit Officium. Gavant. Sect. 3. c. 11. num. 22.
- 36 Est Commemoratio tantum Festi simplicis in Vesp. de Feria, quando postridie de eodem facienda est tantum Commemoratio ob occurrentem Feriam IV. Cinerum, vel Feriam quartam, aut sextam Quatuor Temporum, aut Vigiliam, quia non habet Officium; atque adeo neque primas Vespertas: sicut etiam omittitur & ipsa Commemoratio in Feria quarta Majoris hebdomadæ, cum in sequenti Feria nihil fiat de Feste simplici. Rubr. gen. Brew. tit. 5. n. 2. & tit. 11. n. 10. & Gav. h. cit. num. 42.
- 37 S. Maria in Sabbato admittit Commemorationem in primis Vesper. & Laud. Festi simplicis tantum; cedit Officium aliis Gav. n. 23.
- 38 Quoniam saepe dictum est: in ritu æquali faciendam esse Commemorationem Festi minus digni, recitandas Vespertas integras de digniori; explicare jova! undenam per-
- tenda sit Festi Major dignitas præaltero æqualis ritus? Ex Rubr. XI. do concur. n. 2. Dupli ergo in Il. Vesperis concurrente cum alio sequentis Dupliei, in primis, si utraque sint ejusdem Solemnitatis, regulariter a Capitulo fit de sequenti cum Commemoratione precedentis, nisi aliter in propriis locis adnotetur. Dicitur: si utraque sint ejusdem Solemnitatis, hoc est ejusdem ritus. Vide Caval. tom. 2. c. 28: in d. 1. Regulariter prescribitur fieri a Capitulo neuter exceptio habeatur in concurrentia illorum Festorum, quorum alterum est altero dignius, quia in eo casu Vespere debentur integræ digniori, & sola Commemoratio minus digna, quemadmodum prescribit Tabula Concurrentias sub num. 6. quæ notat: Totum de digniori, Commemoratio de minus digno. Quæ tamen Major dignitas non attenditur nisi in Festis sub ritu faltem Dupli minori celebratis, atque adeo non attenditur in Festis Semiduplicibus. Vid. dicta lib. 2. par. 2. in Fer. V. art. 2. Sect. 1. qu. 3. n. 6. & in Sab. art. 4. Sect. 1. qu. 3. n. 36. Rursus Majoris dignitatis respectus non habetur, nisi in Festis ritus æqualis. Unde si inæqualia sint Festa in ritu Dupli, prævalet Festum altioris ritus; non obstante dignitate majori alterius Festi occurrentis, vel concurrentis, sed ritus inferioris. Vide Caval. tom. 2. c. 28. in d. 1. n. 1. An autem major dignitas attendenda sit in Festis Sanctorum secundariis, ad effectum preferentia? negat Meratus, affirmat Guyetus, & cum eo Caval. l. cit. in d. 2. n. 3. tum quia Rubrica non distinguit inter Festa primaria, & secundaria; tum quia in Festis secundariis

L. riis

sis enim residet dignitas, que est tota praferentiae causa; nec ratio illa est, ob quam attendi non debet; ita Caval. Quod tamen limitanda esse subdit, si Festa secundaria sine instituta in memoriam alicujus particularis rationis, ut est Festam Decollationis S. Joannis Baptizae, quod tantum est institutum ad ejusdem Martyrium recolendum; Confer dicenda 17. hujus artic. 1. n. 2. & in Dom. 3. post Pascha n. 2. Namquam scopum hujusce limitationis a Cavalerio appositae haud satis attingo, tum ignorem, annulla fuit in Ecclesia instituta secundaria Festa sine aliqua particulari ratione.

19 Ut autem proprius ad quæstionis solutionem accedamus; major dignitas Festi æqualis ritus petenda est a majori dignitate Personæ, in cuius celebratur honorem. Si autem Festa fuerint Personarum dignitatis æqualis; tunc Major dignitas Festi petitur a Majori Solemnitate, seu pontia exteriori, cum qua alterum præ altero celebratur, vel saltem competat in proprio loco, seu Ecclesia celebrari. Primo itaque Major dignitas Festi æqualis ritus petenda est a majori dignitate personæ, in cuius celebratur honorem; ita ut ex supra cit. Rubr. Inter Festa æqualis Solemnitatis servetur hic ordo, ut Festa Domini praferantur omnibus aliis, & habeant utrasque Vesperas integras; scilicet Festa B. M. Festis Sanctorum; item Festa Angelorum, & Apostolorum ceteris aliis; & Festa illorum SS., qui in propriis locis, vel Ecclesiis solemniter (extrinsece) celebrantur, aliis in Kalendario Romano descriptis pro Ecclesia Universali; praferuntur autem ratione Solemnitatis majoris, cum qua celebrantur, vel quam supponuntur habere in propriis locis, & Ecclesiis. Itaque ubi situs Festerum, & dignitas Personarum, in quarum celebrantur honorem, sunt æqualia; major dignitas Festi petenda est a majori Solemnitate extrinseca, cum qua

de Caval. to. 1. c. 1. in d. 16. a n. 7. De S. Joseph autem quid sentendum, an scilicet praferendus Apostolis? Vide eundem Caval. t. 2. c. 3 L. Comment. in d. 4.

Post Apostolos ceteri Sancti reputantur dignitatis ejusdem inter se, quo ad hanc effectum praferentiae. Hinc Sancti Martires in concurrentia Offitii duplicitis cum S. Confessore debent habere integras Vespertas proprie majorum dignitatem, & nobilitatem, quam habet Martyr præ Confessore. Negre hac Major dignitas, & nobilitas tribuenda est Confessori concurrenti cum Virgine; sicque in concurrentiis Officiorum equalis ritus, que possunt accidere, Sanctus Confessor non habet integras Vespertas; aliter enim sit in praeditis casibus, quam sit in concurrentia Festerum Domini, B. M. V. Angelorum, & Apostolorum, unde in antedictis primis concurrentiis fieri debet est prescriptioni Rubricie Breviarii Romanii de concurr. Officii n. 2. quæ dicit: Regulariter sit a Capitulo de sequenti. S. R. C. 14. Decembr. 1705. in una Ordin. Cappucin. apud Caval. tom. 2. c. 28. d. 2. Confer dicenda 13. Junii art. 1. n. 2.

Nihilominus Festa illorum Sanctorum, qui celebrantur in propriis locis, & Ecclesiis, vel qui alicubi solemniter celebrantur, praferuntur (in his locis) aliis in Calendario Romano descriptis pro Ecclesia Universali; praferuntur autem ratione Solemnitatis majoris, cum qua celebrantur, vel quam supponuntur habere in propriis locis, & Ecclesiis. Itaque ubi situs Festerum, & dignitas Personarum, in quarum celebrantur honorem, sunt æqualia; major dignitas Festi petenda est a majori Solemnitate extrinseca, cum qua

qua celebretur unum propter altero ,  
vel qua competat uni propter altero ,  
etsi per accidentis non celebretur so-  
lemniter in proprio loco , & Eccles-  
ia ; quemadmodum habetur ex plu-  
ribus Declarationibus S. C. R. ut :  
*In concurrentia plurium Officiorum a-  
equalis ritus , sive Martyrum , vel Con-  
fessorum , aut Virginum , vel Vidua-  
rum , minime attenditur dignitas sor-  
rum , sed preferenda sunt Festa poste-  
riorum , si celebrantur pompa Solemni-  
or , aut finis ex illis Festis , que cele-  
brantur in propriis locis , & Ecclesiis ,  
& hoc junta verba Rubrica de con-  
cur. Officii tit. 11. n. 2. Inter Festa  
aequalis ritus &c. S. R. C. 20. Ju-  
lli 1686. in Tridentino , apud Ca-  
val. l. cit. d. 1. Rursus : Festa per  
annum Duplicia , qua Solemniter cele-  
brantur a Choro , & in populo sunt  
de precepto , in concurrentia cum a-  
equalibus quoad ritum , & dignitatem ,  
possunt habere integras Vespertas ad sen-  
sum Rubrica XI. Breviar. Rom. n. 2.  
S. R. C. 22. Aug. 1744. in Crao-  
vian. apud Caval. in Append. ad  
cit. c. 28. d. 2. qui animadvertisit :  
Id verum esse , quamvis talia Festa  
non essent apud populum de prece-  
pto : cum ad effectum sufficiat So-  
lemnitas , qua celebrantur. Confer  
Merat. to. 2. Sect. 3. c. 10. n. 13.  
& dicenda 26. Maii n. 2. Prefatis  
Declarationibus confermat Decretum  
19. Januar. 1743. in una Camal-  
dul. Montis Coronae , quod Decre-  
tum notabimus 16. Novemb. n. 2.  
Major autem Solemnitas exercitata ,  
sive pompa Solemnia , qua respectu  
Cleri Secularis facit preferre Fe-  
stum Festo aequalis ritus , & digni-  
tatis intrinsecas , est Festum populi ,  
aut Cleri cum pompa exteriori ,  
apparatu , concursu &c. ex Decla-*

ratione S. C. R. 28. Octobr. 1628  
apud Gavant. in Rubr. Brev. Sect. 2.  
c. 29. recepitque Cavalier. cit. a. 28  
in Descr. 1. n. 3. & eodem tom. 2  
c. 44. in d. 2. Et licet Meratus in  
cit. locum Gavanti n. 8. dicas : De-  
clarationem hujusmodi non potuisse  
inveniri in Regulis S. C. R. con-  
cedit tamen , de ejusdem authenti-  
citate videri missime dubitandum ,  
cum afferatur , & allegetur a Ga-  
vantio ; quapropter & ipse illam in-  
seruit suo Indici Decretorum quoad  
Rubr. Brev. Sub n. 65. Itena Festi  
Pompa exterior explicatur per ap-  
paratum Ecclesias , concursum po-  
puli , Concionem , Processionem &c.  
Quae lices collective exigenda non  
sunt , sed divisive ; nihilominus Ca-  
valerius cit. num. 5. rite existimat ,  
non posse suffragari quemcumque  
apparatum , Processionem , aut con-  
cursum ; sed magna , vel saltē  
congruentem Solemni , & mox or-  
dinario ritui. Atque adeo Solemni-  
tatem exiguum , qua scilicet sicut  
in aliquibus velis appensis , modice  
populi concursu , Altaris apparatu ,  
publica Officii praeter solitum decan-  
tatione , Indulgentia plenaria , alif-  
que id genus , non posse ad rem suf-  
fragari : modica enim illa saltē di-  
visive , & absoluere sumpta ac mini-  
ma in considerationem non cadunt ;  
sicut tamen semper , & adhuc di-  
visive , sed comparative ad Ecclesias  
aliquas pauperiores , & ab hominum  
commercio dissipatas , & seminas , ad  
effectum fortasse relevare posse , idem  
Cavalerius arbitratur.

Sola autem Festivatio de prece- 21  
pto in foro non dat preferentiam  
Festo , ut constat ex Declaratione  
S. C. R. 2. Septembr. 1741. apud  
Caval. cit. c. 28. hujus tenoris : Fer-

ta Duplicia ; quæ coluntur a populo de præcepto , retinent eumdem ritum , quem alias haberent sensu qualitate precepti , nec sunt idcirco Duplicia Majora ; unde qualitas Festivitatis non est ratio , quod Vespera dicantur integre de tali Feste , nisi hoc Festum fruatur simul qualitate , vel Majoris dignitatis , vel altioris ritus . Adde : vel Majoris Solemnitatis : quæ idem præferentia dat privilegium , juxta jam dicta . Videri possunt dicenda 26. Maji art. 1. n. 2. & die 25. August. art. 1: n. 2.

22 Sed est insuper animadvertisendum , quod & ipsa Major Solemnitas non suffragetur Festa alicuius Sancti aliqui Solemni , aut celebri in populo , & Clero , vel ob votum , vel ob communem loci devotionem , vel ob beneficia ejusdem intercessione a Deo impetrata ; non suffragetur , inquam , pro omnibus Ecclesiis loci , in quibus Solemniter non celebratur , sed pro illa tantum Ecclesia , in qua specialius populus convenit generaturvis Sanctum , atque gratias acturus . Ita Caval. in cit. d. 1. n. 7. Supponendo , quod de tali Sancto sit concessum Officium . Huc respiceret videtur Declaratio sequens S. C. Cum ex Synodo Provinciali Regni Poloniae anno 1628. die 22. Maji constitutum sit , ut Festa aliqua a Clero , cultu , ac veneratione Solemni celebrentur ? (quæsitus fuit) quem ergo ratione talis Solemnitatis ritum habere debent ? quia aliqua Diœceses tribuunt ipsas Duplicem majorem , alia Duplicem minorem , tamen in occursum cum Duplici minori dant illis integras utrasque Vesperas : proinde ob universitatem quis illis ritus debetur ? Et responsum fuit : ad observandam uniformitatem , instans in S. R. C. pro-

elevatione Officiorum a ritu Duplici minori ad Duplicem maiorem in Fefis a Provinciali Synodo Regni Poloniae designatis , & interim serventur Rubrica tam de occurrentia , quam de concurrentia Festorum : quæ ex ritu Officii , non autem ex apparatu , & cursu propriam , & veram desumunt Solemnitatem . S. R. C. i. Decembr. 1742. In una Ordin. Carmel. Polon. in Opere Merati in 2. Append. Decr. Breviar. n. 447. Serventur Rubrica &c. quæ ex Ritu Officii , non autem ex apparatu , & cursu &c. qui nimis habeatur alibi ; secus vero in ipsa Ecclesia , in qua adsit hujusmodi Solemnitas , seu pompa exterior : juxta jam dicta , & præsortim juxta posterius Decretum ejusdem S. C. de an. 1744. supra descriptum : ex quo Festa in concurrentia cum equalibus quo ad ritum , & dignitatem possunt (in Ecclesia , in qua Solemniter celebrentur ) habere integras Vesperas ad sensum Rubricæ XI. Breviar. Rom. n. 2. Major itaque Solemnitas Festi non suffragatur ad supradictum effectum in omnibus Ecclesiis loci , in quibus solemniter non celebretur . Confer dicenda 26. Maji n. 2.

Prædicto autem præferentia privilegio gaudent Festa , etiamsi extra propria loca , vel Ecclesiis Solemniter celebrentur ; ut colligit Caval. ex supra allegato Decr. de an. 1682. ex illis verbis : Si celebrentur pompa Solemniori , aut sint ex illis Festis , quæ celebrantur in propriis locis , & Ecclesiis . Porro in ea verba : Aut sint &c. hæc scribit : Est dispositio altera Decreti , quam dictio Aut a precedenti distinguit , facitque , etiam Festa extra propria loca , & Ecclesiis Solemniter celebrata , pari præferentia

tie jure gaudere ; uti superius dicebamus : id autem , quod tenet præsens Decreti pars , certum redditur ex Rubrica inter Festa , qua Festa Sanctorum in propriis Ecclesiis , aut locis Solemniter celebratorum , aliis in Kalendario descriptis præferentia donat . Ita ille , qui etiam statim examinat : An bac Festa in propriis Ecclesiis , & locis præferentia gaudent , etiæ Solemniter non celebrentur ? & ait : Videtur quod non , quia Rubrica dicit : Solemniter celebrantur . Nos vero affirmative reponimus . Tum quia alias post exceptionem Festorum pompa Solemniori celebratorum , non oportuisset Decretum meminisse etiam eorum , quæ in propriis locis , & Ecclesiis celebrantur . Tum quia Decretum consulso creditur omisisse Solemniter , etiæ illud noset Rubrica . Tum quia Solemnitas Festis in propriis locis , & Ecclesiis ex se competit , & debita est , & per accidens est , quod quandoque exteriori Solemnitate spolientur . Tum denique quia Rubrica ad diem 30. Junii integras S. Paulo in propria Ecclesia tribuit Vespertas , nulla extrinsecæ Solemnitatis mentione habita . Quæ Rubrica designat nobis , quod etiæ Festa digniora ex recentibus a Rubrica (Inter Festa) numquam postponantur minus dignis , licet Solemnioribus : sensu vera , si sint æqualis dignitatis , puta duo Festa Apostolorum , itidem duo Festa æqualis dignitatis in propria Ecclesia , vel loco celebrata , Vespertas dividunt ; sed si eorum alterutrum etiam Solemnitatem habeat , hoc illi præferendum erit . Hæc Caval.

24. Qu. Quid faciendum sit , quoties concursus est inter plura Festa ejusdem Sancti ? puta si contingere Festum Stygmatum S. Francisci translatum celebrari die 3. Octobris ,

quo casu concurreret cum Festo de obitu ejusdem .

R. Ex Caval. tom. 2. c. 18. in d. 12. n. 6. & c. 28. in d. 2. n. 8. quod si alterutrum sit altioris ritus , de eo integræ erunt Vesperæ sine Commemoratione alterius : cum de uno , & eodem Sancto non fiat simul Officium , & Commemoratio . Vide dicenda in Append. ad calcem Diarii c. 7. art. 5. n. 35. Id ipsum erit , si sint ejusdem ritus , & in uno explicetur dignitas , aut cum Solemnitate celebretur : vel sit particolare loci , vel in occurrentia alterum expelleret . Si vero undique videantur paria , sed unum sit translatum , alterum occurrens : hoc sibi Vespertas usurpabit : eo enim ipso quod in sede celebretur propria , evadit Solemnius præ translato , cuius Solemnitas extra proprium diem transferri minime consuevit . Similiter si sint undique paria , at unum sit primarium , aliud secundarium , erit primarium præferendum . In concursu vero Festi , & diei Octavæ , Festum , licet secundarium , ratione majoris nobilitatis donabitur præferentia ; vide tamen dicenda in Feria Sexta post Octavam Corporis Chr. Sect. i. ubi de die Octava SS. Corporis Chr. concurrente cum Festo SS. Cordis Jesu . Si sint duo primaria , vel duo secundaria occurrentia , vel ambo translata , Vespere sint de eo , cuius evadunt primæ , cum primæ sint nobiliores secundis ; numquam enim , quoties concurrentia Festa sunt de eodem , locum habere potest divisio Vesperrarum : cum non conveniat Vespertas inchoari de eo , de quo saltem per Commemorationem non possunt absolviri : Vesperæ igitur sint primæ de

de sequenti sine Commemoratione præcedentis. Fallit hæc regula in Festis Domini, quorum unum cum non expellat Commemorationem alterius, dirigenda veniunt juxta generales leges, periade ac si non forent de eodem Domino. Vid. dicenda 8. Septembr. n. 19. & die 3. Octobr. n. 2. & tr. 2. in Dom. II. post Epiph. art. 1. n. 2. & Fer. VI. post Oct. Corp. Christi l. cit.

De Commemorationibus Festorum 9. Læctionuna *Simplicium* per accidens agemus in Appendice ad calcem Diarii c. 1. §. 1.

25 Hæcenus de Festis, seu Officiis, de quibus facienda sit Commemoratio. Nunc explicandus venit ordo servandus, ubi plures in eodem Officio fieri debeant Commemorations. Hic autem erit, ut de Duplice fiat ante Dominicam, de Dominica ante Festum Semiduplex; de Festo Semiduplici ante diem infra Octavam; de die infra Octavam ante Ferias Adventus, Quatuor Temporum, Vigil., & Rogationum. Rubr. Brev. tit. 9. nn. 11. & ante Dominicam anticipatam in Missa de Festo; (confer dicenda tr. 2. lib. 2. par. in ejus 1. par. c. 2. nn. 7. fine) Quod si facienda sit Commemoratio plurimum Octavarum: de digniori sit ante Commemorationem Octavæ minus dignæ. Regulas vero dignoscendi Octavam digniorem dedimus supra nn. 12. Si autem dies Octava occurrat in Dominica privilegiata. Vide dicenda tr. 2. l. 1. par. 1. cap. 2. num. 12. & ibidem, si Octava, & Festum 1. Cl. occurrat in Dom. 2. Cl. Si vero Dominica etiam privilegiata concurret cum sequenti die Octava, de qua tamen non nisi Commemoratio

sit die sequenti facienda; Vid. dicenda 7. Decembris articul. 2. n. 3.

Si Festum duplex concuerat eam die Octava impedita, seu de quo non sit sequenti die habenda nisi simplex Commemoratio, prior locus debetur Commemoratiōnī illius de quo integre forens Vesperaz, vel Capitulum, si dies Octava non esset impedita; Ita Cœnat. to. 2. c. 18. in decr. 2. n. 3. cum Merato, quippe qui in Tabula 35. in cursu Officii Commemoratiōnis S. Pauli cum Octava Corporis Christi, per quam impeditur dies Octava S. Joan. Baptiste, integras dat Vesperas diei Octavæ Corporis Christi, & prius prescribit Commemoratiōnem diei Octavæ S. Joannis, de qua si non fuisset impedimentum, lectum fuisset Capitulum, quam Officii Commemoratiōnis S. Pauli.

De Vigilia, & de Feria Adventus, Quadragesima, Quatuor Temporum, Rogationum fit Commemoratio ante Festum simplex. Rubr. Brev. tit. 9. nn. 11. De S. Maria in Sabbato, si in Feria sexta fiat Festum novem lectionum, fit Commemoratio ante Festum simplex, quod celebretur in Sabbato. De Festo simplici fit Commemoratio ante Sanctorum Suffragia, seu Commemorations communes. Rubr. cit. Et Gavent. c. 11. n. 40. Et 41.

Ratio predicti Ordinis deducitur ex qualitate Festorum, & Officiorum, etenim eo ordine, quo Festa predictarum fierint, eadem fieri convenit solemnes Commemorations. Gav. nn. 48. Excepta Commemoratione Festi Semiduplicis, que sit, ut dictum est, ante Commemorationem diei infra Octavam; licet in concurentia Semiduplicis cum

cum die infra Octavam, fiat a Capitulo de die infra Octavam cum Commemoratione Semiduplicis; & inde sequi videatur, de die infra Octavam deberet fieri ante semiduplices. Sed disparitatem bene adverterit, & notat Gavantus n. 39. ubi haec habet: *Vide disparitatem, nam in ratione Officij dividuntur Vespere, ita ut ad precedens Festum prima pars spectat; ad sequens a Capitulo.* Sed in ratione simplicis Commemorationis, puta quando semiduplices concurrat cuor duplici infra Octavam Festi habentis Octavam, quia semiduplices Festum est nobilius per se loquendo, (quia festum est,) quam dies infra Octavam, quae est continuatio Festi, ut diximus supra c. 8. n. 4. idcirco fit Commemoratio semiduplicis ante diem infra Octavam.

De Ordine autem faciendi Commemorationes Festerum novem lectionum per accidens Simplicium agemus in Append. ad calcem Diarii c. i. §. i. n. 11.

26 Et hac de Ordine, quo facienda sunt Commemorationes; nunc autem remaneat, explicetnus, quomodo facienda sit variatio, ubi plures simul Commemorationes occurrant, & variari debeant Antiphona, Versus, & Oratio, quia ex eodem communis sumuntur Commemorationes, unde sumptum est Officium; quo quidem casu facienda est variatio juxta Rubr. tit. 9. n. 8. Quoad hoc igitur notentur sequentia: *Quando Antiphona, & Versus in Vespere variandi sunt pro Commemoratione aliudius Simplicis facienda, tunc ad Vespere; Primo accipienda est Antiphona cum Verso Laudum. Si vero plures sunt Commemorationes Simplicium, tunc secunda Commemoratio sumetur*

ex secundis Vesperis cum versu secundi Nocturni; tertia vero Commemoratio fiet desumendo Antiphonam primam ex tertio Nocturno cum versu ejusdem Nocturni. Ad Laudes: Prima Commemoratio cum Versu erit propria ex primis Vesperis. Secunda Commemoratio fiet cum Antiphona tertii Nocturni, & versu assignatis iam in primis Vesperis. Tertia autem Commemoratio fiet desumendo Antiphonam, & Versum dictos secundo loco in primis Vesperis, nempe Antiphonam secundarum Vesperarum, & versum secundi Nocturni. S. R. C. 5. Maji 1736. in Einsideli. apud Cavall. tom. 2. c. 32. d. 9. Decretum non procedit pro quibuslibet Commemorationibus, sed pro Commemorationibus simplicium, & quidem non omnium, sed simplicium per se; non item simplicium per accidens, ut est Commemoratio Octavæ, vel Commemoratio Festerum novem lectionum, quibus cum integro Officio celebrandis non superfit locus infra annum, de quibus, ut videbimus, & explicabimus in Appendix ad calcem Diarii c. i. §. i. n. 9. etiam in 2. Vesperis Festi occurrentis habetur Commemoratio, qua tamen carent simplicia per se; de quibus Decretum: in quo propterera non fit mentio de 2. Vesperis. Cæterum ea, quæ in Decreto habentur, & ad ejusdem explicationem mox dicentur, poterunt inservire, ad intelligendam rationem variandi Antiphonas, & versus, ubi & in hujusmodi simplicibus per accidens, similis necessitatis casus acciderit. Locum tamen Decretum habet etiam in Commemorationibus Communib; seu suffragiis, quæ de Patrono, & Titulari qualitatibus ejus-

ejusdem fieri deberent ; ita Caval. l. cit. n. 1. & 4. Sed vide quid ex eodem docebimus in Append. ad calcem Diarii c. 5. de Titul. Eccl. art. 2. nu. 23. Rursus Decretum , quemadmodum Rubr. 9. de Commemor. procedit , nisi aliter signetur in propriis locis : ut eadem Rubr. monet n. 8. & etiam Decretum S.C. afferemus 16. Septembr. art. 1. n. 2.

Per allegatum vero Decretum sufficienter provisum est pro omni eventu : vix enim evenire posse videtur , quod plures tribus Commemorationibus simplicium qualitatis ejusdem simul occurrant . Cæterum ubi casus acciderit , & pro Commemorationum multiplicitate desint Antiphonæ , subrogentur aliæ duæ tertii Nocturni ; Versus vero sumuntur ex aliis communibus , qui magis quadrent ; nec obstabit , si in plura- li , vel singulari numero extent concepti ; confer dicenda nu. 31. ita tamen ut de eodem ad Laudes non repeatantur , quæ dicta sunt in Vesperis , nec e contra . Caval. in d. 8. n. 1. & 2. & in d. 9. n. 12. Secus autem licere quoad Commemorationem Patroni , & Tituli in suffragiis communibus , docebimus ex eodem cit. c. 5. de tit. Eccl. cit. n. 23. sicut quoad Commemorationem Octavæ , ex eodem Caval. infra dicemus n. 28. Item pro minus digno semper oportet adhibere alias Antiphonas , & Versus ; digniori , quoad fieri potest , reservatis , quæ eidem competunt . Caval. in d. 9. nu. 11. Dignius autem in occursu est Festum , de quo recitatut Officium , & in concursu , de quo recitantur Vesperæ , vel saltem fit a Capitulo , Vide Caval. to. I. c. I. in d. 19. n. 6. & 7. Profecto cum

id , quod habet Officium , vel Capitulum , primariam , & principalem sortiatur considerationem , in ejusdem Officio adhiberi debent ea , quæ in Officio talia rationis , aut qualitatis instituta dici sunt ; & si variatio aliqua ob occurrentem identitatem induci debet ; æquum utique est , quod ea fiat pro eo , quod secundariam habet in Officio considerationem : adeoque pro eo , quod non Officium , sed solam habet Commemorationem .

Quæ dicta sunt de Antiphonis , & Versibus , intelligenda etiam sunt de solo Versu , vel de sola Antiphona , quatenus solus Versus , vel Antiphona sola indigeat variatione ; variatio enim non est in Commemorationibus inducenda ultra necessitatem . Caval. tom. 2. cap. 32. in d. 8. num. 1. & in d. 9. num. 13.

An autem necesse sit , versum esse diversum ab Antiphona ? Respondemus affirmative , si omnino convenienter . Exemplum habes in Breviario in Rubrica Sabbati infra Octavam Epiphanie , in Vesperis ; ubi de Commemoratione diei infra Octavam ; die 6. hujus num. 58. Consentit Caval. in cit. d. 8. n. 5. ubi fatetur , quod si Antiphona in petitionis scopo , & in materialibus fere terminis convenienter cum Versu , nec quid aliud insertum teneat , atque commixtum , satius sit , Ver- sum in alium commutari .

Si præcedentis Festi qualitatis ejusdem , puta Confessoris Pontificis , sit Commemoratio facienda ; tunc præscriptus in Decreto violatur ordo ; enim vero ad primam Commemorationem , quæ est Festi præcedentis Confessoris Pontificis , usur-

pan-

panda est Antiphona cum versu secundarum Vesperarum , quæ cæteroqui adhibenda essent , si de eodem recitarentur Vespere ; in reliquis autem , quominus fieri potest , Decreti ordo iudicatur . Vide Caval. in cit. d. 9. n. 4.

28 Si facienda sit Commemoratio Octavæ in Festo qualitatis ejusdem , vel habente Antiphonam , aut Versum ex eodem communi ; pro Commemoratione Octavæ in primis Vesperis Festi : si non præcesserit Festum qualitatis ejusdem , de quo sit Commemoratio facienda ; dicatur Antiphona , & versus de secundis Vesperis ; in Laudibus autem Antiphona ex secundis Vesperis cum V. de primis Vesperis ; deinde in secundis Vesperis Antiphona de Laudibus cum V. de primis Vesperis ; ita Caval. in cit. d. 9. qui videri potest n. 6. & duob. sequ. Si autem præcesserit Festum qualitatis ejusdem , & consequenter pro eo adhibenda sit Antiphona cum Versu secundarum Vesperarum ; tunc pro Commemoratione Octavæ deserviet Antiphona Laudum cum Versu secundi Nocturni ; quoniam versus Laudum jam dictus esset pro Commemoratione in Vesperis Festi præcedentis ; ita Caval. n. 9. Quod si itidem occurrat Festum Simplex qualitatis ejusdem , dicatur Antiphona prima cum Versu tertii Nocturni . Caval. l. cit.

29 In Officio Confessoris non Pontificis , si in Laudibus facienda sit Commemoratio Sancti Confessoris Pontificis , & contra ; non opus esse Antiphonam variare , cum Gavanto docet Caval. in Dec. 8. num. 3. eo quod existimet , Antiphonas ad Benedictus in Officio Confessoris Pon-

TOM. II.

tificis , & non Pontificis in fine sufficienter apparere diversas.

Si autem Festum Sancti Confessoris Doctoris concurrat cum alio Doctore , non est danda utriusque Antiphona O Doctor , sed digniori , hoc est ei , de quo recitentur Vespere integræ , vel fiat a Capitulo , ut supra docuimus ; & sic , si fiat a Capitulo de sequenti , pro Commemoratione præcedentis dicatur Antiphona : Hic vir , si sit Confessor non Pontifex ; si vero sit Confessor Pontifex , dicatur Antiphona : Amavit eum . Quod si sit Summus Pontifex , Antiphona Dum esset . Similiter fiat , si Vespere sint de sequenti , & sola Commemoratio præcedentis . Si autem Vespere sint de præcedenti , & sola Commemoratio de sequenti , tunc Antiphona , O Doctor , dabitur eidem præcedenti ; & pro sequentis Commemoratione adhibebitur una ex prædictis Antiphonis , prout congruerit , quemadmodum est explicatum .

Nec obstat , quod ex Rubrica , Antiphona O Doctor , dicenda sit in utrisque Vesperis Officii S. Doctoris ; Rubrica enim hæc certe non loquitur de casu raro , quo unus Doctor concurrat cum alio Doctore : in quo quidem casu debet habere locum Rubrica generalis præscribens , Antiphonas esse variandas , quando fieri debent plures Commemorations ex eodem communi ; & ita docet Meratus tom. 2. in Gavant. Sect. 3. c. 2. ad diem 4. Decembr. ubi loquitur de casu , quo Officium S. Petri Chrysologi transferatur , & recitetur infra Octavam S. Ambrosii , ubi de eo celebretur Octava . Accedit praxis , ex qua in casu prædicto Antiphonas variantur .

M

Si

31 Si occurrat Officium novem Lectiōnum de pluribus Sanctis Virginibus, & Martyribus eo die, quo cadit Festum Simplex ejusdem qualitatis; seruanda est pro Commemoratione Simplicis Antiphona: Istarum est enim Regnum Cœlorum: ut in Festo SS. Perpetuae, & Felicitatis Virginum, & Martynum. S. R. C. 7. Decembribus 1680. in una Canon. Regul. apud Gaval. 10. 2. c. 32. d. 10. Nota hinc: Festum SS. Perpetuae, & Felicitatis in Calendario Rom. celebratur die 7. Martii. In eo quod Decretum descriptum SS. Perpetuam, & Felicitatem nuncupet Virgines, est mendum in textu, vel ex solita Typographorum incuria, vel ex potentiū errore, ut suscipiatur Caval. n. 5. facile investum; ex Actibus enim Martyrii earum sa-  
tis constat, eas non fuisse Virgines. An autem praedicta Antiphona pos-  
sit adhiberi in simili casu, quo fiat Officium, vel Commemoratio pluri-  
um Sanctorum Martyrum non Vir-  
ginum? Affirmat Guyetus relatus a  
Caval. n. 6. qui et si id non omni-  
no approbet, eo quod commune  
nam Virginem nihil huiusmodi ha-  
beat, & expresse demandet, Offi-  
cium faciendum esse, ut ibi signa-  
tur, sola excepta Oratione; con-  
cedit tamen, Guyeti sententiam pluri-  
um esse probabilem, ex Decla-  
ratione praefatae Sacre Congrega-  
tionis.

Si vero sint plures Virgines tan-  
tum, præcis non est adhibenda An-  
tiphona praedicta, quia non con-  
gruit. Vid. Caval. n. 3. Pro pluri-  
bus itaque Virginibus tantum adhi-  
beantur Antiphona de communione  
Virginum, ut: Veni Sponsa Christi;  
& alio. Caval. i. cit. Nec obstat,

quod plerique sint consueta in nu-  
mero singulari: adhuc enī plurimi  
bus convenient, si ade amissione  
febris vere renunciantur: unde re-  
ipsa in teatrumdem Officio dicuntur  
Antiphona: Hec est Virgo sapientia.  
Hec est, que nescitur, taliterque fami-  
les: ut cum Guyeto obseruat Ca-  
val. 1. cit. Confer dicta n. 26.

In Commemoratione plurimis Mar-  
tyrum simul, & Virginum non tan-  
tum Antiphona, sed etiam Versus  
est adhibendus, prout in Festo pro-  
fato SS. Perpetuae, & Felicitatis,  
quatenus tamen etiam Versus indu-  
geat variatione.

Si aliae Commemorationes huius-  
modi sint qualitatib[us] ejusdem, adhi-  
beantur Antiphona aliae, & Versus  
de eodem communi: unde etiam  
sumetur Oratio, si Oratio: Da no-  
bis: que recitatur in Festo SS. Per-  
petuae, & Felicitatis, dicta sit in  
Officio. Accipiatur itaque alia pro  
Commemoratione de communi in  
numero plurali, ut: Domus, qui inter  
cetera. Caval. n. 4.

Porro quod dictum est de varia-  
tione Antiphonarum, & Versuum  
pro Commemorationibus in Officio,  
intelligendum est quoque de Ora-  
tionibus in eodem Officio, & Mis-  
sa, & duas Secretis, & Postcom-  
munionibus; nimis, ut varien-  
tur, si opus est, ne cum similib[us]  
conveniant. Rubr. gen. Brev. tit. 9.  
n. 8. & Rubr. gen. Miss. tit. 7. n. 8.  
Caval. tom. 2. z. 32. in d. 9. n. 13.  
Desumendo alias de respectivo com-  
muni: & quatenus definiri, de alio  
communi, (siquidem adixi; secus  
variations fiat ratione simili illi, quan-  
proponemus 10. Martii n. 3.) con-  
fessus semper sis, que non congruant,  
& additis, que competant illis, de  
qui-

quibus sit Commemoratio, ut *In Martyris, Pontificis, Abbatis, &c.* ita Cavat. l. cit. Et hec quidam est consuetudo Ecclesiarum; nec creditur esse vel contra praeceptum Rii V. in Bulla Breviariorum Rom. prescripta: vel contra Declarationem S. C. R. ex qua. Non Ucer aliquid ex damnatione, seu ex auctoritate priuata missere, mutare, vel appaser interea, quo integrant Officia cuiusvis dies; quia in Officiis Sanctorum nibil est addendum, vel immutandum, nisi a Sancta Sede Apostolica concessum fuerit. S. Bl. C. 10. Junii 1690 in una Ordin. S. Benedicti, apud Cavat. tom. 2. c. 41. d. 12. Iuvmo savet Declaratio ipsius Sacrae Congregationis de an. 1753. in Kilnen. quam dedimus lib. 2. par. 1. c. 2. n. 10. Est autem animadversandum, quod Oratio, quar variatur, semper usurpetur pro eo, de quo fieri debet Commemoratio; vide Cavat. tom. 1. c. 11. in d. 19. n. 62. & dicenda 11. Novemb. art. 3. n. 5. & recole dicta superius. n. 26. Vespa. Item pro minus digne. Unde si Festum S. Doctoris concurrat cum Festo alterius Doctoris, & utique habebat Orationem de communis Doctorum; Oratio Deus, qui populo tuo &c. danda est illi, cui dandam esse diximus supra n. 30. Antiphonam Doctorum propriam: O Doctor optime. An autem Oratio in primis Vesperis variata, & data Sancto, de quo occurret Officium sequenti die, eadem recitanda erit sequenti die in Laudibus, ad Horas, & in 2. Vesp. ? Vide dicenda 23. Julii art. 15. num. 2.

## A R T I C U L U S. III.

## De Missa.

N. Festo S. Hilarii Ep. Conf. Se 33. mid. Missa de communis Doctor. Commemoratio S. Felicis Presbyt. & Martyr. Or. proprie. 3. Or. de B. V. Deus, qui salutis. Porro ab Octava Epiphan. usque ad Purificationem, nisi fuerit duplex, post Orationem diei dicitur 2. Or. de B. V. Deus, qui salutis, 3. Or. pro Ecclesia, vel pro Papa. Rubri gen. Miss. titi 9. n. 3: ut in Dom. 2. post Epiphan. Etiamsi Dominica Septuagesima, vel Sexagesima; vel Quinquagesima varerit ante Festum Purificationis, vel in ipsa die Purificationis. Rubri Miss. in Dom. Septuages. Quando autem occurrit Commemoratio Simplicis, 2. Or. erit de Simplici, 3. Or. de B. V. Quo ad Missam notanda toto tempore post Epiphaniam usque ad Septuagesimam in genere, dabimus: tom. 2. l. 2. par. 2. in ejus 1. par. o. 2.

In Missa S. Hilarii, etiam ubi 34. celebratur sub titu. Duplici, nos est dicendum Crdo, quamvis legatur Missa de Communis Doctorum, & Oratio similiter sit de eodem communis, & in Officio habeat Octavum Responsorium: In medio Ecclesiae. Hac enim non sufficiunt ad hoc, ut dicatur Crdo in hujusmodi Sanctorum Missis; sed ex Cavat. tom. 5. c. 12. n. 22. (alias per errorem 23.) requiritur, quod in Officio praeter Octavum Responsorium: In Medio Ecclesiae: ad Magnificat assignata sit Antiphona: O Doctor. Confer Merat. tom. 1. par. 1. tit. 11. n. 7. Dixi: etiam ubi celebratur M 2 sub

*sub ritu Duplici*: cum enim Festum S. Hilarii in Cal. Rom. habeat ritum Semiduplicem, etiam ideo ei non competit *Credo*; nam ex eodem Caval. l. cit. num. 58. & 59. Festa Semiduplicia, de quocumque ea sint, peragenda sunt sine Symbolo (Confer dicta lib. 2. in Fer. V. n. 13.) Intellige nisi aliunde dicendum sit, puta ratione alicuius Octavæ; & nisi celebretur Missa Solemnis cum concursu populi, quo casu utique conceditur *Credo* ex Rubrica; Vide dicenda in Append. ad calcem Diarii c. 6. de Festo Tituli Alt. n. 3.

- 35 In Missa S. Hilarii Param. color. alb. ex Rub. gen. *Miss. tit. 18. n. 2.* Color albus quidem adhibetur in Festis SS. Confessorum, ad significandam eorum integritatem, & innocentiam; ita Durand. in Ration. Offic. lib. 3. c. 18. n. 2. & ex Innocentio III. Gavantus in Rubric. *Miss. par. 1. tit. 18. num. 2. lit. X.*
- 36 Si hodie fiat de Dominica 2. post Epiph. anticipata, secundum dicenda tr. 2. in Sabbato post Dom. 1. Epiph. n. 4. Missa erit de Dominica 2. post Epiph. eo modo, quem explicabimus l. cit. Sect. 2.
- 37 Si contingat transferri Festum S. Hilarii, eo quod occurrat Dom. 2. post Epiphaniam, & faciendum sit

de Festo SS. Nominis Jesu Dupl. 2. Cl. in Missa de SS. Nomine 2. Or. Dominicæ, tertia Orat. S. Felicis Martyr. in Missa privata tantum. Quod & pro S. Mauro, si die 15. occurrat Dominica 2. post Epiph. & pro similibus semper servetur. *Rubr. Miss. bic*: Quia de Festo Simplici fit Commemoratio in Missa, quando de eo in Officio facta est Commemoratio in primis Vesperis. Quando autem de eo fit Commemoratio ad *Laudes* tantum, tunc in Missa solemnii non fit Commemoratio de eo, sed in Missis solum privatis, seu lectionis; excepta Dominica Palmarum, & Vigilia Pentecostes, in quibus, ut suis locis dicetur, nulla fit Commemoratio, etiam in Missis privatis, de Festo Simplici occurrenti, licet facta sit in Officio. *Rubr. Miss. tit. 7. de Commemor. n. 1.*

### A R T I C U L U S III.

*Notanda pro Benedictione Mensæ, & Gratiarum actione.*

**A**b hac die 14. inclusive resumitur communis, & ordinaria formula benedicendi Mensam, & gratias agendi post sumptum cibum, secundum dicta 6. hujus art. 1. Sect. 7.

C A-

# C A P U T X V.

## N O T A N D A X V . J A N U A R I I .

### E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I I .

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Indulgencie.*

#### A R T I C U L U S I .

##### *De Horis Canoniciis.*

1 VN Calendario Rom. S. Pauli primi Eremitæ Conf. Dupl. Min. S. R. C. 11. Julii 1722. annuente Innocentio XIII. 18. ejusdem Mensis, & Anni apud Merat. Sect. 7. cap. 3. ad hanc diem. In hymno. *Iste Confessor,* dicitur: *Meruit supremos.* Vid. dicenda 3. Decemb. n. 7. Lection. 1. Noct. de Script. occur. 2. & 3. Noct. propr. 9. Lect. de S. Mauro Ab. reliqua de Communi Conf. non Pontif. Or. ut ibi 1. loco. In Laudib. fit Commemor. S. Mauri Ab. ex 1. Vesp. de communi Conf. non Pontif. Or. *Intercessio,* de communi Ab. 2. Vesp. de eodem Festo, & fit Commemoratio sequentis Festi S. Marcelli P. & Mart. Semid. de communi un. M. Or. propr.

2 Si hodie occurrat Dom. 2. post Epiphan. transfertur Festum S. Pauli, quia recitandum est de SS. Nominis Jesu, uti dicemus tr. 2. ubi de ea Dom. Sed fit in Laudib. tantum post Commemorationem Dominicæ, Commemoratio S. Mauri Ab. ut in Laudib. de communi Confess. non Pontif. omissa ejusdem lectione, nam legenda est nona le-

ctio de homilia præfatæ Dom. Deinde si Festum S. Pauli transferatur in diem, in qua non erit legenda lectio de Simplici, tunc legetur lectio nona ut in Festo S. Mathiae Ap. *Quod est fastigium.* Rubr. Brev. hic.

Si sequatur Dom. 2. post Epiphany. Veiperæ de sequenti Festo SS. Nominis Jesu, Commemoratio præcedentis Duplicis, & Dominicæ 2. prædictæ.

#### A R T I C U L U S I I .

##### *De Missa.*

VN Festo S. Pauli primi Eremitæ 4 & Conf. Dupl. Missa ut in propr. Commemoratio S. Mauri Abb. cuius prima Oratio, & Postcommunio, ut in Missa *Os justi,* de Communi Abb. at Secreta ex Missa *Jubilus* de communi Conf. non Pontif. 2. loco. Color. Param. alb.

#### A R T I C U L U S I I I .

##### *De Indulgencie.*

VN Festo S. Mauri Ab. Ordinis S. 5 Benedicti Indulg. plen. in Ecclesiis Monachorum; & Monialium ejusdem Ordinis. Clemens X. Constit. 89. pag. 158. to. 7. Bullar. apud Plaz. de Purgator. par. 2. art. 5. §. 10. n. 70. ad diem 15. Januar.

C A

# C A P U T X V I .

## N O T A N D A X V I . J A N U A R I E .

### E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S . I I I .

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa..*

Art. III. *De Indulgentiis..*

### A R T I C U L U S I .

#### *De Horis Canoniciis..*

- I** T N: Calend.. Rom: S: Marcelli P: & M: semid.. leet. 1: Noct.. de Script. occur: 2: Noct. propr. 3: Noct.. de communi un: M: 2: loco.. VIII. R: Domine prævenisti. Reliqua ut in eodem communi, or.. autem propr. Vesperæ de: sequ: Festo S: Antonii Abb: dupl.. ut in communi Conf. non Pontif. Or. Intercessio.. de communi Ab. Commemoratio præced.
- 2** Responsorium O&avum in Festo S: Marcelli P: & M: est: Domine prævenisti.. Rubr: Brew: bic .. Quod est proprium aliorum Martyrum Pontificum Eusebii, Joannis, Sylverii Martini, & Pontiani; qui notantur in Breviario in fine Matutini Officii de communi unius Martyris; & erit etiam hoc Responsorium dicendum in Officio cuiuscumque alterius Martyris, qui sanguinem nostrum fuderit: hoc est sublatus morte violenta non fuerit: etiam sub ritu simplici recitato, & quacumque Feria occurrat .. Porro, apud S: C: R: Quæstum fuit: utrum in Officio simplici Martyris, qui sanguinem non fudit, semper pro secundo Responsorio dicendum sit: Domine prævenisti: quacumque occurrat Fe-

ria, vel tantum diuoccurrit Feria: IV. ? Et responsum fuit: dicendum: esse Responsorium: Domine prævenisti: in quocumque Officio Martyrum, qui perierunt: non effuso sanguine: S: R: C: 10: Januar: 1693.. in una Galiliarum, apud Caval: t: 2: part: 2: c: 34: d: 24: Non erit tamen prædicum Responsorium dicendum, si recitetur Officium de pluribus Martyribus, licet obierint: non effuso sanguine: quia, ut observat Cavalier: l: cit: nu: 6: tunc absque ulla distinzione commune plurimorum Martyrum præscriptum est usurpari: & idem Responsorium: communis unius Martyris reperitur addicatum, & quidem extra tempus Paschale: Paschali enim tempore habetur speciale commune Martyrum, pro quo etiam Martyre recitandum, ut suo loco notabimus, & assignabimus rationem ..

### A R T I C U L U S I I .

#### *De Missa..*

- I** T N: Festo S: Marcelli P: & M: se: 3: mid: Missa ut in propr. 2: Or. B: V: Deus qui salutis.. 3: Eccl. vel pro Papa: Col. Param: Rub:.

A R-

**A R T I C U L U S III.**

*De Indulgentiis.*

4 <sup>vn</sup> Festo SS. Martyrum Berardi .  
A Petri Eccl. Ordinis Fratrum Mi-

norum S. Francisci Ind. Plen. in Ecclesiis Patrum Conventualium e- jusdem Ordinis. Clem. XII. Constitut. 150. pag. 27. tom. II. Bullar. apud. Plan. de Purgator. ad hanc diem.

**C A P U T X V I I .**

**N O T A N D A X V I I . J A N U A R I I .**

**E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S III.**

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Pume benedicto in die S. Antonii Abb. & Benedictione Animalium.*

Art. IV. *De quadam Observantia Vana.*

**A R T I C U L U S I .**

*De Horis Canonicis.*

1 <sup>vn</sup> Calendar. Rom. Sandi Antonii Ab. dupl. lect. 1. Noct. de Sofipt. occur. 2. Noct. propri. 3. Noct. de communii Conf. non Pontif. 1. loco , reliqua de eodem communii . Or. Intercessio , de communii Abb. Vesp. de sequi. Festo Cathedrae S. Petri Rome dupl. maj. Psalmi , & eorum Antiphona , atque Capitula de communii Conf. Pontif. reliqua propri. Deinde fit Commemoratio S. Pauli Ap. ante alias quacumque Commemorationes , etiam Festi Duplicis , aut Dominicæ , ut in Breviar. hic ; postea fit Commemoratio præcedentis , tandem Commemoratio sequentis Festi simplicis , hoc est S. Prisca V. & M. ut in communii V. Or. propri.

2 Ubi Festum S. Antonii Ab. esset dupl. maj. divideret Vesperas cum

sequenti Festo Cathedrae S. Petri ; et si enim S. Petrus utpote Apostolus sit dignior ; attamen in prædicto iphus Festo secundario non attenditur ejusdem dignitas : quia est solum institutum ad recolendam assumptionem illius in Episcopum Romanum , atque Pontificem Summum , ut cap. sequenti dicetur ; vide Cavaler. tom. 2. c. 27. in d. 4. num. 2. & 3. & c. 28. in d. 2. n. 3. & dicta 14. hujus art. 1. n. 18. fine , & confer dicenda 29. Aug. num. 2.

**A R T I C U L U S II .**

*De Missa.*

1 <sup>vn</sup> Festo S. Antonii Ab. dupl. Mis. 3 sa Os justi , de communii Ab. sed Evang. ex alia Missa Os justi de communii Conf. non P. 1. loco . Col. param. alb.

**A R .**

## ARTICULUS III.

*De Pane benedicto in die S. Antonii  
Ab. & Benedictione Animalium.*

4. **A** PUD aliquas Ecclesias consuetum est benedicere panem in die S. Antonii Ab. ut refert Tamburinus Meth. celebr. Miss. lib. I. c. 2. §. 3. n. 6. Qu. Utrum possit adhiberi panis prædictus ad usum communem: unde nulla ei competit religiosa reverentia.

R. De hujusmodi pane benedicto idem ac de pane benedicto in die S. Blasii dicendum esse: significat ipse Tamburinus l. cit. & nos etiam resolvimus ob similem rationem, quam assignabimus, ubi de pane illo loquemur 3. Febr. art. 3.

Hujusmodi autem consuetudinem, distribuendi panem benedictum in hac, & nonnullis aliis Sanctorum Festivitatibus, putat Marcus Battaglini Episcopus Nucerinus tom. I. hist. Concil. ubi de Concilio Laudiceno num. 8. esse monumentum quoddam veteris illius consuetudinis, ex qua olim iis, qui in Missa non debebant communicare, disperiebatur in Ecclesia pani benedictus: de quo ritu nonnihil dicemus tr. 2. lib. 4. par. I. c. 4. num. 5. Nos tamen non credimus id universaliter verum, præsertim quoad recentiora Festa Sanctorum, in quibus hujusmodi benedictio, & distributione fieri consuevit; confer dicenda 10. Septembr. n. 4. ubi de pane benedicto in Festo S. Nicolai de Tolentino.

5. Solent insuper in die Festo S. Antonii Ab. benedici animalia: cuius benedictionis formulam adhiberi so-

nitam Romæ tradit Benedictus XIV. tom. 3. Notific. 6. & Lucius Ferrar. in sua Biblioth. to. 8. Edit. 3. Bonon. in primo supplem. V. Benedictio. pag. 228. col. 1. Notandum hic occurrit pro Parochis sequens Decretum S. C. Ep. *Benedictiones Animalium in die Festo S. Antonii Abbatis dari, & oblationes recipi ab aliis Capellaniis, & Rectoribus aliarum Ecclesiarum intra fines Parochiaæ existentium, nec prohibere, nec impedire valet Parochus: quia inter functiones Parochiales ista benedictio non connumeratur.* S. C. Episcop. & Regular. in Fulginaten. 25. Maji 1685. & in Tudertina 18. Novembr. 1695. & S. C. Concil. in Ravennaten. 12. Novembr. 1695. Idque procedit etiam quoad Religiosos S. Antonii Viennen. qui nullum jus privatum id prohibendi habent. S. C. Episcop. & Regul. in Tudertina 18. Novemb. 1695. apud Ferrar. to. I. V. Benedictio. n. 21. cit. edit.

Quod autem non temere credatur S. Antonii patrocinium super brutis animalibus, & ad avertenda incendii pericula: brevissime ostendit Benedictus Plaza devot. Vindic. par. I. c. 9. n. 37. & 38. Pro explicatione, & interpretatione Symbolorum, quibus pingi solet Imago S. Antonii Ab. videri potest Theophilus Raynaudus to. 8. tr. 8. de symbol. Anton. Benedictus XIV. L. cit. Lucius Ferraris supracit.

## ARTICULUS IV.

*De quadam observantia vana.*

Qu. An sit superstitione, die S. Antonii Ab. novies circumducere Jumenta per templum illius, ad aliquid obtainendum a Sancto?

R. Af-

¶. Affirmative , si credatur talis circumstantia infallibilis , aut plane necessaria , aut per se efficax reputetur . Secus autem erit , si hoc fiat , ut excitetur devotio major , & in honorem Sancti ex aliqua ratione devota : & effectus Sancti Antonii meritis adscribatur . Tambur. in Decal. lib. 2. c. 6. §. 1. n. 28. Busemb. l. 3. par. 1. tr. 1. c. 1. dub. 4. resp. 4. resol. 2. Tancredi de Relig. tr. 2. lib. 2. disp. 8. qu. 6. n. 18.

7 Nota vero hic : s̄epe melius es-  
se , ad tempus permettere hujusmo-  
di vanas obſervantias hominum sim-

plicium , & rudium , quam statim admonere , si prævideatur fore , ut adhuc non abstineant ; nam admonendo , fiet , ut sublata invincibili ignorantia , peccent mortaliter , aut saltem gravius : cum antea vel bona Fide , vel saltem cum remorsu minori operantes , vel non pecca- rent , vel peccarent levius . Postmo- dum tamen , data occasione , sunt disponendi , & ab hujusmodi obſer- vantiaſ vanis abducendi ; ita ex Tann. & Stoz. La-Croix lib. 3. part. 1. qu. 5. §. 6. n. 36. & ex Cajet. & Layman. Busembauſ l. cit.

## C A P U T X V I I I

### N O T A N D A X V I I I J A N U A R I I .

#### E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

Art. I. *De Horis Canonicis..*

Art. II. *De Missa..*

#### A R T I C U L U S I .

*De Horis Canonicis..*

¶ In Cal. Rom. Chatedra S. Petri , cum Romæ primum sedid. dupl. maj. ex Brev. Rom. in duab. tabell. excerpta ex Rubr. general. Omnia ut in propr. & communi Conf. Pontif. 9. Lectio S. Priscæ V. & M. Commemor. S. Pauli Ap. ut in 1. Vesp. & deinde S. Priscæ ut in communi V. Or. propr. 2. Vesp. de eodem Festo ut in propr. & ut in 2. Vesp. de communi Conf. Pont. Commemor. S. Pauli Ap. ut in 1. Vesp. Deinde Commemor. sequentis Festi , hoc est S. Canuti M. semid. ad libitum , ut in communi un. M. or. propr. ( in

TOM. II.

qua an tacendum sit ly Danorum ? Vide 2. Apr. art. 1. n. 2. ) denique Commemor. SS. MM. Marii , & Soc. ut in communi plur. MM. or. propr. Pro lectione Martyrologij quid notandum quoad annuntiationem sequentis Festi S. Canuti ? vi- de sequenti die n. 10.

In quo vis Officio S. Petri fit Com- memoratio S. Pauli Ap. & e conver- so; quia Sanctus Paulus videtur in- dividuus comes Petri , & unum quid cum illo , uti dicemus 29. Junii art. 1. Sect. 1. nu. 2. in sensu ta- men ibidem explicando . Profecto quemadmodum in vita dilexerunt ſe , & in morte non sunt separati ; ita donatum est illis , ut nec um- N quam

quam in Festis, aut Officio separantur, sed in Officio unius fiat Commemoratio alterius; & idem servatur in Missa, ut infra dicimus; & quidem etiam si accidat celebrari Missa votiva de alterutro ex his SS. Apostolis. Vide Merat. 10. 1. par. 1. tit. 4. n. 6. Cavant. par. 4. tit. 17. n. 6. in quo casu 2. or. esset de alterutro, 3. de die, seu Offic. occur. ut cum aliis docer idem Meratus 1. cit. n. 42. Praesertim autem cuilibet Commemorationi, etiam Dominicæ; quia, ut animadvertisit Caval. tom. 2. c. 30. in d. 6. n. 2. ex Commemorationibus aliæ sunt, quæ inseparabiliter comitantur, & sequuntur Festum, quocunque die celebretur, & hæc censentur intrinsecæ pertinentes ad Officium, quod agitur, unumque cum eo veluti efficere, unde ab Officio sejungi non poslunt, & talis est Commemoratio prædicta SS. Petri, & Pauli, sicut & S. Joseph Sponsi B. M. V. in Officio Desponsationis illius, apud illos tamen, quibus Commemoratio illa concessa specialiter inveniatur, uti suo loco dicetur. Aliæ vero sunt Commemorations, quæ Feste per accidens dumtaxat junguntur, ratione vide dicet diei, in qua occurunt, vel celebrantur: & hæc cum sint mere accidentales, & nihil pertineant ad Officium, jure Rubricarum generalium dispositioni relictæ sunt.

3 Si hoc Officium Cathedræ S. Petri transferatur, & occurrat fieri in 2. Vesp. a Capitulo de Conversione S. Pauli Ap. Commemoratio pro S. Petro erit de his 2. Vesp. nimirum Antiphona *Dum effertur. V. Elegit.*

4 Ubi Cathedra S. Petri celebretur cum Octava, semper fiat per Octavam

Commemoratio distincta S. Pauli; ut supra, non autem unica utrique communis per Antiphonam *Petrus Apostolus &c.* aut *Gloriosi Principes &c.* sive de Octava fiat Officium, sive Commemoratio Octavæ: quemadmodum decrevit S. R. C. pro locis, ubi Festum S. Petri ad Vincula, vel Conversionis S. Pauli celebretur cum Octava: ut suis respective locis videbimus: quia eadem est ratio, ut observat Cavalier. tom. 2. c. 32. in d. 4. n. 4. fine.

Qu. Quid sit hoc Festum, & quæ causa celebrationis illius?

R. Eruditæ exponit Teophilus Raynaudus to. 10. tr. de Corona Aurea Rom. Pontif. subnot. 3. fruct. 7. ubi animadvertisit, hoc Festum non esse ad recolendam Cathedram ligneam, qua S. Petrus usus est; ( quamvis & hæc veneratione digna sit ) sed ad recolendam ejus inaugurationem in Episcopum, & Romanum Pontificem: id enim in Ecclesiæ moribus positum est, ut festa referat ad recolendum insigne aliquod Dei beneficium collatum mortalibus. Porro examinat ibi, & exponit laudatus Author, quænam Dei beneficia, per hujusmodi S. Petri Cathedram suscepit, recolere vellet Ecclesia? quæ videri possunt, si lubeat. Videri etiam possunt, quæ habet Durandus in Beation. Offic. lib. 7. cap. 8. & Baronius in not. Martyrologii Rom. hac die, ubi inter alia dicit, quod Hæc die non illa tantum Solemnitas agi videtur, qua Petrus Roma sedere caput, sed etiam Sacrosancta illa recolitur institutio, qua a Domino Petrus Petrus fundamentalis Ecclesie constitutus, perpetua stabilitatis promissionem, & Claves Regni cœlestis accepit; quod in omni-

omnibus præfert Sacrum Officium Ecclesiasticum . . . At quoniam Petrus non Urbis tantum, sed totius Catholicæ Ecclesie a Christo est institutus Episcopus; merito Universalis Ecclesia eamdem in universo Christiano Orbe agit Solemnitatem. Hoc tamen Feflum non esse ex præcepto servandum in foro, notabimus 24. Februarii art. I. n. I.

## ARTICULUS II.

## De Missa.

6 IN Festo Cathedræ Romanæ S. Petri duplex Maj. Miss. propr. Commemoratio S. Pauli Apostolante quamlibet Commemoratiōem, etiam Dominicā, si occurrat; & Commemor. S. Priscæ V. & M. Credo. Rubr. gen. Miss. tit. I. B. Praefat. Apostol.

7 Inclineatur caput versus librum ad nomen Petri, & Pauli in Oratione: Communicantes: rursus in Oratione: *Liberate nos quæsumus Domine, quæ dicitur post Pater noster*, & ubique nominetur in Missa, ex Rubr. Miss. de ritu celebr. tit. 5. num. 2. In Oratione tamen: *Nobis quoque peccatoribus; non est inclinandum ad Nomen Petri; quia ibi non appellat S. Petrum Apostolum, sed S. Petrum Exorcistam Martyrem;* vide dicenda 2. Junii art. 2.

Putat Bauldr. allegatus ab Hippolito Tonellio in Enchiridio de Cærem. Missæ lib. 2. tit. 5. Rub. 2. n. 1. caput esse inclinandum ad nomen Sancti nominatum in Oratione, & Canone tantum, non item si nominetur in Epistola, vel Evangelio per modum historiæ; idque placet ipsi Tonellio, qui tamen fa-

tetur, Rubricam videri contrarium dicere: Et ita sentierendum est: allegata enim Rubrica absolute, & simpliciter præcipit dicens: *ubicumque nominatur, &c.* Jam vero ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus: ait Bartholus in l. de prelio, ff. de Publicana. Maxime ubi lex adhibeat expresse modum loquendi absoluum, & universalem, ut hic quidem adhibet, per illud adverbium: *ubicumque*, quod nullum locum, seu Missæ partem excludit. Et hanc sententiam tenent plerique apud Meratum tom. I. Thesaur. Sacr. Rit. par. 2. tit. 5. n. 1. r. qui eam approbat tamquam probabiliorē; et si cum aliis videatur admittere: ator esse inclinandum caput ad nomen Sanctorum, quando nominantur Sancti, (de quibus Feflum celebratur, vel fit Commemoratio) in titulo Epistolæ, vel Evangelii: v. g. *Letio Epistolæ B. Pauli Apostoli*, vel *Sequentia S. Evangelii secundum Joannem*. Sed ratio data videtur adhuc oppositum infirmare.

Si autem nominetur nomen Sancti, de quo Missa celebratur, vel fit Commemoratio, aut etiam Santissimum Nomen Iesu, & Marie in aliqua parte Missæ, in qua aliunde sit Celebrans inclinatus, non opus esse caput inclinare profundius, docet cum Bauldr. Tonellius loc. cit. & cum Lohner Cavalerius tom. 5. c. 9. n. 10. & cum Hippolytho & Portu Meratus tom. I. par. 2. tit. 3. n. 19. & tit. 10. n. 18. Hinc hodie in Oratione. *Suscipe Sancta Trinitas*: quæ dicitur post *Lavabo*, quam Celebrans recitat inclinatus, non opus est profundius inclinare caput, ad Nomen Petri, & Pauli ibi recitatum; similiter in formula

Confessionis generalis *Confiteor*, quæ speciei, quam explicabimus §. Se-  
sub Missæ initium recitatur. ptemb. n. 25. Vide ibi dicenda.  
Est denique animadvertendum, Color Paramentorum albus. Rx- S  
quod inclinatio capitis sit triplicis br. gen. *Miss. tit. 18. n. 2.*

## C A P U T X I X.

## N O T A N D A X I X. J A N U A R I I.

## EXPLICANTUR ARTICULIS IL.

Art. I. *De Horis Canonicis.*Art. II. *De Missa.*

## A R T I C U L U S I.

*De Horis Canonicis.*

1. VN. Cal. Rom. S. Canuti Reg. Mar-  
tyr. Semid. *ad libitum*. Lect. 1.  
Noct. de Script. occur. 2. Noctur-  
propr. 3. Nocturni de communi-  
un. Martyr. 2. loco, 9. Lectio SS.  
MM. Marii & Soc. reliqua de com-  
muni un. M. Orat. propr. & Com-  
memor. prædictorum SS. MM. de  
communi plur. MM. Or. propria.  
Vesperæ de sequ. Festo SS. MM.  
Fabiani, & Sebastiani Dupl. ut in  
communi plur. MM. Or. *Infirmita-  
tem*, ut in Brev. & Commemor.  
præced.

2. Festum, seu Officium S. Canuti  
in Calend. Rom. dicitur esse *ad li-  
bitum*, scilicet Cleri. Postro sicut  
Officia de præcepto sunt ea, quo-  
rum celebratio posita est in præ-  
cepto, ita Officia *ad libitum* illa di-  
cuntur, quorum recitatio relata  
est in arbitrio Cleri, qui propte-  
re poterit ea, si voluerit, omit-  
tere, vel recitare. Officia esse *ad  
libitum* dignoscuntur certo ex ter-

minis simpliciter facultativis, quibus  
illorum Indulta concepta sunt, ha-  
bentibus insuper illud: *ad libitum*:  
puta: *indulst fieri ad libitum Cleri*.  
*Celebrari posse ad libitum concessit*.  
Quod etiam verbum apponitur in  
Breviario Romano, ubi Officium sit  
*ad libitum*: ut constat; & simili-  
ter hujusmodi verbum: *ad libitum*  
apponendum, & notandum esse, ubi  
Officia sint *ad libitum* in Calenda-  
riis locorum: mandavit S. R. C.  
6. Febr. 1638. apud Lucium Ferrar.  
in sua Biblioth. tom. 6. V. Resol.  
S. S. C. C. in priori Indice De-  
cretor. n. 215. Edit. 3. Bonon.

An autem si in Iadulto cum ver-  
bis facultativis non adsit simul præ-  
dictum verbum *ad libitum* Officium  
existimari possit nihilominus ad li-  
bitum, vel debeat recitari ida præ-  
cepto? Respondetur, quod si Offi-  
cia sint particularia, concessa vide-  
licet aliquibus Regnis, Civitatibus,  
Ordinibus Regularibus &c. cum clau-  
sula *recitari posse*: *fieri posse*: Sac.  
Rit. Congr. 16. Septemb. 1730. in  
una Ordin. Hierosolym. &c. 6. So-  
ptemb. 1738, in una Ordin. Minor.  
Ot-

**O**bser. Reformat. apud Cavat. t. 2. c. 23. d.d. 2. & 3. Declaravit praedicta Officia acceptata, si occurrant diebus impeditis, non reputari debere tamquam mera Officia ad libitum, sed de precepto, adeoque omnino transferenda. Et 20. Martii 1683. Declaravit, quod Regulares possunt, & debent recitare Officia ad petitionem Regum, & Principum recitari concessa in aliquibus Regnis, Provinciis, Divisionibus, &c. a toto Clero tam Sacerdotali, quam Regulari. Apud Cavat. tom. 1. c. 8. d. 2. An autem Regulares teneantur Officia recitare particularibus indulta locis, in quibus morantur? Vide eundem Cavat. loc. cit. & dicenda a nobis in Appendice ad calcem Diarrii c. 7. de SS. Patronis, art. 4. n. 16. Praedicta igitur Officia postquam fuerint acceptata, debent reputari de precepto ex allegato Decreto. Cavat. Comment. in eit. Decr. 3. n. 14. ait: quod si illius Decreti verba rigide accipienda sint, dictorum Officiorum recitatio post acceptationem non amplius libera videatur privatis, sed obligatoria: sive posse id fieri per praeceptum & Superioribus acceptantibus, explicite, vel implicite latum, aut per prohibitionem ab iis factam de non usu privilegii, sive ob uniformitatem, quae valde commendabilis est, praesertim in iis, quae sunt communia. Certum enim est, inquit, quod ad hanc proponendum infinita Decreta, quae de praedictis Officiis per terminos facultativos concessis Statibus, Religionibus, aut locis particularibus, firmari vel celebrationem in occurrencentia cum aliis de praecepto, vel translationem; non potest forsitan aliquam suceptere quoniam in-

terpretationem, verius tamen denotare videntur, saltem post acceptationem ea non amplius liberæ, sed necessariae esse recitationis. Hæc Cavalierius. A quibusnam vero Superioribus acceptaii debeant hujusmodi Officia? Vide ipsum Cavat. t. 1. c. 8. Comment. in Decr. 2.

Eadem praedicta Officia si occurrant diebus impeditis sunt omnino trasferenda: ex supra allegato decreto. Est autem animadvertisendum: non posse transferri Officia illa affixa certis diebus, minirum aliquibus Dominicis, vel Feriis, quæ sunt concessa in terminis facultativis pro locis, & Ecclesiis particularibus ad eorumdem instantiam. Vid. Cavat. tom. 2. c. 25. in d. 10. & dicenda in Novembr. par. 1. Sect. 4. n. 8. Sed & Officia Ecclesiæ Universali concessa in terminis facultativis: recitari posse, fieri posse: & similibus; etsi non habeatur simul expressum verbum: ad libitum: nihilominus centfenda esse Officia ad libitum, existimantur, eo quod videatur, in dicto easu locum habere sequens Decretum S. C. R. Quando in Indulis, & Decretis super concessione Officiorum leguntur verba illa: Recitari posse: Fieri posse: ita intelligenda sunt, ut nihil significant præter Officia ad libitum, quibus omnino competit Decretum die 24. Januar. 1682. pro Sanctis ad libitum emanatum. S. R. C. in Landen. 1683: apud Cavat. Superiorius cit. c. 13. d. 1. Qui Comment. in Superiorius cit. d. 3. n. 3. judicat: Decretum juxta descriptum procedere quoad Officia Ecclesiæ Universali concessa cum praedictis terminis facultativis, eaque declarari, non nisi ad libitum recitanda. Quia propter regulam item Officia in alle-

quod, cum in hoc casu antiqua dumtaxat obligatio reviviscat, idcirco sub præcepto recitandæ veniunt una vel ad summum duæ lectiones, quas simplicia antiquitus habebant; non vero ex, quæ inventæ esse possunt, quando ad ritum novem lectionum ad librum fuerint evenient: licet has omnes; utpote quæ distinctius, & completius enarrant facta Sanctorum, ad modum unius legi, esse convenientius videatur. Quæ dicta sunt, quatenus lectiones eorumdem mutationem aliquam, aut additionem passæ fuerint: quoniam quoad Sanctum Remigium attinet, qui ex iis, qui ritu simplici præcedenter gaudebant, in Breviario Romano dumtaxat superest, non nisi unam habet, & eamdem adhuc propriam lectionem. Hæc Caval. qui tandem n. 4. animadverit, prædicta festa sub ritu simplici, quem habeant de præcepto, esse persolvenda sub conditione tamen quod occurrens Officium non respuat Commemorationem simplicis, & lectionem propriam ejusdem, juxta Rubricas generales.

10 Pro Lectione Martyrologii nota hic s. quod Postquam S. Canutus pro Ordine Benedictino fixe est repositus ad 20. Februarii, potest pridie hoc Elagium dici: S. Canuti Regis, & Martyris VII. Idus Januarii. Non variata tamen dispositione Martyrologii Romani. S. R. C. 5. Maii 1636, in Einsidlen. Apud Caval. tom. 2. par. 2. c. 37. d. 1. Nos variata Ge hoc est, nihilotamen minus Festum S. Canuti annunciatum esse a laudato etiam Ordine iis quoque diebus, quibus in Martyrologio Romano notatur, hisdemque verbis descriptis ibidem; atque adeo cum Fe-

stum S. Canuti in Martyrologio Rom. notetur die 7. Januar. propter diem Martyrii, & iterum haec die 19. ob translationem Officii: ideo in laudato Ordine Festum illius annunciandum est die 6. Januar. pro die septima, & iterum die 18. pro hac die 19. & tertio tandem die 19. Februarii pro die 20. Videantur dicenda 19. Februar.

Nota 2. quoad genus Martyrii S. II Marthæ, de qua hodie Commemoratio fit in Officio: eam non obiisse decollatam, quemadmodum vir ejus, & filii: sed simpliciter necatam; quod laudatæ Sandæ genus Martyrii clarius exprimitur in Martyrologio Romano, quam in Breviario; hoc enim ita habet: *Duci . . . In eum locum, qui Nympha dicebatur, necantur: ac primum Martha . . . mox cæteris in eadem arenaria cervices abscinduntur &c.* In Martyrologio autem sic legitur: *Martha in Nympha necata est, cæteri sunt decollati, &c.* Videri potest Gavant. de concordia Martyrologii Romani cum Breviario Rom. quæ unica pagina exponitur, & est adnexa ejusdem operi Thesauri Sacrorum Rituum, post Comment. in Rubr. Brev. & post tabel. temporar. pro ordin. Divini Officii.

## ARTICULUS II.

### De Missa,

**I**n Festo S. Canuti M. semid. Mis sa. In Virtute tua, de communi un. M. non Pont. 1. loco. Sed E vang. ex Missa: Sacerdotes Dei, de communi un. M. P. 2. loco or, propri. Commemor. SS. MM. Marii, & Soc. ut in prop. 3. Or. B. Y.

B. V. Deus, qui salutis, ut in Votiv. de S. Maria a Nat. Dom. ad Purific. Deinde vero in Secretis sumetur 3. Oratio de B. V. ex Missa Votiv. ejusdem S. Marie a Purific. ad Pascha: Tu Domine propitiatione. Quod quidem fit ad varietatem Orationum, ne scilicet Secreta Oratione B. V. sit eadem ac secreta or. Sancti Canuti in eadem Missa, sed servetur Rubr. Miss. tit. 7. nu. 8. ubi sic legitur: cum vero dicuntur plures orationes, & una Oratione eadem fit cum alia ibidem dicenda; Oratione hujusmodi, illa scilicet, que eadem est, non alia, communatur cum alia de communi, vel proprio, qua sit di-

versa. Idem servetur in Secretis, & Orationibus post Communionem.

Si autem hodie dicatur Missa Votiva de B. V. ea erit ut in Votivis Sanctae Marie a Nativ. ad Purific. 2. Or. S. Canuti, 3. Or. SS. MM.; deinde vero in Secretis sumetur 2. Or. Secreta pro S. Canuto ex Missa Letabitur, ut in communi un. M. non Pont. 2. loco, nimirum Secreta: Accepta fit in conspectu tuo. Porro Oratione, quae variatur, adhibenda est pro Commemoratione, non autem pro eo, de quo legitur Missa. Vide dicenda 41. Novembr. n. 5.

In Missa S. Canuti M. color Param. rub.

## C A P U T      X X .

### NOTANDA XX. JANUARII.

#### EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *Utrum Festum S. Sebastiani sit in foro servandum ex præcepto?*

Art. II. *De Horis Canonicas.*

Art. III. *De Missa.*

#### ARTICULUS I.

*Utrum Festum S. Sebastiani sit in foro servandum ex præcepto?*

**F**ESTUM S. Sebastiani M. valde universaliter, videri esse consuetudinem celebrandi ex obligacione gravi in foro, dicit Suarez de Relig. tom. 1. tr. 2. lib. 2. cap. 9. n. 19. fine.. Unde docet: videri posse probabile esse, quod sit consuetudine universalis colendum per modum præcepti. Subdit tamen: nihilominus quia est res pendens ex

TOM. II.

fado; non posse id generaliter affirmari, sed uniuscuiusque loci consuetudinem esse spectandam.

Dicendum est: neque ex præcepto juris communis, neque ex consuetudine universalis hoc Festum esse sub ulla gravi obligatione colendum. Constat ex Constit. Urbani VIII. incip. Universa, 1642. in qua recensentur omnia, & singula Festa universaliter ex obligacione gravi collenda in foro. Confer dicenda in Appendice ad calcem Diarii cap. 7. art. 2. n. 5. & videri etiam potest Azor. Instit. Moral. par. 2. l. 1.

O c. 25.

c. 25. qu. 8. Sed etiam consuetudo localis sublata fuit per eamdem laudatam Constitutionem Urbani; iterum legas cit. n. 5.

2 Baronijs in notis Martyrologii Rom. ad hanc diem hæc de S. Sebastiano scribit notatu digna: *Egregium etiam Sancti Martyris (Sebastiani) monumentum, veneranda ejus imago opere missiva impressa, atque hæc enim integra, extet in titulo Eudoxia ad Vincula S. Petri, senili asperita, & barba: quod Pictores admodum, qui eum juvenem puto alligatum perparam pingunt. Divino monitu etiam Altare ibidem ad laudem propulsandam erectum est temporibus Papæ Agathonis; cuius rei veritati adstipulatur etiam Paulus diacon. bish. de gestis Longob. lib. 6. c. 5. unde etiam provenisse videtur, ut posteri fidèles eundem Sanctum, ad evitandam imminentem pestis cladem, consueverint babere Patronum. Hæc Baronius.*

## A R T I C U L U S II.

### *De Horis Canonicis.*

3 ~~xxv~~ Calend. Ram. SS. MM. Fabiani, & Sebastiani dupl. lect. 1. Noct. de Sac. occurr. 2. Noct. propr. 3. Noct. de comm. MM. 2. loco. Os. Infernitatem, ut in Brev. hic, reliqua de communii plur. MM. In 2. Vesp. a Capit. de sequenti Festo S. Agnetis V. & M. dupl. ut in prœpr. & Commissor. praed. Ubique tamen S. Agnes habeat 1. Vesper. integræ, puta in prœpr. Ecel. dicantur Antiph. prœpr. de Laudib.

Psalmai autem ut in 1. Vesp. / pro SS. MM. viris. Similiter fiat si transfeatur in aliam diem, & simul habeat 1. Vesper. integras. Rubr. Breviar. hic. *Gaviant. in Rubr. Breviar.* Secl. 7. c. 3. ad hanc diem. Dicuntur autem Psalmi SS. MM. viorum in Festo S. Agnetis ob rationem die sequ. art. 1. tradendam.

Qu. hic: nrum, ubi S. Sebastianus est Patronus, ibi de illius Socio, quem habet in Breviario Romano, scilicet de S. Fabiano rectitudinum sit Officium una cum ipso S. Sebastiano, ut sit in Breviario, vel separandus sit & transferendus?

R. Festum SS. Fabiani, & Sebastiani una simul celebratur in illis locis, in quibus S. Sebastianus est Patronus unus principalis. Ita declaravit S. R. C. referente Eminentissimo D. Cardinali Colloredo die 22. Novembr. 1698. in Cremona. & 16. Septembr. 1730. in una Ordinis Hierosolym. seu Melit. apud Caval. to. 1. c. 5. d. 4. & 5. videantur dicenda in Append. ad calcem Diaconi cap. 7. art. 5. qu. 5. ubi etiam habetur quid fieri debeat in Festo S. Patroni principalis, aut Tituli Eccl. si habeat Socios in Cal.? atque adeo quid fieri debeat, ubi S. Sebastianus, vel S. Fabianus sit Patronus principalis, & vel Titulus Ecclesie?

## A R T I C U L U S III.

### *De Missa.*

~~xvii~~ Festo SS. MM. Fabiani, & Sebastiani dupl. Missa prœpr. col. pasam. rub.

CA-

# C A P U T   X X I .

## N O T A N D A   X X I .   J A N U A R I I .

### E X P L I C A N T U R   A R T I C U L I S   I I .

Art. I. *De Horis Canoniceis.*

Art. II. *De Missis.*

#### A R T I C U L U S   I .

##### *De Horis Canoniceis.*

1. IN Calend. Rom. S. Agnetis. V.  
Et M. dupl. ut in prōpr. 2. Vesp.  
de eodem Festo, ut in prōpr. Et sit  
Commem. sequentis Festi SS. MM.  
Vincentii, & Anastasii semid. de  
communi plurim. MM. Or. prōpr.

2. In Officio S. Agnetis plures Psal-  
mi dicuntur de communione Sancti Mar-  
tyris virti, ad significandam fortitudi-  
ninem ejus egregiam: ut notat Gava-  
ntius in Rubr. Brev. Sctt. 7. c. 3.  
ad hanc diem. Qui etiam animad-  
vertit: non esse mendum, si in Mar-  
tyrologio Romano, & alibi pro A-  
gnetis legatur Agnes; ut Agnes vita  
laudata est: utroque enim modo le-  
gi posse, tradit; sed etiam Agne  
inveniri pro Agnetis, constat ex  
exemplis a Merato notatis in prae-  
dictum locum Gavanti; & rursus  
ad diem 28. hujus.

3. Si die 21. Januarii occurrat in ali-  
quibus locis Festum alicuius Sancti par-  
ticulare sub ritu duplice, verb. gr. S.  
Meinradi apud Benedictinos, faciendum  
est Officium de tali Sancto, & trans-  
ferendum est Officium S. Agnetis, quod  
occurrit eodem die, cui assignari de-  
bet aliqua dies fixa, que tamen non  
sit dies 28. Januarii, ne Festum SS.  
Dominis Jesu, quod celebratur Domi-

nica 2. post Epiphaniam, aliquando  
occurrat in eadem Dominica, qua est  
Septagesima; ideoque ne illud Festum  
celebretur intra Quadragesimam, (quod  
non conveniret) erit retingenda va-  
cans dies 28. Januarii, in qua id tunc  
erit transferendum. Quando autem ag-  
tur Festum S. Agnetis secundo, sicut  
de eo Commemoratio tamquam de sim-  
plici, nullo babito respectu, quod Fe-  
stum ejusdem solemnē prius non fuerit  
celebratum. S. R. C. 5. Maii 1736.  
in Einsidlen. apud Merat. Indic. De-  
cret. Brev. n. 280. & tom. 2. Sctt.  
3. c. 11. n. 17. Caval. Commissari  
in Decr. S. C. R. tom. 1. cap. 9.  
d. 12. qui n. 16. & Meratus Ind.  
Decr. l. cit. animadvertisit, ob di-  
ctam in allegato Decreto rationem  
videri, in statu Ecclesiastico non es-  
se designandam diem 28. Januarii  
Festo S. Raymundi de Pennafort a  
die 23. per Festum Desponsationis  
B. Marie Virginis semper amoto;  
(sed habetur etiam de hoc Decre-  
tum expressum, quod dabitur 28.  
hujus art. 1. n. 4.) licet nonnulli  
Calendariorum Directores adhuc ta-  
li Festo assignent prædictam diem,  
tamquam ei fixam, & propriam, &  
transferant Festum SS. Nominis Je-  
su in aliam diem: Vid. dicenda 28.  
hujus l. cit. & tr. 2. in Dom. 2.  
post Epiph. n. 5.

In prædicto casu translationis fi- 4

O 2 xx,

xx, Festo S. Agnetis debet assignari prima dies non impedita post diem 28. Januarii; dummodo non adesset aliqua alia ex rationibus, ob quas aliquando congruum videatur Festis perpetuo translatis non assignare primam diem non impeditam; Caval. n. 27. Quæ rationes videri possunt apud eundem Caval. in d. 13. a n. 22. Rursus si in Calendario aliquo dies 28. Januarii occurrente Festo novem lectionum sit occupata; tunc prima dies non impedita assignari non debebit, sed altera, ita ut ante eam in omni eventu dies aliqua remaneat vacua, quæ capere possit Festum SS. Nonnis Jesu; Caval. in d. 12. n. 28. Vide dicenda in Dom. 2. post Epiph. n. 5. & 6.

5 Si vero Festum S. Agnetis non perpetuo, sed fortuito alicubi quandoque transferri contingeret, & dies 28. Januarii vacua, & non impedita foret, in eam utique diem 28. tamquam in primam diem non impeditam effet transferendum. Caval. n. 34. Quomodo autem recipiendum sit in eo casu Officium S. Agnetis, notabimus ibi.

## ARTICULUS II.

## De Missa.

¶ In Festo S. Agnetis V. M. dupl. 6 & Missa ut in propr. In Canone in Oratione: *Nobis quoque peccatoribus:* ad nomen S. Agnetis inclinetur caput, & ubi alias nominatur in Missa. Ex Rubr. Miss. de ritu celebr. tit. 5. n. 2. Vide dicta 18. Iuuius Art. 2. n. 7. Param. col. sub. Rubric. gen. Miss. tit. 18. n. 3.

Qu. Cur in Festivitatibus Virginiū simul & MM. habeatur respectus Martyrii, unde color rubeus adhibetur; & non potius Virginitatis, cui color competit albus?

¶ Ex Durando in Ration. Of. factor. lib. 3. c. 18. n. 5. Martyrium Virginitati præfertur, quia signum est perfectissimæ charitatis, juxta quod Veritas ait: *Majorem bac dilectionem nemo habebet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Joan. 15. 13. Eamdem ex Innoc. III. rationem assignat Gavantus in Rubr. Miss. par. 1. tit. 18. n. 3. Lit. l.



C A-

# C A P U T   X X I I .

## N O T A N D A   X X I I .   J A N U A R I E .

### E X P L I C A N T U R   A R T I C U L I S   I I .

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

#### A R T I C U L U S   I .

##### *De Horis Canoniciis.*

1 **I**N Calend. Rom. SS. MM. Vincen-  
tii, & Anastasi semid. lect.  
1. Noct. de Script. occurr. 2. Noct.  
propr. 3. Noct. de communi plur.  
MM. 1. loco, Or. propr. reliqua  
de eodem communi. In 2. Vesp. a  
Capit. de sequ. Festo S. Raymundi  
de Pennafort Conf. Sem. de com-  
muni Conf. non Pont. Orat. prop.  
In hymno: *Ibs Confessor*: dicitur:  
*Meruit supremos*: & fit Commemor.  
præced. ac sequ. Festi simpl. S. E-  
merentianæ V. M. de communi V.  
M. Or. *Indulgentiam*, ut in eodem  
communi 2. loco.

2 Ubi autem eras celebrabitur Fe-  
stum Desponsationis B. M. V. cum  
S. Joseph, ibi hodie Vesp. de sequ.  
prædicto Festo (dupl. Maj. in Sta-  
tu Eccles. & alibi;) ut in propr. &  
post Orationem fit Commemoratio  
S. Joseph: ubi tamen concessa sit:  
in Officio, & Missa ante alias quacumque  
Commemorationes etiam Fe-  
sti duplicis, aut Dominicæ. Rubr.  
Brev. ob rationem dictam 18. hujus  
n. 2. Si autem non constet de spe-  
ciali concessione, non est facienda  
Commemoratio prædicta: ex De-  
cretis S. C. R. 5. Maii, & 23. Ju-  
nii 1736. & 16. Febr. 1737. apud

Caval. tom. 2. c. 30. d. 6. & ibi  
n. 2. Hujusmodi concessio specialis  
habetur pro omnibus Fratribus, &  
Monialibus Ordinis Minorum San-  
ti Francisci, quibus nimirum facta  
fuit 1. Julii 1713. apud Caval. I.  
cit. J. 5. & Merat. Ind. Decret.  
Breviar. n. 255. fit autem Comme-  
moratio S. Joseph ut in 1. Vesp.  
Festi ejusdem 19. Martii. Caval. in  
cit. d. 6. n. 3. Deinde Commemo-  
ratio præced. ac sequentis simpl. ut  
supra. In fine hymn. Complet. Je-  
su tibi.

Nota hic: quod in tertia lectio-  
ne secundi Nocturni Officij hodier-  
ni referantur alii septuaginta simul  
cum S. Anastasio Martyrium subiisse:  
quorum tamen genus Martyrii  
aliter ponи videtur in Breviario Ro-  
mano ab eo, quod in Martyrolo-  
gio. In hoc enim sic legitur: *multis  
paenit affectus* (Anastasius,) *ad ultimum  
decollatus est; cum prius septua-  
ginta Socios in fluente demersos ad  
Martyrium premisset*. At in Bre-  
viario hæc habentur: .... *varii  
cruciatibus affectus* (Anastasius) *&  
Rege Chosroea, una cum septuaginta  
aliis Christianis securi percutitur*. Ita-  
que Martyrologium Romanum te-  
statur, septuaginta Socios S. Ana-  
stasii fuisse *in fluente demersos*. In  
Breviario autem videntur decollati:  
*una, inquit, cum septuaginta aliis  
secutis*

*Securi percutitur*. Nihilominus concordant testimonia prædicta, si Breviarii verba legantur cum debita, & legitima interpunctione, hanc videlicet apponendo inter verbum *Christianis*, & *securi*, legendō periodum sic: *Variis cruciatibus affectus* (*Anastasius*) a *Rege Chosroa*, una cum septuaginta aliis *Christianis*; deinde: *securi percutitur laudatus scilicet Anastasius*. Quod verum est, quia prædicti Martyres in fluenta demersi sunt ante obitum S. Anastasii, juxta Martyrologium; Anastasius deinde solus securi percussus; quod af-

serunt Breviarium, & Martyrologium. Videri potest Gavantus de concordia Martyrologii cum Breviario loc. a nobis cit. 19. hujus artic. I. num. 11.

## ARTICULUS II.

*De Missa.*

¶ N Festo SS. MM. Vincentii, & 4  
Anastasii semid. Missa ut in pro-  
pr. 2. Or. de B. V. *Dens qui salu-  
tis*, 3. *Ecclesie*, vel pro P. col.  
Param. rub.

## C A P U T XXIII.

### N O T A N D A XXIII. J A N U A R I I.

#### EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Indulgentiis.*

## ARTICULUS I.

*De Horis Canoniciis.*

¶ N Calend. Rom. S. Raymundi de Pennafort Conf. semid. lect. 1. Noct. de Script. occur. 2. Noct. propri. 3. Noct. de communi Conf. non Pont. 1. loco, 9. lectio S. Emerentianæ, reliqua de eodem communi. Or. propria In hymno. *Iste Confessor*, mutatur tertius Versus. In Laud. fit Commemor. S. Emerentianæ V. & M. de communi V. M. Or. *Indulgentiam*, ut in eodem communi 2. loco. In 2. Vesper. a Capit. de sequi. Festo S. Timothei

Ep. M. semid. de communi un. M. Or. *Infirmitatem*, ut in eodem communi 1. loco, & Commemor. præcedentis semid.

Benedictus XIII. concepit, at in 10-2  
to Ecclesiastico Statu ab omnibus, qui  
ad horas Canonicas tenentur, sequen-  
tia B. M. V. Officia in ejus respecti-  
ve Festivitatibus recitari, & Missa  
respective celebrari debeant, videlicet  
die 23. Januarii Desponsationis B. M.  
V. cum S. Joseph. Feria VI. post Do-  
minicam Passionis de septem Dolori-  
bus B. V. Die 16. Julii B. M. V. de  
Monte Carmelo. Dominica secunda No-  
vembris Patrocinii B. M. V. Die 10.  
Decembrii Translationis Sacrae Domus  
Lau-

*Lauretana.* Die 18. Decembris. *Expectationis partus B. M. V.* & ita decrevit, & servari mandavit die 23. Augusti 1725. in Decreto totius Statutus Ecclesiastici, apud Caval. to. 2. c. 30. d. 1. & apud Meratum Ind. Decr. Brev. n. 265. Hac, & similia Officia utpote de precepto recitanda in toto Statu Ecclesiastico, si fuerint impedita in die sibi designata, etiam suerint affixa alicui Dominicæ; nihilominus possunt transferri in aliam diem, quæ tamen non sit Dominica fixa: uti habetur ex Decr. S. C. R. 5. Maii 1736. in Einfidlen. apud Caval. to. 2. c. 25. d. 10. & aliis apud Meratum l. supra cit. & animadverdit idem Caval. cit. c. 30. in cit. d. 1. n. 1. & Meratus l. cit.

3 Nota hic 1. nonnulla ex dictis Officiis esse aliis quoque locis concessa, & non iisdem ab omnibus celebrati diebus; aliqua etiam ad universalem Ecclesiam ampliata, ut suis respective locis notabimus.

Nota 2. quod Officia B. M. V. *nempe Desponsationis, Patrocinii, Translationis Almae Domus, & Expectationis Partus a s. m. Benedicto XIII.* die 23. Augus. 1725. pro fato Statu Ecclesiastico concessa, sub ritu duplice Majori celebrari debent; Ita declaravit, & servari mandavit S. R. C. 15. Septembr. 1736. in una dubior. Apud Caval. to. 2. c. 30. d. 2. ubi animadverdit: hanc declarationem favere tantummodo Statui Ecclesiastico; hinc si quod ex dictis Officiis sub ritu duplice minori reperiatur concessum alibi, non posse ibi sub ritu duplice recitari majori. Sed quid? Si concessio sit simpliciter de ritu duplice sine expressione Minoris vel Majoris? Respondeo: Quando pro-

aliquo Feste, vel Officio concessus reperiatur ritus duplex, absque expressione Majoris, vel Minoris; Concessio intelligenda de duplice minori, etiam ad honorem Dipare facta fuerit. S. R. C. 2. Octobr. 1683. in Valentina, & 20. Novemb. ejusdem anni in Landen. apud Caval. tom. 2. c. 43. d. 11. Qui tamen ibi n. 8. haec habet: Quod autem Decreti dispositio officere posset, nempe quia Officia nonnulla B. Mariae absque ritus expressione Statui Ecclesiastico concessa, Sacra Congregatio sub ritu duplice Majori die 15. Septemb. 1736. celebranda declaravit; jam alibi id vidimus praesitum, quia ea Officia non primum concessa fuere, sed extensa a locis, quorum pluribus, licet non omnibus, sub ritu duplice Majori fuerant indulta, adeoque ex benigna Pontificiae Mientis interpretatione, quæ erat ad magis promovendum, & dilatandum cultum Diparie, bene Congregatio declarare potuit eadem duplicita Majora, praesertim quia quattuor opus fore, ita servari mandavit. Ceterum ex hac Declaratione solummodo erui posset, quod extensio Officiorum in simili casu pro favorabiliori Indulso accipi debet, non autem prima eorumdem concessio, de qua procedit praesens Decretum. Et eodem cap. in Decr. 13. n. 5. hanc dat regulam generalem: ut si Officium, quod extenditur non expresso ritu, sit ritus duplicitis 1. vel 2. Classis, hic ritus non censeatur extensus, sed solum duplex minor; elevatio enim ritus non nisi particularibus de causis, & quidem adhuc parce indulgeri solet: si vero sit ritus duplicitis Minoris, aut semiduplicis; censeatur extensus; cum in his concedendis ritibus Congregatio liberaliter procedat: & idipsum sit, si Offi-

*Officium duplex Majus, quod extenditur, si fit Domini, aut Deipara; secus forsan, si fit Sanctorum, quo in casu ritus dumtaxat duplex minor a nobis creditur extensus. Hæc Caval.*

- 4 Itaque in toto Statu Ecclesiastico, & alibi hodie recitatur Officium Desponsationis B. M. V. cum S. Joseph: ut in Officio parvo B. V. & propr. 9. Lectio S. Emerentianæ V. & M. & ejusdem Commemoratio in Laudibus, post Commemorationem S. Joseph, ubi hæc concessa est, secundum dicta heri n. 2. Sumitur autem Commemoratio S. Joseph ex Laudibus ejusdem Festi 19. Martii. In fine hymnorum *Jesu tibi. Qui natus.* In R. br. ad Primam: *Qui natus es de M. V.* 2. Vesp. de eodem Festo. Commemoratio sequentis Festi S. Timothei Episc. M. semid. de communi unius M. P. Or. *Infirmitatem*, ut in eodem communi, i. loco: quæ fit post Commemorationem S. Joseph, si facienda est: hæc enim fit ante quamcumque Commemorationem, ut dictum est.
- 5 Quomodo inter Beatissimam semper Virginem Mariam, & Sanctum Joseph potuerit esse verum Matrimonium ratum, non obstante proposito, & pacto illud numquam consumandi? Videri potest apud LaCroix lib. 6. par. 3. qu. 33. §. 5.
- 6 Ubi hodie recitatur Officium Desponsationis, assignari debet alia dies fixa Officio S. Raymundi. Vide autem dicta 21. hujus n. 3., & dicenda 28. hujus n. 4.

## ARTICULUS II.

### *De Missa.*

¶ N Festo S. Raymundi de Penna- 7  
fort Conf. semid. Missa: *Os justi*,  
de communi Conf. non P. i. loco,  
Or. propr. Commemoratio S. Emer-  
entianæ V. & M. ut in Missa.  
*Me exspectaverunt*, de communi V.  
M. 2. loco.

Ubi autem fit de Desponsatione 8  
B. V. Missa de eodem Festo, ut in proprio. Commemoratio S. Emerentianæ V. M. post Commemoratio-  
nem S. Joseph, ubi hæc concessa  
fit, fitque ante quamcumque Com-  
memorationem: secundum dicta he-  
ri n. 2. *Credo*. Praefatio B. V. ¶ Et  
te in Desponsatione. Videri potest Ca-  
val. t. 5. c. 14. n. 38. col. param. alb.

Ubi fit Commemoratio S. Joseph,  
inclinetur caput ad ejus nomen in  
Evangelio recitatum, & ubi alias  
nominetur, ex Rubr. Missal. de rite  
celebr. tit. 5. nn. 2. Vide dicta 18.  
hujus art. 2. nn. 7. dicenda 8. Se-  
ptembr. n. 25.

## ARTICULUS III.

### *De Indulgentiis.*

¶ N Festo S. Raymundi de Penna- 9  
fort Ordinis Prædicatorum Indul-  
gentia Plenaria in Ecclesiis Patrum  
ejusdem Ordinis, & in illis de Or-  
dine Sanctæ Mariæ de Mercede.  
Paulus V. Constit. 84. Bullar. Or-  
din. Prædicat. pag. 702. tom. 5. &  
Clem. XI. Constit. 248. pag. 116.  
tom. 11. P. 2. Bullar. Rom. novis.  
Apud Plaz. de Purgator. ad hanc  
diem..

CA-

# C A P U T   X X I V .

## N O T A N D A   X X I V .   J A N U A R I I .

### E X P L I C A N T U R   A R T I C U L I S   I I L

Art. I. *De Horis Canoniceis.*

Art. II. *De Missa.*

### A R T I C U L U S   I .

*De Horis Canoniceis.*

I TN Calend. Rom. S. Timothei Ep. & M. semid. lect. i. n. de Script. occurr. 2. noct. ut in propr. 3. n. de com. un. M. i. loco. reliqua de eodem communi. Or. *Infirmitatem.* Vesp. de sequ. Festo Conversionis S. Pauli Apost. dupl. maj. ut in propr. Commemoratio S. Petri Ap. & preced.

### A R T I C U L U S   I I L

*De Missa.*

TN Festo S. Timothei Ep. & M. 2. & semid. Missa *Statuit* de communione un. M. P. i. loco sed Epistola propr. 2. or. de B. V. *Deus qui salutis.* 3. *Ecclesie* vel pro Papa. Ad nomen Timothei inclinetur caput in titulo Epistolæ, & ubi alias nominetur ex Rubrica Miss. de ritu celebr. tit. 5. nu. 2. Vide dicta 18. hujus art. 2. n. 7. col. param. rub.

# C A P U T   X X V .

## N O T A N D A   X X V .   J A N U A R I I .

### E X P L I C A N T U R   A R T I C U L I S   I V .

Art. I. *De Horis Canoniceis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Indulgentiis.*

Art. IV. *De Superstitionibus.*

### A R T I C U L U S   I .

*De Horis Canoniceis.*

I TN Calend. Rom. Festum Conversionis S. Pauli Ap. dupl. maj. ex Brev. in duab. tabel. excerpt. ex Rubr. gen. & Gavant. in Rubr. Brev. Sect. TOM. II.

7. r. 3. de *Festis Sanctor. Januarii*, die 25. Offic. ut in propr. & commun. Ap. ad 8. Benedict. dicetur de more: *cujus Festum colimus:* non autem *cujus Conversionem.* Vide Merat. to. 2. Sect. 5. c. 11. nu. 5. & dicta lib. 2. par. 1. c. 2. n. 8.

Si de hoc Festo fiat in Domin.

P con-

congruit Octavæ lectioni nonam unire, quia in ea fit mentio S. Pauli. In Laud. fit Commemor. S. Petri Apost. ut in Brev. hod. ob rationem assignatam 18. hujus art. 1. n. 2. fitque ante quamlibet Commemorationem, etiam Dominicæ si occurrat, ob rationem assignatam 18. hujus l. cit. 2. Vesp. de eod. Festo Ps. de 2. Vesp. Apostol. reliqua ut in propr. fit Commemor. S. Petri Ap. ut in 1. Vesp. deinde seq. Festi S. Polycarpi Ep. & M. semid. ut in communione un. M. P. 2. loco.

2 Ubi Festum S. Petri ad Vincula, vel Conversionis S. Pauli est Titulus Ecclesie, semper per Octavam facienda est Commemoratio distincta alterius, pro ut in die Festi, non autem unica utique Communis per Antiphonam: Petrus Apostolus &c. S. R. C. 2. Septemb. 1741. apud Caval. to. 2. c. 32. d. 4. facienda est Commemoratio distincta alterius, sive recitetur Officium de Octava, sive Commemoratio Octavæ. Ratio videri potest apud Caval. l. cit. n. 1.

3 Qu. Cur Ecclesia celebret Festum Conversionis S. Pauli Ap. De nullo enim alio Sanctorum hujusmodi Festum haec tenus instituit pro Ecclesia universalis; licet non pauci sint inter eos, qui aliquando peccatores extiterint, ut satis notum est ex historia Ecclesiastica, & A&is Sanctorum.

&. Ex Durando in Ration. Of-  
fic. lib. 7. c. 4. Festum Conversio-  
nis S. Pauli Ap. potius quam alio-  
rum Sanctorum triplici ratione ce-  
lebratur. Primo propter exemplum,  
ne quisquam quantumcumque pec-  
cator, desperet de venia; quando  
tantum in culpa, conspicit talen-  
tus in gratia. Secundo propter

gaudium: sicut enim Ecclesia magna habuit tristitiam in ejus per-  
secutione; ita maximam habuit la-  
titiam de ejusdem conversione. Ter-  
tio propter miraculum, quod Christus in eo ostendit, dum de saevi-  
simo persecutore, fecit fidelissimum  
prædicatorem. Hæc Durandus. Ex  
quibus autem rationibus, secunda  
videtur esse specialis. Profecto Ec-  
clesia ex Gentibus congregata gau-  
det in conversione Pauli, atque la-  
tatur, quia ipsa audivit Dominum  
dicentem Ananias de illo: *Vas ele-  
ctionis est mihi iste, ne portet nomen  
meum in Gentibus.* Ad. 9. sg. Gar-  
det itaque, & latatur Ecclesia, quia  
paratur, & mittitur ei talis, ac  
tantus præparator, & Doctor; unde  
in Invitatorio dicitur: *Laudemus  
Deum nostrum in Conversione Doctoris  
Gentium.* Cæterum etiam in Festo  
S. Mariæ Magdalena die 22. Julii  
licet illud minime nuncupetur Con-  
versionis laudatæ Sanctæ, nihilomi-  
nis ad Invitatorium dicitur: *Laudemus  
Deum nostrum in Conversione Ma-  
riae Magdalena;* & Evangelium est  
de ejusdem conversione.

## ARTICULUS II.

### *De Missa.*

¶ In Conversione S. Pauli Ap. dupl. 4  
& maj. Missa prop. Commem. S. Pe-  
tri Ap. ante Commem. etiam Dom.  
si occurrat. *Credo.* *Rubr.* *gen. Miss.*  
*tit.* 11. *Præf.* *Apost.* Ad nomen Pe-  
tri, & Pauli inclinetur caput in  
Missa illis locis indicatis 18. Januar.  
art. 2. num. 7.

Col. param. alb. ex rubr. gen. Miss. 5  
*tit.* 18. n. 2. ad significandam pri-  
mam S. Pauli sanctitatem baptis-  
ma-

maleam. Ita Gavant. in *Rubr. Miss.* par. 1. tit. 18. n. 2. lit. t. vel quia circumfusus cum lux de Celo .. Ad. 9. 3.

### ARTICULUS III.

#### *De Indulgentiis.*

**G**TN. die Conversionis S. Pauli Ap. & Indulg. plen. in Ecclesia Clericorum Regularium S. Pauli Barnabitarum. Innoc. XI. Constit. 25. pag. To. 8. apud Plaz. de Purgator. ad hanc diem.

### ARTICULUS IV.

#### *De Superstitionibus.*

**7.** Q. L. An sit supersticio, si quis ex aura, quæ est in Festo Conversionis S. Pauli Ap. velit conjicere, qualis sit futura per annum?

R. Negat Leander a SS. Sacramento in decal. par. 1. & in Ordine 6. tr. 9. disp. 1. de superst. qu. 23. Alii autem affirmant, quorum sententiam La-Croix lib. 3. par. 1. qu. 5. §. 3. n. 30. dicit esse probabilem, & adducit pro ea testimonium quoddam S. Chrysostomi Hom. adversus eos, qui observant Novilunia, ubi ita habet. Non audis Paulum dicente: dies observatis, & Menses, & tempora, & annos? Metuo vobis, ne frustra in vobis laboraverim: nempe extreme hoc est amentia, propter unum diem, si auspicatus fuerit, per universum hoc expectare annum &c.

Verum in allegato testimonio S. Chrysostomus tantummodo damnat observationem dierum, & temporum in ordine ad dirigendas actiones

humanas, quæ ex illis dependentiam non habent; putas si ex eo, quia primus anni dies faustus tibi successerit, credas & reliquos ideo omnes ejusdem anni dies futuros faustos, & prosperis successionibus plenos. Non autem reprehendit observationem dierum, & temporum in ordine ad prænoscendas tantum dispositiones futuras Elementorum, & varietatem tempestatum anni; puta qualis futura sit hyems, frigidissima ne an temperata? qualis aestas? An salubres fructus? an cras pluet, vel ninger, aur fulgurabit, vel serenum erit? &c. Et illud primum quidem superstitionem esse concedimus, & ipsi docuimus primæ die hujus Mensis art. 5. ubi hoc ipsum ex Chrysostomo laudatum testimoniū adduximus, qui illud primum tantummodo ibi reprehendit, ut patet ex illis verbis: Propter unum diem, si auspicatus fuerit, per universum hoc expectare annum: hoc est ex illo credere totum annum futurum prosperum, & faustum ei, cui primus ille dies successerit faustus. Superstitionem proculdubio hoc. Secus autem alterum: nam illud potest ex experientia conjici rerum hujusmodi naturalium, & ex rationibus physicis. Et adhuc videmus viros etiam doctos, & pios hujusmodi judicia, & conjecturas passim formare, & libros de illis agentes sine ullo scrupulo lecitare.

Profecto licita est Astrologia naturalis, quæ effectus corporeos, & naturales; ut ventos, Eclipsim, fertilitatem, salubritatem, morbos, & similia prædictit. Imo ex Lessio addit Busemb. lib. 3. par. 1. tr. 1. c. 1. dub. 2. Resp. 3. Resolut. 8. etiam cum ex puncto Nativitatis,

sive horoscopo probabiliter prædictit complexiones corporis, & affectiones animi. Quia, inquit, hæ divinationes omnes naturales sunt, & mediis proportionatis utuntur. Videri etiam potest Tancredi de Relig. tract. 2. lib. 2. disp. 4. qu. 3. num. 10.

Jam vero hujusmodi est, ex aura, quæ flat in die Conversionis S. Pauli e. g. velle confidere, qualis sit futura per annum; dummodo talis conjectura eruatur ex aliqua causa naturali, non autem ex eo quia hodie est Conversio S. Pauli; **Conversio enim hæc, seu Conversionis prædictæ Festum non potest quidem esse causa talis naturalis effectus;** quod si affirmaretur, esset utique superstitionem; & in hoc sensu puto, **Auctores affirmasse, & La-Croix dixisse: probabilius esse, quod sit superstitione, si quis ex aura, quæ est in Festo Conversionis S. Pauli, velit conjicere, qualis sit futura per annum.** Profecto inter Auctores, qui dicuntur affirmare, observationem prædictam esse superstitionem, allegatur Martinus del Rio. Verum hic Auctor non docet, id esse superstitionem, nisi si observetur hic dies, qua talis dies est, puta Conversionis S. Pauli. Hæc enim habet lib. 3. disquisit. Magic. par. 2. quæst. 4. Sect. 6. initio. **Superstitionis foret, si observaretur certus unus hebdomadæ, vel Mensis dies tantum, vel certa dies hora; qua talis hora, vel dies est; vel adderentur circumstantiae inutiles, aut orationes oiose, vel non approbatæ.** Unde sequitur, quod recte Binsfeldius insert, **buc referendos, qui observant certas Festivitates, ut Conversionis S. Pauli, Vincentii, Urbani, vel aliorum, qui-**

*bus si pluat, vel Cælum serenum sit, sibi spondent serenitatem, fertilitatem, vini copiam, vel inopiam, aut continuatam per tot dies pluviam.*

Qu. II. An sint superstitiones ii, 8 quos Siculi vocamus *Ciraulos*, qui, eo quod nati sint nocte Conversionis S. Pauli, medentur sputo, vel taatu, morsibus venenosis; felici, ut ajunt, successu?

R. Negat Tamburinus in Decal. lib. 2. c. 6. §. 1. n. 31. & Felix Potestas in Exam. Confess. tom. 2. par. 2. c. 6. n. 266. dummodo aliquid, quod superstitionem sapiat, non admisceant. Ratio autem negationis est, quia fortasse hæ sunt gratiæ, gratis datae. Favet Azor. Instit. Moral. par. 1. lib. 9. c. 25. qu. 2. vide dicenda Fer. VI. Parafœv. n. 295. Verum prædictos non esse universaliter excusandos, intellige ex Doctrina generali, quam hic subjicimus.

Quoad hujusmodi gratias curatio-9num, quibus plerique, se donatos jactant, notandum est; quod, et si aliqui absolute damnent, aliqui autem absolute excusent eos, qui putant, se habere vim, aut gratiam sanandi certos morbos, vel qui ad tales accedunt, ut sanentur: melius tamen videntur sentire alii, qui nec universaliter improbant, nec universaliter approbant. Quia Doctores graves nonnullas approbant, & Ecclesia permittit; potestque Deus certis familiis certas ejusmodi gratias gratis datas tribuere; imo etiam potest certis hominibus convenire ad sanandos certos morbos, ut ex Plinio ostendit Azorius l. cit.

Attamen etiam universaliter id non est approbandum. Nam in primis putat del Rio l. infra cit. hanc

gra-

gratiam curationum solis Catholici concedi a Deo. Deinde, quamvis hujusmodi virtus, & efficacia possit Dei munere inesse hominibus etiam improbis, ac perditis, ut notat Azorius l. cit. ob rationem assignandam Fer. VI. Parasc. l. cit. Nihilominus non est credibile, tam multis hominibus vagis, vel parum honestæ vitæ concedi, quot sunt,

qui se habere jactant: unde ab Inquisitoribus Fidei, vel ab Ordinario prius rigide examinandi sunt, & repellendi si vana, vel parum honesta admisceant. Vid. Martin. del Rio l. 1. disquis. Magic., c. 3. qu. 4. §. Dico tertio. Thom. Sanch. in Decal. l. 2. c. 40. a n. 45. La Croix lib. 3. par. 1. qu. 5. §. 3. n. 34.

## C A P U T      X X V I .

### N O T A N D A    X X V I .    J A N U A R I I .

#### E X P L I C A N T U R    A R T I C U L I S    I I .

Art. I. *De Horis Canoniceis.*

Art. II. *De Missa.*

#### A R T I C U L U S    I .

##### *De Horis Canoniceis.*

I VN Calend. Rom. S. Polycarpi Ep. & M. semid. 1. Noct. de Script. occur. 2. & 3. Noct. ut in propr. reliqua de communi un. M. Orat. Deus, qui nos, de comm. un. M. P. z. loco. Vesp. de sequ. Festo S. Joan. Chrysostomi Ep. & Conf. dupl. ut in communi Conf. Pontif. Antiph. ad Magnific. O Doctor, de comm. Doctor. Or. propr. in qua,

& in Antiph. prædicta an supprimendum sit cognomen Chrysostomi? Vid. 2. April. art. 2. n. 2. In hymno. *Iste Confessor*, mutatur tertius versus, & fit Commem. præced.

#### A R T I C U L U S    I I .

##### *De Missa.*

II VN Festo S. Polycarpi Ep. & M. z. semid. Missa ut in propr. 2. Or. de B. V. Deus, qui salutis, 3. Ecclesiaz, vel pro P. col. Param. rub.

C A-

## C A P U T      X X V I I .

## N O T A N D A    X X V I I .    J A N U A R I I .

## E X P L I C A N T U R    A R T I C U L I S    I I .

Art. I. *De Horis Canoniceis..*  
Art. II. *De Missa..*

## A R T I C U L U S    I .

*De Horis Canoniceis..*

**T**N Calend. Rom. S. Joannis Chrysostomi Episc. & Conf. dupl. In Festo S. Joannis Chrysostomi quoad Lectiones in primo Nocturno legendas, servetur Rubrica Breviarii Romani. Unde extra Quadragesimam dicantur lectiones de Scriptura occurrente. Intra Quadragesimam vero recitentur lectiones de communi Doctorum. S. R. C. 5. Maii 1736. in Einsidelen. Apud Caval. no. 2. c. 34. d. 9. Secund. & 3. Noct. propr. reliqua de communi Conf. Pontif. Or. propr. In hymno *Iste Confessor*, mutatur tertius versus. 2. Vesp. de eodem Festo.

Antiph. ad Magnific. *O Doctor*, & fit Commem. sequentis Festi simplicis, hoc est S. Agnetis secundo, ut in proprio.

Alicubi autem cras fiet de S. Juliano Ep. Conch. & Conf. ibi ordinentur Vesp. juxta rubr. general. pro qualitate ritus, nam alicubi est dupl. 2. Class. alicubi vero est secund. ad libit. omnia de communī Conf. Pontif. Or. propr.

## A R T I C U L U S    I I .

*De Missa..*

**T**N Festo S. Joan. Chrysostomi Ep. & Conf. dupl. Missa ut in propr. dicitur *Credo*. Rubr. gen. Miss. tit. II. col. Param. alb.



C A.

# C A P U T   X X V I I I .

## N O T A N D A   X X V I I I .   J A N U A R I I .

### E X P L I C A N T U R   A R T I C U L I S   I I .

*Art. I. De Horis Canonicis.*

*Art. II. De Missa.*

#### A R T I C U L U S   I .

*De Horis Canonicis.*

1 **I**N Calend. Rom. S. Agnetis secundo, scilicet Festum secundum celebratum; primum enim die 21. hujus Mensis celebratum fuit de Martirio ejus; hoc secundum vero est de quadam ejusdem S. Virginis Apparitione, ut explicatur in lectione propria, quam habet in Breviario Romano, in quo hoc Festum non donatur nisi ritu tantum simplici. Durandus in Ration. Offic. lib. 7. c. 3. facit adjectivum *ly secundo*, explicat enim Sancte Agnetis secundo *Festo*, sed in Breviario constanter notatur tamquam adverbium *secundo*. Unde melius explicatur sicut diximus: *S. Agnetis Festum secundo celebratum*. Sed hoc parum refert. Putat insuper idem Durandus ibidem, hoc Festum melius nuncupari *secundo Agnetis*, quam *Agnetis secundo*. Sed non videmus, quare sic melius? in idem enim videatur recidere, seu dicas: *Agnetis secundo Festo*; seu *secundo Festo Agnetis*, & *Festo Agnetis secundo*.

2 Ad Matutinum Invitatorium, & hymn. de communi Virg. & Mart. Nocturnum Feriae curr. 1. & 2. lectio de Script. occur. 3. lect. propter. V. & duo Responsoria ex No-

turnis Festi principalis ejusdem Virginis 21. hujus, eo ordine, quo sumuntur Responsoria ex communibus Sanctorum in aliis Festis simplicibus, ut dicitur in Rubric. de Responsoriis. Ad *Laudes Antiphonae de Laudibus Festi* 21. hujus; similiter & ad Horas omnia dicuntur, ut annotantur in Festo principali praeter Orationem, quæ est diversa, ac propria; & deinceps post Nonam nihil fit de hoc Festo, juxta regulam generalem de Festis simplicibus. Itaque Vesp. de sequenti tantum Festo S. Francisci Salesii Episc. & Conf. dupl. de communi Conf. Pont. Orat. propri. in hymno *Iste Confessor*, mut. 3. Versus.

Ubi hodie recitatur de die Octava S. Agnetis, dicuntur omnia ut in Festo 21. hujus, excepta Antiphona ad Magnif. in 1. Vesper. & Orat. quæ dicuntur de S. Agnete secundo. Lectiones 1. Noct. de Scriptur. occur. lectio 4. de S. Agneta secundo; 5. & 6. lectio de communi Virginum, vel ut in Octavario Rom. uti & lectiones 3. Noct. *Gavans.* in Rubr. Brey. Sect. 7. c. 3. ad *banc diem*. *Caval. Comment.* in Decr. S. C. R. tom. 1. c. 9. in d. 12. fine.

Produximus die 21. hujus Mensis Decretum S. C. R. prohibens assignari stabiliter huic diei Festum pri-

primarium S. Agnetis in casu, quo alicubi die 21. Januarii non potuerit stabiliter celebrari: ex eo quia hæc dies 28. Januarii relinquenda sit vacua, ut in ea reponi valeat Festum SS. Nominis Jesu, quando transferri debeat ob occurrentiam Dominicæ Septuagesimæ; vide dicenda tr. 2. in Dom. 2. post Epiphani. art. 1. n. 5. Et quod dicitur de Festo S. Agnetis, eadem de causa dicendum venit de quolibet alio Festo constanter translato, quod alicubi occurrere posset; quod propterea nequam assignandum erit huic diei 28. Januarii, sed in ulteriorem diem protrahendum: quia non minus illud, ac Festum S. Agnetis in casu prædicto afferret impedimentum positioni Festi SS. Nominis Jesu in hac die; ut animadvertisit Caval. 1. cit. n. 16. Et vero S. R. C. etiam declaravit quod potest ulterius transferri Officium Sancti Raymundi de Pennafort ob occurrentiam fixam Desponsationis, relinquendo diem 28. Januarii vacuam, ut Festum SS. Nominis Jesu ponatur illa die, & non celebretur in Quadragesima, quando contingit illud transferri, ex eo quod Dominica secunda post Epiphaniam assignata huic Officio aliquando incidit in Dominicæ Septuagesimæ. S. R. C. 7. Maii 1746. in Versavien. apud Caval. in append. ad cap. de perpet. immut. Festor. d. 13. post finem 10. 4. Quænam vero dies sit designanda? Vide dicta 21. hujus art. 1. n. 4. Cœterum ex ejusdem Cavalerii, ac Merati testimonio diximus loco cit. n. 3. in Statu Ecclesiastico (& alibi ut apparebit inferius n. 8.) Decretum non esse in usu; enimvero dies hæc 28. est ibi assignata alteri Officio;

& in casu translationis Officii SS. Nominis Jesu, illud reponitur in Februario.

In casu autem, quo Festum primarium S. Agnetis stabiliter alicubi reponatur post Mensem Januarii, atque adeo post diem hanc 28. in qua celebratur ejusdem Festum S. Agnetis secundo, quæri potest: an hoc secundum valeat celebrari, nondum celebrato priori? Et respondeatur affirmative, ut constat ex Decreto S. C. R. quod allegavimus 21. hujus l. cit. in quo statuitur: Festum SS. Nominis Jesu, quando transferendum erit ob occurrentiam Dominicæ Septuagesimæ, celebrandum esse in hac die 28. Januarii, & in ea faciendam esse Commemorationem de Festo S. Agnetis secundo tamquam de simplici, etiam ubi Festum primarium ejusdem S. Agnetis celebretur post Mensem Januarium, nullo habito respectu quod Festum ejusdem solemne prius non fuerit celebratum. Porro Festum S. Agnetis secundo non ideo dictum est celebrari secundo quasi aliud necessario ipsi præmittendum sit; sed solum quia regulariter supponit aliud ejusdem Sanctæ Festum, illud videlicet, quod die 21. celebratur; ab eo tamen in sui celebratione minime pondet, ut cum Gavanto, & Guyetto notat Caval. tom. 1. c. 9. in d. 12. n. 32.

Quod fieri est constitutum in casu mutationis Festi Sanctæ Agnetis in diem posteriorem ad diem 28. Januarii, id ipsum est faciendum in casu ejusdem meræ translationis; quod contingit, quoties Festum Sanctæ Agnetis incidit in Dominicam Septuagesimæ, tunc enim cum dies hæc 28. quæ unice vacua

cua est , cadat in Dominicam Sexagesimæ , Festum præfatum Sanctæ Agnetis ad Mensem Februarium est transferendum , & consequenter hac die 28. Januarii , seu in Dominica Sexagesimæ fiet Commemoratio de occurrente Festo S. Agnetis secundo , in 1. Vesp. & Laud. omissa ejus lectione propria , quia præfata Dominica non admittit 9. Lectionem de Festo simplici .

6 Si vero Festum primarium S. Agnetis non perpetuo , sed fortuito alicubi quandoque transferri congeret , & dies hæc 28. Januarii vacua , & non impedita foret , in hanc utique tamquam in primam diem non impeditam transferendum esset , quemadmodum notavimus 21. hujus art. 1. num. 5. In hujusmodi autem casu totum Officium recitatbitur , ut in priori Festo disponitur ; nec fiet Commemoratio hujus Festi S. Agnetis secundo , & consequenter nec lectione propria hujus Festi dicitur . Non fit enim Commemoratio ejus , de quo Officium recitatur . Caval. in d. 12. n. 34. Merat. to. 2. Sect. 3. c. 11. n. 17.

7 Significavimus supra , Festum SS. Nominis Jesu affixum Dominicæ 2. post Epiphaniam , occurrente Dominica Septuagesimæ , transferendum esse in diem hanc 28. Januarii ex Decr. S. C. R. quod dedimus 21. hujus , & iterum de eo sermo redibit tr. 2. in Dom. 2. post Epiph. ubi agemus de laudato Festo , ibique notabimus , legendam in eo , hodie celebrato , nonam lectionem de S. Agnete secundo , & facien-

dam de ea Commemorationem in Laudibus tantum , & Missa privata . Monebimus etiam ibi , quod in hoc eodem casu sit omittendum *Alleluja* , ubi in Officio occurrit ; nimirum quia est post Dominicam Septuagesimæ .

Alicubi hodie recitatur de S. Juliano Ep. Conch. & Conf. ibi ordinetur Officium juxta Rubr. gener. pro qualitate ritus , nam alicubi est dup. 2. cl. alicubi est semid. ad libitum ; ut in propr. & communi ; 9. lect. de S. Agnete secundo , & ejusdem Commemoratio prout feret qualitas ritus prædicti Festi S. Jul.

## ARTICULUS II.

### *De Missa.*

IN Festo S. Agnetis secundo simpl. 9. Missa , ut in proprio . In Missa S. Agnetis , aut in qua de ea fiat Commem. , inclinetur caput ad ejus nomen positum in Canone in Oratione : *Nobis quoque peccatoribus* . & ubi alias nominetur . ex Rubr. Miss. de ritu celebr. tit. 5. nu. 2. Vide dicta 18. hujus art. 2. n. 7. col. param. rub.

In Festo S. Juliani Ep. Conch. 10 & Conf. Missa ut in propr. & fit Comm. S. Agnetis secundo col. param. alb.

Si hodie celebretur Festum SS. 11 Nominis Jesu ; Missa ut in Festo , & fit Commemoratio S. Agnetis secundo in Missa privata , ut supra innuimus , & videantur dicenda in Dom. 2. post Epiph. Sect. 2.

## C A P U T     X X I X .

## N O T A N D A    X X I X .    J A N U A R I I .

## E X P L I C A N T U R    A R T I C U L I S    I I I .

Art. I. *De Horis Canoniceis.*Art. II. *De Missa.*Art. III. *De Indulgencieis.*

## A R T I C U L U S    I .

*De Horis Canoniceis.*

**I** M N Calend. Rom. S. Francisci Salesii Ep. & Conf. dupl. Lect. 1. noct. de Script. occur. 2. noct. propr. 3. noct. de communi Conf. Pont. 1. loco ; reliqua de eodem Comm. Or. propr. In hym. *Iste Conf.* mutatur tertius versus. In 2. Vesp. Com- memor. sequ. Festi S. Martinæ V. & M. semid. de comm. Virg. & M. 1. loco. Ubi autem recitentur Vesp. de ea integræ , vel a Capit. dicatur hymnus propr. ut in Brev. dispositur.

## A R T I C U L U S    I I .

*De Missa.*

**M**N Festo S. Francisci Salesii Ep. 2 & Conf. dupl. Missa statuit de comm. Conf. Pont. 1. loco , et autem propr. col. param. alb.

## A R T I C U L U S    I I I .

*De Indulgencieis.*

**M**N Festo S. Francisci Salesii Ep. 3 & Conf. Indulg. plen. in Ecclesia Monialium Visitacionis B. M. V. Alexander VII. in forma Brevis , & Innoc. XII. Constit. 24. pag. 252. Tom. 9. apud Plaz. de Pur- gat. ad hanc diem.



C A-

# C A P U T   X X X .

N O T A N D A   X X X .   J A N U A R I I .

## E X P L I C A N T U R   A R T I C U L I S   I I .

A r t . I . *De Horis Canonicis.*

A r t . II . *De Missa.*

### A R T I C U L U S   I .

*De Horis Canonicis.*

**T**N Calend. Rom. S. Martinæ V. & M. semid. Lect. 1. noct. de Script. occur. 2. noct. prop. 3. noct. de comen. Virg. 2. loco. Hymn. ad Matut. & Laud. propri. reliqua de prædicto comm. or. ut ibi 1. loco. Primi Vesperis de S. Martinæ impeditis Festo duplici, hymnus proprius Vesperarum unitur hymno Matutini, & ex duobus fit unus sub unica Conclusione: *A nobis abi-gas.* S. R. C. 26. April. 1692. apud La-Croix ind. decr. num. 299. Ut integra secundum ordinem legatur historia, necesse est in dicto casu, ex duobus hymnis unum fieri. Quod si Festum S. Martinæ transferri contingeret ad aliquam diem, in qua integras secundas Vespertas haberet, putat Caval. tom. 2. par. 2. c. 39. in d. 4. nu. 2. hymnos prædictos uniri, haud esse necesse; sed hymnum primarum Vesperarum dici posse ad Matutinum; hymnum Matutini ad Laudes; & hymnum Laudum ad secundas Vespertas. Ex his autem habes, quid præstari de-

beat in casu trium hymnorum propriorum juxta ordinem historiæ efformatorum; quod si in iisdem historiæ ordo non teneatur; prout distributi sunt, recitentur, nec adhibetur unio, ut alicujus omissione consulatur. Caval. loco cit. nu. 3. Si ex hymnis simul jungendis aliqui sint diversi metri, simul jungantur illi, qui ejusdem metri sunt, dummodo jungi queant sine lesione historiæ, prioris clausula tacita, in qua datur Trinitati laus. Caval. n. 2. Vesp. de sequ. Festo S. Petri No-lasci Conf. dup. de comm. Conf. non P. or. propri. in qua an silleri debeat ly *Nolascum?* vide 2. Apr. art. 1. nu. 2. In hymno *Iste Conf.* mutatur tertius versus; & fit Comm. præced. Festi S. Martinæ.

### A R T I C U L U S   I I .

*De Missa.*

**T**N Festo S. Martinæ Virg. & M. 2. & semid. Missa *Loquebar de com-muni* V. & M. 1. loco 2. or. de B. V. *Deus, qui salutis.* 3. *Eccle-sie,* vel pro Papa.. col. param. rub.

## C A P U T      X X X I .

## N O T A N D A    X X X I . J A N U A R I I .

## E X P L I C A N T U R    A R T I C U L I S    I I I .

Art. I. *De Horis Canoniceis.*Art. II. *De Missa.*Art. III. *De Indulgentiis.*

## A R T I C U L U S    I .

*De Horis Canonicis.*

**T**N Calend. Rom. S. Petri Nolasci  
**A** Conf. dupl. lect. 1. noct. de Script.  
 occur. 2. noct. prop. 3. noct. de  
 communi Conf. non Pont. 2. loco  
 reliqua de eodem comm. or. prop.  
 In hymno *Iste Confessor* mutatur ter-  
 tius versus. In 2. Vesp. Commem.  
 sequentis Festi S. Ignatii Ep. & M.  
 semid. de comm. un. M. P. 1. loco.

## A R T I C U L U S    I I .

*De Missa.*

**T**N Festo S. Petri Nolasci Conf. 2  
**A** dupl. Missa *Justus de comm.* Conf.  
 non Pont. 2. loco or. prop. col.  
 param. alb.

## A R T I C U L U S    I I I .

*De Indulgentiis.*

**T**N Festo S. Petri Nolasci Funda- 3  
**A** toris Ordinis S. Mariæ de Mer-  
 cede, Indulg. plen. in Ecclesiis Pa-  
 trum etiam Discalceatorum, & Mo-  
 nialium ejusdem Ordinis. Clem. X.  
 Constat. 88. pag. 115. & Constat.  
 149. pag. 252. Tomi 7. apud Plaz.  
 de Purgat. ad hanc diem.

N O

# NOTANDA MENSE FEBRUARIO.

## P A R S I.

### NOTANDA MENSE FEBRUARIO IN GENERE.

#### E X P L I C A N T U R §. §. II.

§. I. *De Numero Dierum.*

§. II. *De Reservatione Beneficiorum, & Alternativa.*

§. I.

*De Numero Dierum.*

§. II.

*De Reservatione Beneficiorum, &  
Alternativa.*

**F**EBRUARIUS habet dies viginti-octo ; quando autem est bissextilis , habet dies vigintinovem . Vid. dicenda 24. hujus art. 6. & dicta part. 1. hujus lib. 3. c. 1.

**N** Reservatione Beneficiorum ex 2 Reg. Cancellariæ Februarius est mensis Papalis , at in Alternativa est mensis Episcopalis ; Vide dicta part. 1. hujus lib. 3. c. 6.



P A R S

P A R S    I I .  
M E N S I S    F E B R U A R I I .

NOTANDA SINGULIS SIGILLATIM DIEBUS.

C A P U T    I .

N O T A N D A    I .    F E B R U A R I I .

E X P L I C A N T U R    A R T I C U L I S    I I I .

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Jejunio.*

A R T I C U L U S    I .

*De Horis Canonicis.*

**I**TIN Cal. Rom. S. Ignatii Ep. &  
**J**M. semid. lect. 1. noct. de Scriptur. occurr. 2. & 3. noct. prop., Reliq. de comm. unius Martyris. Or. *Infirmitatem*, de com. un. M. P. 1. loco. Vesperæ de sequ. tantum Festo Purificationis B. M. Virginis dupl. 2. clas. ut in prop. In fine hymni Completorii, *Jesu tibi qui natus.* Si sit post Septuages. tactetur *Alleluja*, ubi adest.

A R T I C U L U S    I I .

*De Missa.*

**I**GN Festo S. Ignatii Ep. & Mart. 2. semid. Missa propr. 2. Orat. de B. V. *Deus, qui salutis,* 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa. In Canone in Oratione *Nobis quoque peccatoribus*, inclinetur caput ad nomen Ignatii ibi recitatum, & ubi alias invoetur; ex Rubr. Miss. de rit. celebr. §. 5. n. 2. Vid. dicta 18. Januar. art. 2. col. param. rub.

A R T I C U L U S    I I I .

*De Jejunio.*

**R**OME est jejunium pridie Festi 3. Pürificat. B. V. ex Clem. XI. ob memoriam liberationis a periculo terræmotus, quo Urbs Romana fuit afflita; Vide dicenda 7. Decembr. art. 4. qu. 5. n. 12.

C A

# C A P U T II.

## N O T A N D A II. F E B R U A R I I.

### E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S VI.

- Art. I. *De Institutione, & Observantia Festi Purificationis B. M. V. ubi de Benedictione Puerarum.*
- Art. II. *De Horis Canonicis.*
- Art. III. *De Solemni Benedictione, ac Distributione Cereorum, & subsequenti Procesione.*
- Art. IV. *De Missa.*
- Art. V. *De Indulgentiis.*
- Art. VI. *Notanda pro abstinentia a Carne.*

### A R T I C U L U S I.

*De Institutione, & Observantia Festi Purificationis B. M. V.*  
*Ubi*  
*De Benedictione Puerarum.*

I FESTUM Purificationis B. M. V. a nonnullis Veteribus Scriptoribus Ecclesiasticis vocatur Solemnitas Præsentationis, (ut notabimus die 21. Novemb. n. 3:) scilicet Christi, & oblationis ejus in Templo post quadragesimum diem a Nativitate: rursus apud Niceph. l. 17. histor. c. 28. invenies vocari Salvatoris Exceptionem, more Græcorum, a quibus hoc Festum vocatur Hypapante, seu Hypante, idest Occursus, vel Simeonis, & Annæ, qui hodie obviaverunt Domino, dum præsentaretur in Templo: vel Celebrantium Festum, qui fide Christo occurunt, dum præsentandus a Virgine Matre defertur; vide dicenda nu. 44. Hoc Festum ponitur C. pronunciandum i. dist. 3. de Consecr. Est de præcepto universali, uti habetur ex traditione, & constat ex Constitutione Urbani

VIII. incip. Universa an. 1602. quam allegavimus die 1. Januar. num. 1.  
 Qu. I. Quis hoc Festum insti- 2  
 tuerit?

R. Id valde dubium est, & incertum. Vid. Suarez de Relig. to. 1. tr. 2. lib. 2. c. 5. n. 11. & 12. & to. 2. in 3. part. disp. 22. Sect. 1. post medium. Azor. Instit. Moral. part. 2. lib. 1. cap. 18. qu. 1. Merat. to. 1. par. 4. tit. 14. n. 2, & 3. Constat tamen, esse antiquissimum ita, ut Azor. dicat: fortasse ab ipsis Apostolis fuisse, vel primis eorum discipulis institutum; id ipsum insinuat Benedictus XIV. de Festis B. V. c. 2. §. 2.

Qu. II. An hodierna Festivitas sit 3  
 B. V. vel Christi Domini?

R. Suarez de Relig. to. 1. tr. 2. lib. 2. c. 5. n. 10. hoc Festum inter Festivitates Christi Domini enumerat; quia, inquit, revera prima ratio hujus Festivitatis est Christus, unde inter Christi Festivitates videtur numerari C. Pronunciandum i. dist. 3. de consecrat. ubi proxime post Epiphaniam ponitur ante Pascha, & inferius addun- tur

tur Festivitates B. M. Virginis ; & more Ambrosiano , & juxta Græcorum ritum ita numerari dicitur . Hæc Suarez ; & favent supradicta mi. 1. Contra vero inter Festivitates B. M. Virginis hoc idem Festum enumerat Rabanus Instit. Cleric. lib. 2. c. 33. Honorius in Gemma lib. 3. c. 24. Durand. in Ration. Offic. lib. 7. c. 7. initio . Azor. loc. cit. Urbanus VIII. in supra laudata sua Constit. & favet caput ultimum de Feriis : in quo non recensetur hoc Festum , unde videtur sine dubio sub Festis B. Virginis comprehendendi in illis verbis generalibus : *Festivitatum omnium Virginis gloriose* : & ita quidem putat ipse Suarez cit. n. 10. , qui etiam fatetur , numerari optime posse , & communiter solere testatur , præsertim juxta Romanum morem , ut ex libro *Ordo Romanus* , & communi , inquit , usu satis constat . Communiter quidem haberi simpliciter solet pro Festivitate Beatæ Virginis ; unde simpliciter dici consuevit : *Purificatio Beate Mariae Virginis* , & ita nuncupatur etiam in supra citat. Capit. *Pronunciandum* , & in Martyrologio Romano , & ab Auctore Micrologi de Ecclesiast. observation. cap. 48. & a Rabano loco cit. & in cit. Constit. Urbanii VIII.

<sup>4</sup> Sed videtur dicendum : proprie hoc Festum esse tum Beatæ Virginis , tum ipsius Christi Domini : quia mysterium tum ad Filium , tum ad Matrem pertinet , ut constat ; unde Beda Venerabilis ait to. 7. in homilia hujus diei ; *Solemnitatem nobis hodiernæ celebritatis , quam quadragesimo Nativitatis die debitum veneramur Officiis , maxime ejusdem Salvatoris nostri , simul O intemeratae*

*Genitricis ejus humilitate dedicatum sacra Evangelistæ lectio designat ; exponens , eos , qui legi nihil debuerant , implendis se legalibus per omnia subdidisse Decretis . Hæc S. Beda . Favet insuper Durand. l. cit. num. 2. dicens : hoc Festum Christo Domino , & Beatæ Genitrici ejus esse commune ; & iterum num. 5. & 6. dicit : hodiernum Festum esse duplex , videlicet Præsentationis Christi in Templo , & Purificationis Virginis Matri . Observo item , quod Officium Missæ in hodierna solemnitate , majori quidem ex parte referatur ad Christum ; & Præfatio non dicatur de Beata Virgine , ut cæteroqui eam in omnibus Festis ejusdem recitandam esse Rubrica demandat : sed sit de Nativitate Domini . Officium vero canonicum majori ex parte respiciat purissimam Virginem Matrem ejus ; & ad octavam benedictionem , dicatur ut in Festivitatibus ejusdem purissimæ Virginis : *Cujus Festum colimus , ipsa Virgo Virginum O.**

De solemni Cereorum benedictione , distributione , & Processione hodierna dicetur inferius art. 3.

Nota hic : Præsentationem infantium recens natorum ad Templum , secundum legem veterem , omnino defecisse ; unde , ut dicit Amalarius de Ecclesiasticis Officiis l. 4. c. 34. fine , & Durand. cit. cap. fine : nullus Doctor nos coarctat , quod infantes die quadragesima nativitatis eorum præsentemus in Templo .

Quod autem attinet ad alteram legem Levitici de purificatione Puerarum , & interdicto a Sanctuario , & Templo Domini ; et si hoc interdictum in Ecclesia etiam Christi

si per aliquod tempus viguerit, ut constat ex Canonibus paenitentialibus Theodori, quos refert Ivo in suo Decreto, quosque commemorat Card. Baronius ad Annum Christi 266. in quibus sic legitur: *mulier, quae intrat in Ecclesiam ante mundum sanguinem post partum, si masculum genuerit, triginta tres dies paeniteat; si feminam, quinquaginta sex. Si quae autem presumperit ante tempus praefinitum Ecclesiam intrare, tot dies paeniteat in pane, & aqua, quot Ecclesia carere debuerat.* Nihilominus constat etiam, hujusmodi prohibitionem deinde in Ecclesia Latina abrogatam, ut habemus ex S. Gregorio Papa relato in Decreto Gratiani c. 2. dist. 5. ubi Pontifex declarat, quod *si mulier eadem hora, qua genuerit, actura gratias, intrat Ecclesiam; nullo pondere peccati gravatur.* Similiter Innocentius III. in decretali *Volens. De purificatione post partum;* recitato prius eo textu Joan. 1. 17. *Lex per Moysen data est; gratia, & veritas per Jesum Christum facta est:* subdit, & infert, quod in lege nova *Si mulieres post prolem emissam, acturae gratias, Ecclesiam intrare voluerint; nulla proinde peccati mole gravantur; nec est Ecclesiarum eis aditus denegandus, ne pena illis converti videatur in culpam.* Vid. Vasquez in 3. par. qu. 80. disp. 210. art. 7. n. 26.

Quapropter, si in quibusdam locis mulieres post partum non ingrediuntur Ecclesiam, nisi post quadraginta dies, quo solum dierum numero expleto, se conferunt ad Ecclesiam: aut si etiam nulla habita ratione temporis, ad Ecclesiam accedunt, prout circumstantiae, & incommoda partus exegerint, atque

TOM. II.

permiserint, ut benedicantur a Sacerdote, & pro sua ipsarum incolumentate Deo gratias agant; haec utique ceremonia Purificationis non est necessitatis, sed devotionis: quae profecto devotio non est improbanda, ut declarat ipse laudatus Summus Pontifex Innocentius III. loc. cit. post supra recitata verba subdens: *Si tamen ( puerperæ ) ex veneratione voluerint aliquamdiu abstinere ( ab ingressu Ecclesiae ) devotionem earum non credimus improbandam.* Et Rituale Romanum appellat *piam, ac laudabilem consuetudinem.* Porro nec id fit ritu ullo Mosayco, ut patebit ex infra dicendis; neque animo iudaico, sed prorsus christiano: nihilrum in memoriam facti purissimæ Virginis Dei Genitricis, & in ejusdem imitationem exempli. Enim vero purissima Virgo Maria in praedita Levitici lege minime comprehendebatur, ut docet S. Paschalis contra eos, qui disputabant de Virginit. M. S. Basilius Magnus in c. 7. Isaiae. S. Beda l. 1. c. 8. in c. 2. Lucae n. 40. & duobus sequ. & homil. hujus diei verbis supra n. 4. laudatis, Rabanus Institut. Cleric. lib. 2. cap. 33. & videri potest Suarez. to. 2. in 3. par. disp. 16. Sect. 2., unde Alexander VIII. an. 1690. die 7. Decembr. damnavit sequentem propositionem: *Oblatio in Templo, que siebat a Beata Virgine Maria in die Purificationis sua per duos pullos Columbarum, unum in holocaustum, & alterum pro peccatis, sufficienter testatur, quod indigerit Purificatione; & quod filius, qui offerebatur, etiam macula Matris maculatus esset secundum verba legis.* Nihilominus eadem purissima Virgo Maria, licet in praedita Levitici lege minime compre-

R hen-

henderetur, eidem se se subiecte volunt; dum claps puerperii tempore, seipso, divinumque filium in Templo presentavit. In hujus ergo praeclarissimi faci memoriam laudabilis institutus fuit ritus benedictionis Puerarum, qui descriptus legitur in Rituale Romanum, Pauli V. Summi Pontificis iusta edito tit. de Bened. Mulier. post par. quemque explicat Caval. to. 4. c. 13. comment. in Decr. 5. a num. 5. Juxta quem ritum, Mulier proletra enixa, post puerperii terminum, ad Ecclesiam se confert: ubi prius foribus genuflexa, & candelam accensam in manibus tenens, a Sacerdote superpelliceo, & stola alba induito, excipitur, & aqua benedicta cum prece aspergitur; deinde tenens extremam partem stolas a sinistra ejusdem Sacerdotis, pergit ad Altare, & ante illud genuflexa orat, gratias agens Deo de beneficiis fibi collatis. Hujusmodi utique ritus institutus fuit in memoriam predicti exempli purissime Virginis Mariae, ut dictum est, & in ejusdem imitationem. Enimvero ex Durando loco eit. num. 8. fine, & Honoriu in Gemma lib. 3. cap. 24. Mulieres in hoc Beatam Virginem insuper imitantur, significantes quod si Virginem ipsam fuerint imitatae, post vitam presentem ingredientur cum ea aeterna. In cuius item laudatoe Dei Genitricis exemplum possent secum puerorum deferre problemata recens natam, quemadmodum confuevit legitur Sandra Elisabetha Hungarica Regis filia: immo illam deferre in hac ceremonia, etiam necessarium existimant nonnulli; sed contradicit cum Bartolaldo Camerarius cit. cap. 13. in praeliminari.

eo quod nec omnis Rituale, nec in precibus, qua ipso hoc ritu funduntur a Sacerdoti, mentio ultra fiat de pote; sed & ipsa generalis Ecclesia consuetudo stat in contrarium. Maneat isterita quod Benedictio mulieris post partum in Ecclesia Latina nullo jure praecepitur, eamque praetermittens mulier, minime peccat: nisi forte id ageret per spretum, atque contemptum: ut optimo monet Quarti in suo opere de Benedictioibus ill. 3. Sect. 12. dub. 1.

In Graeca tamen Ecclesia puerperii lex tamquam de praceptis religiosis custoditus; nec mulier partum enixa permittitur ante praestitutum tempus, ad Ecclesiam accedere. Obdientiam illam ex debito requirunt Graeci; Latini non nisi ex necessitate abservant: ita Goarius in nota ad Euchologium graecum pag. 262. In Euchologio autem legatur preses per Sacerdotem ex occasione rectianda: sicut etiam in eodem Euchologia describitur universus ritus, quo puerperii cærenonia completeretur.

In Congregationibus pro Euchologii correctione habitis tam sub Urbano VIII. quam sub Benedicto XIV. de hac materia diligentissime actum, quæstumque fuit. Nemo sane existit, qui expungendum proposuerit in Euchologio puerperii ritum; fuit tamen, qui suggesterit, ut tolleretur præfatio termini quadraginta dierum; mox alias preces subrogariatur in locum illius orationis, qua ibi legitur, quæque nimium attudere videbatur ad immuniditiam legalem; ab quam Hebrei mulieres suas quadraginta diebus post partum ab omni commercio segregabant, & a Templo excludebant; cum

cum praesertim ibi minus peccato supplicari Deo videatur in hoc modo: *Ab omni peccato, & ab omni forde perpungia* Eccl. fortes corporis ejus, *& maculas anime ablue in quadriginta dierum curfu.* Verum cum alii sapienter animadverterint, posse unque in nova lege servari aliquem ex ceremonialibus ritibus antiquas legis, dummodo id non frat tamquam in vim ipsius legis antiquaz, quae evanescere est; sed utorem gerendo aut legitimæ consuetudini, aut novo precepto, ab eo edito, cui legislativa simul & coercitiva potestas competere dignoscatur, ut prosequitur Vasquez loco supra eit. factis id visum est; ut nemo mirati jure possit, si puerperii observatio Latinis mulieribus consilii modo proposita, Græcis pro lege prescripta inveniatur. Cum præterea Græci non eadem ratione, qua olim Hebrei, puerperii ritum adimpleant; neque enim Sacerdos oblationem iudaico more offerunt; quia potius eundem ritum sanctificant per appositas preces, quibus Deus rogatur, ut mulieri peccata, si que patraverit, dimittere dignetur, invocato in hunc ipsum finem Deiparæ Virginis patrocinio. Idcirco in sessione habita inter eos, qui a Benedicte XIV. Euchologii correctioni prepositi fuerant; die 8. Januarii 1747. conclusum fuit, nihil hac in parte innovari; quam quidem resolutionem approbavit ipse landatus Pontifex Benedictus. Primum est enī, supra relatis græce orationis verbis rectum sensum aptare, dicendo nimis: Deum ibi rogari, ut & mulieris animam ab omni culpa penitus emundet, & corpus etiam illius liberet ab omni

imputanditia, non quidem legali, sed materiali, quatenus spiritualiter imputandiam significat: cum tamen externa corporis mundities pars sit cultus, & venerationis debitis erga sanctas Ecclesias, atque res sacras, quapropter prioribus Seculis Ecclesias non ingrediebantur fideles, nisi prius diligenter loci fuissent; cui restatur S. Joannes Chrysostomus; neque privatim Sacrorum Evangeliorum Codicem attingere audebant, quin ante manus lavissent. Et haec quidem habentur in §. 70. & 72. ac duobus sequentibus Epistola Be-  
nedicti XIV. in qua Pontifex exi-  
tat omnes græci Ritus Orientales,  
ut nova Euchologii græci Editione  
manstrur, explicatque latius Moni-  
ta, quæ eidem novæ editionis Eu-  
chologio preposita sunt. Exstat au-  
tem hujusmodi Epistola tom. 4.  
Bullarii laudati Pontificis numer.  
LIII. pagin. 363. edid. Ross. an.  
1757.

Interrog. I. Utrum benedictio pri-  
perarum fieri possit extra Ecclesiam  
propriam Parochialem, atque adeo  
in qualibet Ecclesia, puta Regu-  
larium?

R. In hac questione decidenda discrepant Auctores. Decreta plura Sacrae Congregationis Concilii af-  
fert Cavaler. to. 4. c. 23. quæ sen-  
tentias favent affirmativa: & quam-  
vis etiam recite unum ejusdem Sa-  
crae Congregationis Concilii decre-  
tum, nec non alterum Sacrae Con-  
gregationis Rituum, quæ videntur  
parti negativæ favere; hec vero, ait,  
nihil obesse affirmativa sententia;  
ethi propter idem illud a se memo-  
ratum Sacrae Congregationis Rit.  
Decretum, inclinet ad dicendum; id  
non licere in Ecclesiis Confraterni-

R 2 tatum

tatum laicarum. Deinde rite existimat, in Ecclesiis Monialium Virginum fieri minime convenire.

Nos dicimus, propositæ quæstionis solutionem ex vigenti consuetudine locali petendam; ita ut ubi extra Parochias etiam fieri consueverit, non sit prohibenda a Parochis. Si alicubi vero vigeat positiva consuetudo in favorem tantummodo Parochorum: haec benedictio ab aliis Ecclesiis usurpanda ibi non erit. Ubi autem simpliciter non fuerit usus hanc benedictionem habendi extra Parochias, & non sciatur adesse positiva consuetudo, aut conventio, ne fæc extra Parochias; & aliqua Ecclesia, puta Regularium, vellet eam apud se introducere, esset caute procedendam; vel minimam admodum, rogatisque Parochis, ne oriatur dissentio, vel specialiter consulenda S. Congregat. Concilii (vid. Caval. tom. 4. c. 13. Comment. in d. 4. n. 2.) aut S. Rituum, Quod si ex Autoribus id desidi vellet, consuli possent, præter Caval. cit. c. 13. Lezana tom. 1. qu. Regular. c. 12. n. 41. Quarti de Benedict. tit. 3. Sect. 12. dub. 2. Leander a SS. Sacramento par. 3. in præc. Eccl. tr. 6. disp. 10. qu. 10. prope finem, qui fæst pro sententia affirmativa. Pro sententia vero negativa pugnant La-Croix lib. 6. par. 3. qæst. 138. §. 4. Laurentius de Franchis, Nicolius, Pignatellus, Monacellus, & Anacletus locis indicatis a Cavalero citat. cap. 13. Comment. in Decret. I. num. 1. Apud quem, Commentar. in Decret. §. a numer. §. videri potest explicatio Ritus benedictionis Puerarum in Rituali Romane

præscripti, quemadmodum superius indicavimus.

Synodus Coloniensis anni 1662. aliqua Decreta fecit quoad purificationem Puerarum, quæ videri possunt apud La-Croix cit. qu. 138. §. 1. & 2. Quid autem decreverit, quoad præceptum Communionis Paschalies ab hujusmodi pueraris sumendæ? notabimur tr. 2. l. 5. par. 2. in ejus z. par. c. 3. Sect. 3. qu. 14. n. 62. fin.

Interrog. II. An Puerera Acatolica excludenda sit ab hac benedictione purificationis?

R. Excludendam putat La-Croix loc. cit. §. 3. ob plures rationes, quas ibidem assignat, quæ videri possumunt, si libet.

## ARTICULUS II.

*De Horis Canonicis.*

PURIFICATIO B. M. V. dupl. z. 9. class. Rubr. gen. Brev. tit. g. n. 6. & in duab. tabell. excerpt. ex Rubric. gen. Brev. Officium ut in propr. & parvo B. V. In fine hymnor. Iesu tibi. Qui natus es, in R. br. ad Primam: Qui natus es de M. V. In z. Vesperis Commemor. sequ. Festi simplicis S. Blasii Ep. & M. Of. Deus, qui nos, de comuni unius M. P. 2. loco.

Post Purificationem, id est a fine Completorii illius dies 2. Februarii inclusive: etiam quando transfertur Festum Purificationis B. M. Virginis: usque ad Feriam quintam in Cœna Domini exclusive Antiphona: Ave Regina Coelorum. ¶. Dignare me. R. Da mihi virtutem. Or. Conce de misericors Deus. Rubr. Brev. in Antiphon. final. Cohærent Decreta S. Con-

S. Ong. Rit. In fine Completorii Purificationis B. M. dicitur Antiphona: Ave Regina Cœlorum. S. R. C. 27. Julii 1624. in una Urbis, apud Caval. to. 2. c. 40. d. 2. Ocurrente Feste Purificationis B. M. V. in Dominicis Septuagesimæ, vel similibus aliis privilegiatis, ita ut illius Officium ex hoc contingat transferri, non est ob id protrahenda etiam recessio Antiphona: Alma Redemptoris: sed die 2. Febr. post Completorium, illa dimissa, sumenda est Antiphona Ave Regina Cœlorum, sublato quotibet afferto, disformis quacumque Ecclesiarum usu, sive consuetudine, & ita ab omnibus, qui Romano Breviario utuntur, pariformiter servari mandavit. S. R. C. 11. Januar. 1681. in una Urbis, & Orbis apud Caval. l. cit. d. 3.

Quæstum fuit: utrum Antiphona B. V. M. Ave Regina &c. semper dicte debet die 2. Februarii etiam si Fester Purificationis transferatur, vel habeat Octavam? & ad utrumque responsum fuit affirmative juncta Decretum S. C. emanatum die 1. I. Januarii 1681. Ita S. R. C. 10. Januar. 1693. in una Galliarum apud Caval. in cit. Decri. 3. n. 2. Quæ Decreta eadem S. R. C. confirmavit 4. Aprilis 1703. in Lycien. apud Caval. l. cit. n. 3. Confer Merat. tom. 2. Sect. 5. c. 22. n. 2.

Rite Antiphonia Alma Redemptoris exspirat die 2. Februarii, etiamsi ocurrat transferri Purificationis Officium; praefata enim Antiphona recitari præscripta fuit pro tempore partus, & puerperii Deiparae Virginis, quod die quadragesima a patre, adeoque die 2. Februarii exspirat; ut observat Caval. in cit. d. 3. n. 3. fine. Initium vero Antiphone Ave

Regina Cœlorum, Completorio dies 2. Februar. & non Laudibus dies 3. consignatum fuisse, ut solemnius inchoaretur, ait Gavant. quem laudat Caval. in cit. d. 2. fine.

Galliarum Diœceses plurimæ, ut Rothomagensis, Parisiensis, Aurelianensis &c. in usu habent, de Feste Purificationis agere etiam in occasu Dominicarum 2. class. ut refert Caval. to. 2. par. 2. c. 41. in d. 10. n. 1. Id autem fieri, Romanæ Rubricæ minime permittunt, ex quibus, si Festum Purificationis venerit in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, vel Quinquagesimæ, transfertur quoad Officium, & Missam; Rubr. gen. Brev. tit. 4. n. 1. & tit. 10. num. 2. confer dicenda tr. 2. lib. 3. par. 1. c. 1. num. 5. Nisi sit in Ecclesia sub Titulo Purificationis B. V. in qua non transfertur, sed celebratur sub ritu dupl. 1. class. cum Commemoratione Dominicæ. Rubr. cit. D. S. C. R. 25. Januarii 1603., & 9. August. 1681., apud Caval. tom. 2. c. 30. d. 12. & c. 41. d. 10. n. 11. & Gavant. in Rubr. Miss. par. 4. vit. 14. lit. B.

Quando Fester Purificationis occurrit in aliqua Dominica secunda Clas- sis, ejus Officium transferendum est in Feriam secundam immediate sequen- tem, quatenus impeditam, translato ab ea quocumque alio Feste, ne con- tinuatio mysterii Dominicæ Incarnationis, die protrahatur. S. R. C. 7. Maij 1746. in Versavien. apud Caval. tom. 2. in Append. ad c. 30. d. 2. Dicitur: translato ab ea quo- cumque alio Feste: intellige, dummodo non sit altioris ritus, que- madmodum explicatur in alio po- steriore Decreto; cum enim ruffus quæ-

quæsitum fuisset a S. C. An quando Festum Purificationis B. M. V. occurrit in Dominica privilegiata, ejus Officium transferri debeat in Feriam secundam immediate sequentem; an in primam diem non impeditam Festo dupliti, vel semiduplici? Responsum fuit: Quando bujusmodi casus intervenierit, Officium Purificationis esse transferendum in Feriam secundam immediate sequentem, quocumque Festo etiam equalis, non tamen altioris ritus in eam incidente. S. R. C. 20. Julii 1748. in una Urbis, & Orbis apud Caval. loc. cit. d. 3. Videri etiam potest Merat. Indic. Decret. Brev. num. 327. Vigore hujusmodi Decretorum Festum Purificationis donatyr privilegio immutationis accidentariæ, ut animadvertis Caval. in allegatum Decretum 3. initio; ex eodem anno to. 1. c. 12. n. 1. Festa, quæ accidentario immutantur, in die sua immutationis se habent ut currentia, & ab eo depellunt quicumque Officia translatæ cujuslibet existant classis, quinquo & currentia, si altioris haec non sunt ritus, aut dignitatis. Ita ille. Igitur si contingat Festum Purificationis a Dominica privilegiata, vel Festo qualibet altioris ritus a die proprio excludi, debet reponi in die immediate sequenti, cum translatione cujuslibet Festi, quod in ea occurreret, nisi hoc foret altioris ritus, quo in casu retineretur Festum, cum ulteriori protractione Purificationis.

Si autem aliqui occurreret Festum equalis quidem titus, sed majoris dignitatis, puta aliquod Festum Domini; non excluderetur a Purificationis Festo, si hoc simpliciter inspiceretur tamquam Festum fidei B. Virginis; verum, quia fe-

cundum dicta art. 1. qu. 2. Festum Purificationis æque est Festum ipsius Domini: ideo si in die, in qua reponendum est Officium Purificationis, alicubi occurreret aliquod Festum Domini ejusdem ritus; recitandum foret de Purificatione, ulterius translato occurrenti illo altero Festo Domini; vide dicenda in simili pro Festo Annuntiat. 25. Marchi artic. 2. Se&t. 1. n. 24.

Quando autem Purificatio reponi non valet in assignata die, puta in immediate sequenti Feria secunda, ob Festum occurrentis altioris ritus; an tunc reponi debeat in alia immediate sequenti die, puta in Feria tertia, cum simili jure, ac privilegio excludendi Festum occurrentis in illa? Negat Caval. in cit. d. 3. post initium, eo quod S. R. C. in Decretis supra allegatis, etiam demandaverit translationem Purificationis in praedictam Feriam secundam immediate sequentem non occupatam Festo altioris titus: non providit tamen similiter pro casu, quo praedicta Feria fuerit occupata Festo altioris titus; & licet casum proculdubio animadverterit, non mandavit, ut Purificatio, Feria secunda impedita, reponeretur similiter in Feria tertia immediate sequenti. Ergo signum est, quod in hoc ulteriori impedimento reliquerit Purificationis Festum generalibus Rubricarum legibus: adesque reponendum in prima die non impedita, cum privilegio (fortasse) tamen prioris repositionis relate ad alia translatæ, saltem quando alias transferri deberet intra Quadragesimam, cum qua servat incongruitatem aliquam: eo nimisrum quia in hoc mysterio inspicitur Jesus, ut

pu-

puer 40. dictum ; at vero in Quadragesima recolitur jejuniu[m], quod ipse jam Vir plurius annorum peregit ; & fortasse, quando etiam intra Quadragesimam invehenda non esset, si attendatur ratio, ob quam Decretum superius allegatum Purificationem donat in sequenti die privilegio accidentarie immunitationis, nempe ne continuatio Mysterii Dominicæ Incarnationis die prostratur. Ita Caval. Qui etiam monet ibidem : in Calendariis locorum relinquendam esse vacuam diem tertiam Februarii, ne in casu, quo debeat a secunda die Febr. transferri in immediate sequentem diem tertiam, excludatur a Festo altioris ritus, vel necesse sit amoveri occurrens Festum ritus inferioris. Profecto etiam antequam Purificationis festum donatum fuerit privilegio superdicto immunitationis accidentarie in casu prefato in diem tertium Febr. cum exclusione cuiuslibet Festi, etiam aequalis ritus occurrenti ; ediderat S. C. Decretum tenoris hujusmodi : *Dies tertia Februarii non paterat assignari alicui Sancta duplice, vel semiduplici; tempore tractata pro ejus certa, & perpetua sede.* S. R. C. 9. Augusti 1681. in Bergomensi apud Caval. to. 2. c. 30. d. 13. Quod si alicubi dies 3. Februar. sit impedita Festo altioris ritus, vult Caval. in supr. cit. d. 3. ut ab assignatione Festorum immunis remaneat dies quarta subsequens, ubi S. Andreas Corfinius, qui extra diem natalitium in Calendario Romano colitur, die altero in legitimo particularium Ecclesiarum usu celebratur ; fin autem dies alia Februarii, ut consuli valeat repositioni Purificationis ante Quadragesimam, vel

salem ut, quo faci possit, minime intra Quadragesimam celebretur ob predictas rationes.

In illo casu, quo Purificationis Officium, ob occurrencem Dominicæ privilegiata, transferetur in feriam secundam immediate sequentem ; in primis Vesperis de Purificatione fit commemorationis precedens Dominicæ tantum, & non fit commemorationis sequentis Festi simplicis S. Blasii ; sed de eo fit commemorationis in Laudibus tantum, & Missa privata, juxta rubricas generales. In quilibet vero diem haec solemnitas transferatur, non sine in oratione mutanda illa verba : *hodierna die*, vide 17. Septembr. n. 6.

*Clerici Regulares Congregationis Theatinorum possunt quotannis die 2. Februarii Officium de B. M. V. recitare cum Octava. Ex Clem. X. Constit. data 20. Augusti 1671. apud Caval. to. 2. c. 30. d. 11. Sed etiam in hoc casu, dicendam esse Antiph. final. Ave Regina, a fine Completor. hujus diei : habebit superius n. 9. Confer Merat. to. 2. Sect. 5. c. 22. n. 2.*

Post Purificationem, quando recitanda sunt Suffragia, pro Sancta Maria, dicitur V. *Ora pro nobis*; Or. *Concede nos*. Rubr. Brev. ubi de Suffr. Cum sonendum statutum fuerat, Officium Purificationis in casu occurrentia alicujus Dominicæ 2. cl. transferendum esse in Feriam secundam immediate sequentem, non impeditam Festo occurrenti altioris ritus, ut supra dictum est ; declaraverat S. R. C. quod, quando Festum Purificationis B. M. V. non celebraretur die 2. Februar. sed translatum fuisset ejus Officium post aliquam Dominicam, vel post Festum semi-

semiduplex, vel simplex: in Suffragiis debuisset dici V. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix, cum Or. Concede nos famulos tuos; & in Missa 2. Orat. A cunctis. 3. ad libitum. Ita S. R. C. 44. Febr. 1705. in una Ord. Cappuccinorum Galliae; apud Merat Ind. Decret. Miss. n. 588. & part. 1. tit. 9. n. 4. & apud Caval. to. 1. c. 10. d. 2. qui idem habet tr. 2. c. 40. in d. 3. ubi etiam animadvertisit: id ipsum dicendum esse de Officio parvo B. M. Virginis, ac de Missa ejusdem Votiva; quae statim mutari debebunt in Officium, & Missam, quae post Purificationem dici prescribuntur; cum ea omnia, quae ad puerperium spectant, die 2. Februarii debeant exspirare, conformiter ad superius allegata Decreta Articuli hujus initio. Consonat Merat. to. 2. Sect. 9. c. 1. n. 4.

### ARTICULUS III.

*De solemnis Benedictione, ac distribuzione Cereorum, & subsequenti Processione.*

#### §. I.

*De Casu, quo Festum Purificationis coincidat cum Dominica Privilegia-  
ta, aut Feste altioris ritus.*

¶ 4 VN Festo Purificationis B. M. V. quotannis consueverunt cerei, & candele Ecclesiasticis ritibus benedici, distribuique fidelibus, in ipsa Ecclesia; & iisdem ecclesiis, solemnis instituitur supplicatio, sive Processio. Nota ergo: Si hoc Festum venierit in Dominicis Septuagesima, Sexagesima, vel Quinquagesima; fit tantum benedictio & distributio can-

dearum, & Processio; & Missa dici tur de Dominica: Missa vero Festi transfertur in sequentem diem. Rubr. Miss. hic. Idipsum servandum est, ubi occurrat Festum altioris ritus; nimisrum & Missa Purificationis iam diem est transferenda, juxta regulas datas art. præc. de ejusdem Officio; & retinenda benedictio candelarum conformiter ad recitatam Rubricam: quemadmodum docet Guyetus, quem laudat Caval. tom. 4 c. 12. Comment. in Decr. 19. nu. 5. An autem sit transferenda benedictio candelarum, saltem ubi loci obtinuerit usus, simul cum Purificationis Officio Festivitatem publicam quoque transferre? Affirmat idem Guyetus, & ad affirmandum etiam inclinat Caval. loc. cit. qui videri potest.

Occurrente Purificatione in Do minica, ante benedictionem candelarum facienda est Benedictio, & Aspersio aquæ benedictæ, ut etiam in Benedictione Palmarum Rubrica prescribit: animadvertisque Gavantus in Rubr. Miss. part. 4. tit. 14. n. 3. & Caval. l. cit. nu. 7. id intelligi pro Ecclesiis, in quibus hujusmodi Aspersio aquæ est facienda; videri possunt dicta lib. 2. part. 2. c. 1. de Dominica art. 3. Adhibetur stola coloris violacei, qualem subsequens exposcit benedictio candelarum Caval. l. cit.

Sub finem igitur Tertiæ super Pallium coloris Officio convenientis, quatenus violaceum jam non sit, ponetur pallium aliud violaceum, & in stola, & pluviali violacei coloris Sacerdos de more accedit ad Altare; ubi etiam juxta solitum faciet Aspersiōnem aquæ benedictæ, qua completa per Orationem Exaudi;

et; ad altare ascendit, illoque osculato in medio, perget ad cornu Epistolæ, ubi de more incipit, & perficit, ut infra explicabitur, benedictionem, & processionem Candelarum.

Si occurrente Festo Purificationis in Dominica privilegiata, puta Septuagesimæ, aut Festo altioris ritus, cum transferri debet Officium, & Missa Purificationis; dicatur tamen præter Missam Conventualem Missa solemnis Votiva de Purificatione, puta ob concursum populi ad celebrandum Festum Purificationis, ut Rubrica permittit; eo casu benedictio, & aspersio aquæ peragenda est ante Missam Conventualem Dominicæ, vel occurrentis Festi altioris ritus, ubi onus hujusmodi urget; benedictio autem, & distributio, atque Processio Candelarum ante Missam Purificationis, ad quam habet connexionem plurimam hujusmodi functio hodierna, quæ quidem Missa Votiva est celebranda post Nonam, celebrata post Tertiam Missa Conventuali de Dominica privilegiata, seu Festo altioris ritus occurrente; vid. Caval. in cit. d. 19. nu. 10. Quod si Rubrica, ut statim dicemus, præscribit benedictionem Candelarum fieri post Tertiam: ea disponere creditur de communi casu, unius videlicet tantummodo Missæ currentis Officii. Ubi vero non urget onus Missarum Conventionalium, omitti poterit Missa solemnis Officii, & cantari solummodo Missa Purificationis; quam tunc post Tertiam, præmissa benedictione Candelarum, & adhuc Aquæ, si simul sit Dominica, fieri posse, non refragatur Caval. cit. n. 10. fine, quoties concursus populi, ob quem

TOM. II.

Missa canitur, id videatur exposcere.

### §. II.

*De preparandis ad Benedictionem Candelarum, & accessu Ministerorum ad ipsam.*

**T**INITIA Tertia, Sacerdos indutus pluviali violaceo, vel sine Casula, cum Ministeri similiter indutis procedit ad benedicendum candelas in medio ante Altare, vel ad cornu Epistolæ positas: Et ipse ibidem stans, versus ad Altare, dicit in tono orationis Missæ ferialis: Dominus vobiscum &c.)

Hodie ultra Creditam, in qua præter consueta pro Missa solemnni, ponitur lanx cum medulla panis, & buccale cum pelvica, & manutergio pro lavandis, & extergendis manibus post distributionem candelarum, vas aquæ benedictæ, & thuribulum cum navicula, atque Ritualia, seu libri processionales; paratur quoque in plano prope cornu Epistolæ alia mensa, mappa munda cooperata, super quam collocantur Candelæ ceræ albæ benedicendæ, quæ pulchro linteo teguntur. Porro licet Rubrica liberum faciat, candelas benedioendas ponere in medio ante Altare, vel ad cornu Epistolæ: commodius tamen esse videtur, si super mensam prædictam ad cornu Epistolæ collocentur. Quod si candelæ sint in parvo numero, tolerari fortasse poterit, ( ait Caval. comm. in Decr. 16. nu. 4. ) nonnullarum Ecclesiarum minorum usus ponendi candelas benedioendas super Altare. Nullibi tamen in hodierna sacra functione benedicendæ sunt Candelæ, dum laicorum manibus té-

S nean-

neantur, sed præfato constituto loco positiæ, ut monet Concil. Mediolan. provinc. 3. tit. de Sacramental. & Sacrament. in gen. Ex parte Epistolæ in loco solito collocatur itidem Crux processionalis. Circa finem Tertiæ super pallium coloris Officio convenientis ponitur pallium aliud violaceum, ( quatemus violaceum jam non sit ob occurrentem Dominicam privilegiatam, ut §. præced. diximus ) & simili Conopæo vestitur Tabernaculum, super Conopæo coloris Officii posito ita, ut facile ante Missam dimoveri queat. Non est autem necesse, ab illo amoveri SS. Sacramentum, si custodiatur in eo, licet eo casu facienda deinde sint a Celebrante genuflexiones ex Cæremoniali præscriptæ. Sex candelæ Altaris accenduntur circa finem ejusdem Tertiæ.

<sup>17</sup> Expleta Tertia, e Sacraria exeunt, & ad Altare accedunt Sacerdos indutus Alba, stola, & pluviali violaceo; Diaconus Alba, stola Diaconali, & planeta plicata, similiter violacea; & Subdiaconus Alba, & planeta plicata ejusdem coloris, omnes sine manipulis, teeto capite: præcedit thuriferarius sine thuribulo, junctis manibus, nudo capite, habens a sinistris alium Acolythum similiter incidentem, qui suo tempore inserviet de vase Aquæ benedictæ. Sequuntur Ceroferarii deferentes candelabra cum candelis accensis; deinde Cæremoniarius etiam nudo capite, & junctis manibus; sed hic incedere potest omnium primus, maxime ubi est concursus plurimus, ut cum baculo viam paret sequenti Clero; omnium ultimus procedit Celebrans medius inter sacros Ministros, elevantes fimbrias anteriores

pluvialis manu proximiori, altera infra peſtus admota. Quod si Celebrans in stola sine pluviali functionem peragat; tunc etiam sacri Ministri abstinebunt planetis plicatis, & incident unus post alium, manibus junctis, & teeto capite. Porro Celebrans pluviali utitur in benedictionibus, quæ fiunt in Altari; ex Rubr. gen. Miss. tit. 19. nu. 3. & cum Celebrans utitur pluviali, semper deponit manipulum, ex Rubr. cit. num. 4. At ubi pluviale haberi non potest, Celebrans stet sine planeta, cum Alba, & stola, ex Rubr. cit. n. 4. & sine manipulo, ut volunt Auditores apud Caval. to. 4. c. 12. Comment. in Decret. 26. n. 10.

In benedictione Candelarum, & <sup>18</sup> in sequenti Procesione color paramentorum violaceus, ex Rubr. gen. Miss. tit. 18. num. 5. pro eo quod Officium hoc est de anxia exspectatione Redemptionis Israel, quam habuit Simeon, & sapit vetus Testamentum, ut inquit Durandus in Ration. Offic. lib. 3. c. 18. nu. 9. fine. Profecto tempus veteris testamenti erat mœroris, & luctus; tunc enim genus humanum sub jugo Diaboli premebatur; congruit ergo color violaceus, qui livorem, & pallore corporis imitatur, & quasi demonstrat, nec non animi tristitiam indicat, ac mœrorem; vid. dicenda 23. hujus n. 19. Dicit etiam Gavantus in Rubr. Miss. par. 1. lit. t. coloris violacei ad hujusmodi benedictionem adhibiti rationem fortasse esse posse prophetiam Simeonis ad Matrem Christi, cum ait: *O tuam ip̄sus animam pertransibit gladius.* Luc. 2. 35.

Sacerdos & Ministri, ut ad Altare veniunt, deponunt de more bi-

re-

seta , & Ceroferarii candelabra super credentiam ; Celebrans medius inter sacros ministros accedit ad Altare , quo osculato in medio , vadit ad cornu Epistolæ ; etsi enim Rubrica Celebranti faciat libensem stare vel in medio Altaris , vel ad cornu Epistolæ , dum benedicit Candelas : cum tamen Candelæ , ut supra diximus , commodius ponantur super mensam in plano ex parte Epistolæ positam , consultius apparet , quod Sacerdos stet in cornu Epistolæ . Ubi autem in minoribus Ecclesiis usus sit , Candelas benedicendas in parvo numero collocare super Altare : tunc quidem Sacerdos in medio stans , benedicat Candelas super Altare ex parte Epistolæ collocatas . Igitur Celebrans medius inter sacros Ministros , ( ita tamen ut Sacri Ministri aliquantulum distent ab Altari ) manibus non extensis , sed junctis , incipit in tono Feriali : *Dominus vobiscum* ; non vertens se ad populum . & sequentes orationes recitat manibus item junctis . Porro ex Gavanto in Rubr. Miss. par. 2. tit. 13. nu. 4. lit. O extra Missam dicuntur semper Orationes manibus junctis ; ille namque ritus est Missarum proprius , extendendi scilicet manus : nisi aliter notetur , ut in Fer. VI. in Parasceve videbimus Subs. 5. §. 7. & in Sab. Sancto Subs. 3. §. 5. Sacerdos , dum dicit : *Oremus* ; vel profert nomen *Iesu* , vertit se ad Crucem , ( semper tamen junctis manibus : ) & caput inclinat . Ubi autem in oratione reperit hoc signum  $\ddagger$  Celebrans manu dextera benedicat Candelas , super illas producendo signum Crucis , sinistra super Altare posita , & Diaconus a dextris elevat fimbriam anteriorem pluvialis ,

ut Celebrans dexteram libere movere possit : & nota , quod *Modus benedicendi* alios , vel rem aliquam , debet esse cum manu recta , & digitis simili junctis , & extensis . S. R. C. 24. Julii 1683. in Albiganen. apud Merat. Ind. Decr. Miss. num. 732. Interim vero iii de Choro stant versus Altare nudo capite , inclinantes se ad nomen *Iesu* , & respondentes Celebranti , quando opus est . Dum autem Celebrans dicit ultimas orationes , præsto erit thuriferarius cum thuribulo , in quo tempestive positi sint carbones ardentes , & alter Acolythus cum vase Aqua benedictæ .

### §. III.

#### *De ritu Benedictionis Candelarum.*

**F**INITIS Orationibus , Celebrans posuit incensum in thuribulum , deinde ter aspergit candelas aqua benedicta , dicendo Antiphonam : Asperges me : sine cantu , & sine Psalmo : & ter adolet incenso . Rubr. Miss. hic . Finitis orationibus Celebrans , Diacono ministrante naviculam cum solitis osculis , ponit incensum in thuribulum , illud benedicens per verba : *Ab illo benedicaris* &c. , more folito ; quo facto recedit Navicularius navicula accepta , quam super credentiam collocat , & accedit Acolythus cum Aqua benedicta , qui sine osculis Aspersorium porrigit Diacono , & hic illud dat Celebranti cum osculo Aspersori , & manus ipsius Celebrantis , qui dicens remissiori voce : *Asperges me* , sine Psalmo , ter aspergit Candelas , in medio scilicet , a dexteris earumdem candelarum , ( non suipius Celebrantis : ) & a sinistris earumdem

Candelarum . Deinde more solito per Diaconum redditio aspersorio Acolytha , qui cum vase aquæ benedictæ super credentiam illud collocat , idem Diaconus a thuriferario eadem prorsus ratione accipit thuribulum , illudque dat Celebranti , qui ter incensat Candelas eodem modo , quo aspergit , nihil tamen dicens . Quibus incensatis , Diaconus eum solitis osculis a Celebrante recipit thuribulum , illudque tradit Thuriferario , qui illud recipit sine osculis , atque collocat in loco congruo .

In minoribus Ecclesiis , ubi fit Benedictio sine Ministris sacris , Acolythus elevat anteriorem partem pluvialis , dum Sacerdos format signum Crucis super Candelas ; & Acolythis item ministrantibus , idem Sacerdos asperget , & incenset easdem .

## §. IV.

*De Distributione Candelarum .*

21 **T**UM dignior ex Clero accedit ad Altare , & ab eo Celebrans accipit candelam , non genuflexiens , nec osculans manum illius . Postea Celebrans stans in medio ante Altare versus ad populum , distribuit Candelas , primum Digniori , a quo ipse accepit : deinde Diacono , & Subdiacono paratis , & aliis Clericis singulatim per ordinem , ultimo Laicis : omnibus genuflexentibus , Candelam , & manum Celebrantis osculantibus , exceptis Prelatis , si adsint . Et cum inceperit distribuere Candelas , a Choro cantatur Antiphona &c. Rubric. Miss. hic . Huc etiam facit sequens Decretum : Celebrans , qui Cineres distribuit , Candelas , & Ramos , detecto capite fet . S. R. C. 18. Julii 1626. in Pientina , apud Caval. 10. c. 12. d. 9.

Ad differentiam dignitatis Episcopalis : unde Sacerdos , etiamsi sit Dignitas , vel Canonicus , absente , vel impedito Episcopo , distribuens Palmas , juxta Decretum 18. Julii 1626. stare debet capite detecto . S. R. C. 31. Martii 1629. in Pientina , apud Caval. 1. cit. d. 10. In hoc decreto fit mentio tantum Palmarum , sed quoniam citatur Decretum modo ante allegatum datum 18. Julii 1626. , quod exprimit etiam Candelas ; dicendum , quod hoc Decretum , licet non exprimat Candelas , tamen etiam in illarum distributione praecipiat facere , quod pro Palmis : nimirum quod stare beat capite detecto Sacerdos distribuens Candelas , etiamsi sit Dignitas , vel Canonicus . Cæterum Candelas , Cineres , Palmae distribuuntur stando cum Mitra in capite , ab eo , qui privilegium habet eam gestandi . S. R. C. 18. Febr. 1650. in Lucana , apud Merat. 10. p. 4. tit. 6. n. 14.

Dignior Sacerdos , ad quem spectat Candelam , Cineres , & Palmam Sacerdosi celebranti in die Purificationis , in Feria IV. Cinerum , & in Domnicka Palmarum ministrare , debet ab eodemmet Celebrante supradicta accipere stans , non vero flexis genibus . S. R. C. 30. Augusti 1664. in Surtrina , apud Caval. 1. cit. d. 7. Decretum hoc disponit de Ecclesiis Cathedralibus , in quibus cum praedictus Dignior semper sit unus ex Canoniciis , juxta Ceremoniale Episcoporum lib. 2. c. 17. stans , & solium inclinatus , praedicta recipit cum osculo solius Candelæ , & Palmæ , non manus Celebrantis , Caval. loc. cit. num. 2. & Merat. Ind. Decr. Miss. n. 90. fine , & n. 421. & 10. I. par. 4. tit. 6. n. 16. & tit. 14. n. 14. fine . Id ipsum ex Caval. 1. cit.

cit. n. 2. Merat. cit. tit. 6. n. 17. dicendum de Canonicis Collegiatarum, seclusa consuetudine in contrarium, juxta Decretum S. R. C. 11. Iulii 1739. in *Neritonem*. in ope-  
re Merati in 2. Append. Decret.  
Mits. n. 837. quod videlicet Cano-  
nicos Collegiatarum, tamquam per-  
sonas graduatas, & quasi in digni-  
tate constitutas qualificat, eosque  
ad instar Canonicorum Cathedra-  
lium, quoad genuflexendum, vel  
inclinandum Episcopo, & Altari,  
considerandos esse definit, seclusa  
consuetudine in contrarium. Ben-  
eficiati vero, & Mansionarii, ad dif-  
ferentiam Canonicorum, etiam in  
Cathedralibus recipiunt praedita ge-  
nusflexi, & osculantur manum Ce-  
lebrantis, porrigentis Candelas, &  
Palmas, juxta præscriptum Cærem.  
I. cit. quemadmodum cæteri extra  
Ecclesiæ Cathedrales, & Collegia-  
tas, quos afficit sequens Decretum:  
*Dignior e Clero, a quo Celebrans in*  
*die Purificationis, Cinerum, & Pal-*  
*marum, recipit Candelas Cineres, &*  
*Palmam, debet accedere ad Altare si-*  
*ne stola, & genuflexus sicut alii, re-*  
*cipere Candelam, Cineres, Palmam a*  
*Celebrante, & osculari manum Cele-*  
*brantis, porrigentis Candelam, & Pal-*  
*marum. Si R. C. 14 Februar. 1705.*  
*in una Cappuccin. Gallia. Apud Ca-*  
*val. cit. c. 12. d. 8. Igitur extra*  
*Cathedrales, & Collegias, quilibet de*  
*Clero, etiam dignior, juxta Rubricam,*  
*genusflexus recipit Can-*  
*delam, & Palmam, ac Celebrantis*  
*manum osculatur, exceptis Præla-*  
*tis: quorum nomine hic comprehendi*  
*posse videntur etiam Superiorès*  
*locales Religionum; an autem ex-*  
*cipi item possint Superiorès Ecclesiæ*  
*illius, in qua benedictiones hujus-*

modi celebrantur? Vid. Caval. supr.  
cit. d. 7. n. 3. Merat. cit. n. 17.

*Cum Episcopus benedic Cineres, 23*  
debet Celebrans imponere cineres Epis-  
copo. Quæritur, an id servari debeat  
in die Candelarum, & Palmerum?  
Responsum fuit: servetur Cæmoniale  
in cap. 16. de Feste Purif. & in e.  
21. De Dominica Palmer. S. R. C.  
12. Iunii 1627. in Brundufina apud  
Caval. h. cit. d. 13. Probatur ergo  
hoc Decreto, Cineres Episcopo a  
Celebrante ministrari debere, at  
quantum attinet ad Candelam, &  
Palmam, servari mandatur Cæ-  
moniale Episcoporum lib. 2. c. 16.  
& 21. ubi disertis verbis præscri-  
ptum manet, quod Episcopo a di-  
gniori Canonicō, & non a Cele-  
brante, seu ab eo, qui Missam post  
Procesionem celebrare debet, dis-  
pensantur, qui benedictionis tempo-  
re potest abesse; vid. Caval. com-  
ment. in Decr. 11. n. 2. & 3. Et  
quamvis apud Merat. ind. decre-  
Mits. num. 742. legatur Decretum  
quoddam S. R. C. sic descriptum:  
*Dum Episcopus distribuit Candelas,*  
*Cineres, Palmas, Celebrans, & Mi-*  
*nistri debent sedere capitibus coopertis.*  
S. R. C. 28. April. 1708. in Bra-  
charen., ex quo Decreto colligitur  
præfontia Celebrantis, dum Episco-  
pus distribuit Candelas &c. at vero  
Cavalerius animadvertisit, errorem si-  
ne dubio irrepsisse in hujusmodi exa-  
ratione Decreti, illudque sic esse  
legendum: *Dum Episcopus distribuit*  
*Cineres, Celebrans & Ministri debent*  
*sedere capitibus coopertis.* Caval. loc.  
cit. d. 14. atque adeo nullam in-  
so fieri mentionem Candelarum, at-  
que Palmerum. Quod si Celebrans,  
& Ministri interessent benedictioni  
Cæreorum, & Ramorum; concedit

Ca-

Caval. I. cit. n. 3. non ad primam Dignitatem, sed ad Celebrantem spectare, easdem Episcopo tradere, quemadmodum ad Celebrantem spe&at Cinerum Ministratio. Et ideo puto, illud idem Decretum in *Brundusina* & nobis descriptum, prout traditur a Cavalerio, aliter tamen referri a Merato in suo ind. Decret. Miss. n. 211. nimurum sic: *Cum Episcopus benedit Cineres, debet Celebrans imponere Cineres eidem Episcopo. Et idem servari debet in die candelarum, & Palmarum juxta Cæmoniale lib. 1. in cap. de Festo Purificationis, & de Dominica Palmarum. S. R. C. 12. Junii 1627. in Brundusina. Itaque saltem absente Celebrante, Prima Dignitas dat tandem Episcopo in Festo Purificationis B. M. V. & Episcopus det statim prime Dignitati ante Vicarium Generalem. S. R. C. 14. Junii 1608., & 28. Maii 1616. apud Caval. loc. cit. d. 11.*

Quando Candelas, aut Palmas distribuit Episcopus, tunc dignior Canonicus juxta Cæmoniale Episcoporum lib. 2. c. 16. & 21. pluviali indutus, accipit de manu Sacristæ, sive Camerarii Candelam, aut Palmam pulchre ornatam, & cum debita reverentia illam osculatam, stans, dat in manu Episcopi, quam pariter osculatur. Ipse vero dignior Canonicus adhuc stans, primus omnium ab eodem recipit Episcopo Candelam, aut palmam, hanc osculando, & simul manum Episcopi porrigentis; & postea succedunt alii Canonici parati, ac reliqui secundum ordinem a Cæmoniali praescriptum in acceptione Candelæ, aut palmæ. Verum cum idem Cæmoniale cit. c. 16. subdat: *Sed Cano-*

*nici parati non genuflectunt ante Episcopum, quando capiunt candelas, sed tantum profunde inclinant: ex exceptionis regula eritur, quod quicumque alii, etiam Canonici, non parati, genuflectere debeant ante Episcopum, quando capiunt Candelas, aut palmas cum osculis Candelæ, vel palmæ, & manus Episcopi porrigitur.*

*Affidentia ratio non habetur in receptione Cinerum, Candelarum, & Palmarum, sed quilibet debet accedere secundum prærogativam sui ordinis.* S. R. C. 23. Maii 1603. in *Nolana*, apud Caval. I. cit. d. 15. Ubi in Ecclesiis non Cathedralibus, & Collegiatis post dignorem de Clero recipiunt Cineres, Candelas, & Palmas Ministri sacri parati: sic statuente Rubrica Missal., ubi agit de hujusmodi benedictionibus. Non sic est in Ecclesiis Cathedralibus; & Collegiatis, in quibus, si sacri Ministri sint Canonici, debent quidem recipere immediate post præfatum dignorem, & ante alios Canonicos; at quoties Ministri non forent Canonici, sed Beneficiati, aut Mansionarii, tunc post dignorem prius excipiunt Canonici omnes, quamvis non sint parati; & post eos succedunt Ministri sacri, nulla habitatione, quod ministrent parati, sicut statuit cæmoniale Episcoporum lib. 2. c. 19. Attamen animadvertis Meratus to. I. par. 4. tit. 6. n. 16. fine, Diaconum, & Subdiaconum semper quantum fieri potest, esse debere ejusdem ordinis cum Celebrante, & non inferioris, contraaria consuetudine non obstante, juxta decretum editum. S. R. C. 8. & 22. Martii 1631. in *Syponina Montis Gargani*, in quo statuitur, quod

quod Dignitate , vel Canonico solemniter Celebrante ( Missam ; & nota , quod absente Episcopo , Sacerdos , qui benedicit candelas , cines- res , palmas , cantare debet Missam sequentem , uti notabimus infra nu. 43. fine ) Canonici pariter pro Dia- cono , & Subdiacono , non alii in- fieriores inservire debent , non ob- stante contraria consuetudine .

25 In Processionibus Praeposito Cathe- dralis debetur candela majoris ponde- ris , & in distributione palmarum di- stincta , & honoratior palma , quam ca- teris de Capitulo . S. R. C. 21. A- pril. 1736. in Anagnina ; apud Ca- val. l. cit. d. 16. Inde eruitur , idipsum præstandum esse erga quemlibet Superiorem Ecclesiæ , qui cum prælationem Ecclesiæ teneat , æquum etiam est , in honorificentiis fecer- natur a cæteris , quemadmodum & Canonici a Beneficiatis , & Mansio- nariis ; populo autem distribuuntur minutiores . Caval. l. cit. fine . Red- dite ergo omnibus debita . . . . cui bonorem , bonorem ; ait Apost. ad Rom. 13. 7.

26 In Festo Purificationis B. M. V. non distribuantur nisi præsentibus in Eccle- sia candele benedictæ , & ad ægrotos tantum mittantur . S. C. Episcop. 1581. apud Caval. loc. cit. d. 17. Candela in die Purificationis distribui tantum debent præsentibus , nullatenus absentibus , & ne quidem Episcopo . S. C. Concil. 22. Septembr. 1736. & 9. Febr. 1737. Apud Caval. loc. cit. d. 18. Sed quoad Episcopum , eadem S. C. Concil. interrogata : An Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Bi- sacciensis teneatur dare in festivitate Purificationis B. M. Virginis Cereum Episcopo absenti ? R. Affirmative . 15. Martii 1738. in una Bisacciarum ,

apud Lue. Ferrar. in sua Bibl. to. 8. edit. 3. Bonon. in prim. append. pag. 201. col. 1.

Candelæ melius distribuuntur ex- 27 tinctoræ , & accenduntur post distri- butionem , ne accidat macula ex- fluenti cera supra vestem Celebra- tis . Vid. Caval. in cit. d. 17. n. 6.

Igitur completa , ut supra , bene- 28 dictione Candelarum , Celebrans ac- cedit ad medium Altaris , Diacono & Subdiacono hinc inde comitanti- bus , & facta mediocri inclinatione Crucis , vertit se ad populum una cum sacris Ministris , Diacono re- manente a latere Epistolæ , & Sub- diacono a latere Evangelii , qui sta- bunt toto distributionis tempore in medio suppedanei , paululum tamen remoti ab ora illius ; ut , qui ac- cepturi sunt candelas , commode su- per eam genuflexere valeant : si au- tem suppedaneum sit valde angu- stum ; tunc hi super secundum gra- dum genuflexi , candelas accipient ; Celebrans autem stat nudo capite , & renibus ad Altare versis inter Sub- diaconum , qui a dextris ejus plu- viale sustinet : & Diaconum , qui a sinistris Candelas ab Acolytha ac- ceptas , osculatas prius , tradit distri- buendas .

Tum dignior de Choro in suo habitu Chorali , sine stola , pergit ad Altare , & ante infimum Altaris gradum facta genuflexione unico ge- nu Crucis , & Celebranti profunda reverentia , ascendit ad gradum pro- ximiorem suppedaneo , ubi Candelam pulchriorem , & majoris ponderis ac- cipit a Diacono sine osculis , & stans eam tradit Celebranti , ut supra stan- ti , quam uterque osculatur , ille an- tequam tribuat , hic postquam ac- ceperit ; neuter tamen alterius manum oscu-

osculatur. Acceptam vero Candelam Celebrans mox tradit alicui Capellano, vel Acolyto tenendam, donec facta sit tota distributio. Deinde Celebrans accipit Candelam alteram a Diacono, qui eam tradens osculatur quidem, sed non manum Celebrantis, qui eamdem dat praedicto digniori, a quo ipse suam accepit, genuflexo super Altaris suppedaneo. Qui dignior Candelam osculatur, & manum Celebrantis (juxta Decretum supra allegatum de anno 1705., & ex Rubr. Miss. Vid. Caval. Comment. in d. 7. n. 3. unde vel ex errore Typographi, vel ex laudati Scriptoris defectu memoriae Comment., in Decr. 16. n. 7. dicitur: quod praedictus dignior debeat candelam a Celebrante receptam osculari, non manum Celebrantis) & postea surgit, descendit in planum, (cavens, ne terga direkte veritat Celebranti:) ubi iterum ad Altare convertitur, & eidem facta genuflexione, & Celebranti profunda inclinatione revertitur ad suum stallum. Si autem dignior praedictus sit Canonicus, vel Prælatus, non genuflectit Cruci, sive accedens, sive recedens, sed profundam facit tantummodo reverentiam Cruci, & Celebranti; nisi in Tabernaculo custodiat SS. Sacramentum; neque osculatur manum Celebrantis, sive quando ei porrigit, sive quando ab eodem recipit Candelam, quam candalam tamen osculatur, eam porrigendo, & recipiendo, repetita in recessu reverentia Cruci, & Celebranti.

Post digniorem de Clero, Ministri Sacri parati genuflectunt super suppedaneum, idest Diaconus a dexteris, & Subdiaconus a sinistris, & sic genuflexi Candelas accipiunt a Ce-

lebrante, eidem ab aliquo Acolyto porrectas. Ministri vero praedicti eam accipiendo osculantur, & deinde Celebrantis manum, & postea surgunt, & cum debitiss reverentiis ad locum suum redeunt, nempe Diaconus ad finistram, ut supra, & Subdiaconus ad dexteram Celebrantis; cui, ut supra, iterum inserviunt, Diaconus ministrando Candelas distribuendas, Subdiaconus elevando anteriorem pluvialis fimbriam; depositis suis candelis super Altare, vel per aliquem Acolythum, cui eas tradant, super Credentiam collocatis. Post sacros Ministros accedunt alii bini de Clero, primo digniores, deinde alii, & omnes genuflexi recipiunt suas Candelas, quas prius osculantur, & postea Celebrantis manum.

In Cathedralibus, si sacri Ministri fuerint Canonici, ut supra, post digniorem Candelas accipiunt, non tamen genuflexi, sed tantum inclinati, nec osculantur Celebrantis manum, sed tantum Candelas, neque accedentes, vel recedentes Cruci faciunt genuflexionem, sed solam reverentiam; quod & præstant omnes alii Canonici, qui postmodum per ordinem succedunt ad accipiendas Candelas; quando eas non distribuit Episcopus. Si vero iidem sacri Ministri non fuerint Canonici, prius Canonicis fit distributio, licet non sint parati; & sacris Ministris non nisi post Canonicos ante Beneficiatos, & Mansionarios; & tunc tam Ministri, quam praedicti Beneficiati, & Mansionarii genuflexi candelam accipiunt, & osculantur candelam, & manum Celebrantis, & accedentes, & recedentes, ut supra, Cruci genuflexionem faciunt. Canonici Collegiarum similiter se gerere possunt.

funt, ac Canonici Cathedralium, seclusa consuetudine in contrarium. Distributionem autem faciente Episcopo, ante eum genuflectunt Canonici non parati cum osculis Candelæ, & manus Episcopi porrigentis; sed Canonici parati non genuflectunt ante Episcopum, quando capiunt Candelas, sed tantum profunde inclinant; recole supradicta n. 23.

- 30 Episcopus, dum ipse sacram functionem peragit, prohibetur, mulieribus candelas dispensare; quia cum ipse in sua sede Episcopali pro sua dignitate distribuat, non potest foeminis easdem distribuere; non quia sit inhibitum mulieribus candelas dispensare, sed quia mulieres prohibentur ab ingressu Presbyterii, a quo cum etiam arceatur populus, & aliae laicales personæ (vide dicenda in Appendice ad calcem Diarii c. 3. art. 7. Sect. 5. §. 25. nu. 108.) idcirco conveniens est, nec his Episcopus candelas distribuat, sed magis, quatenus id placeat Episcopo, aut ferat Ecclesiæ consuetudo, deputari poterit aliquis Sacerdos, qui indutus Cotta, & stola coloris violacei ad cancellos Presbyterii laicis minutiores candelas distribuat, tum masculis, tum foeminis; & masculi quidem osculabuntur candelam, & manum Sacerdotis, at vero foeminæ solam candelam, & abstinebunt ab osculo manus Sacerdotis; cui interim distribuendæ candelæ, ab aliquo Acolytho subministrantur cum solo ipsarum osculo. Quoniam tamen non ita validis de causis masculi arcentur ab ingressu Presbyterii, ac foeminæ; idcirco harum nullæ, illorum autem aliqui permittuntur ingredi Presbyterium, ad accipiendas candelas ab Episcopo, si huic ita placuerit.

TOM. II.

Quando autem distributio fit a Celebrante non Episcopo; completa, ut supra, distributione ad Altare, idem Celebrans medius inter sacros Ministros descendit ad cancellos, ubi populo & iusque sexus candelas pari disciplina dispensat, sibi subministratas a Diacono, & huic ab aliquo Acolytho. Quatenus vero ipse nolite eas ad cancellos distribuere, poterit, ut supra, deputari Sacerdos aliquis, qui interim illas ibi dispenset, dum ipse Clero, aliisque, ut supra, distribuit. Non expedit autem, hujusmodi dispensationem ob multitudinem populi fieri a pluribus Sacerdotibus per Ecclesiam distributis.

Statim ac inchoatur distributio Canicularum, Cantores incipiunt cantare Antiphonam: *Lumen ad revelationem*: quam Chorus prosequitur usque ad finem, & integre repetit post singulos versus Cantici: *Nunc dimittis*; qui a solis Cantoribus decantantur. Canticum autem: *Nunc dimittis*: cantatur quoad priores tres tantummodo versus; quia quartus versus intercalatur pro Antiphona, & secundus successive deberet concini. Quæ si semel dicta non sufficiunt pro toto distributionis tempore, repetenda quidem erunt, ita tamen ut conclusio *Gloria Patris*, semel tantum dicitur, in fine videlicet distributionis. Caval. Comment. in d. 17. numer. 7.

T. S. V.

## §. V.

*De iis, que sequuntur distributionem  
Candelarum.*

33 *Ex iis expletis cantatur Antiphona;*  
*Exurge, &c. deinde Sacerdos dicit:* Oremus: *Si fuerit post Septuagesimam, & non in die Dominica, Diaconus dicit: Flectamus genua. Rubr. Miss. hic.*

Completa distributione Candelarum, & non prius, Cantores in Choro intonant Antiphonam: *Exurge: quam Chorus prosequitur, & interim Celebrans, si distributio candelarum facta sit ad Altare, accedit ad cornu Epistolæ, & ibi stans in suppedaneo; manus suas lavat, & eas etiam fricat cum medulla panis, atque postmodum extergit, necessaria ministrantibus Acolythis, & sacris Ministris anteriores partes pluvialis illius hinc inde elevantibus. Quod si distributio ad cancellos Presbyterii fuerit terminata, per planum procedit Celebrans ad latus Epistolæ, & ibi prope Credentiam in plano, ut supra lavat manus, quibus lotis ascendit ad cornu Epistolæ, ubi submissa voce dicit Antiphonam: Exurge: cum suo Psalmo, quæ ut repetita fuerit a Choro, idem Celebrans ad Crucem conversus, manibus junctis, dicit: Oremus: & postea, si hoc Festum acciderit post Septuagesimam, & non in die Dominica, illico dicit Diaconus: Flectamus genua; omnibus genuflectentibus, excepto solo Celebrante; & Subdiacomas primus omnium surgens subdit: Levate; & postmodum Celebrans, junctis item manibus, dicit Orationem: Exaudi, quam post*

Oremus idem Celebrans statim recitat, quando Purificationis Festum venerit ante Septuagesimam, aut in die Dominica, licet post Septuagesimam. ( De ritu non genuflectendi in Dominica ad Orationem disputavimus lib. 2. ubi de Dominica art. 7.) Diaconus, & Subdiacomas quando respective dicunt: *Flectamus genua; & Levate, stant post Celebantem, ad quem illico accedent de more, ut affstant; vid. Caval. tō. 4. c. 12. in d. 17. nū. 9. Mérat. tō. 1. par. 4. tit. 14. n. 16.*

In minoribus Ecclesiis perfecta benedictione, ut supra §. 3. postea Celebrans sua Candela accepta ab aliquo Presbytero, si adsit; reliquias in medio Altaris stans distribuit Clero, & ad cancellos Laicis. Diuīt distributio, cantatur in Choro Antiphona: *Lumen ad revelationem; & Canticum: Nunc dimittis, sed si Cantores desint, eadem legat Celebrans in cornu Epistolæ ante distributionem; qua expleta, lavat manus, & deinde dicit, ut supra, Orationem: Exaudi: a se præmisso: Flectamus genua, si dicendum fit; & Acolyto respondente: Levate: A Sacerdoti item dicitur: Flectamus genua: in illis Ecclesiis, quæ licet Chorales sint, attamen non habent usum sacrorum Ministrorum, sed tunc non ab Acolyto, sed a Choro respondetur: Levare. Quotiescumque vero ab ipso met Sacerdote dicatur: Flectamus genua; genuflectat & ipse. Caval. I. cit. c. 16.*

Si autem non distribuat Candelas; iis benedictis, deponat pluviale, si eo fuerit ornatus, & induat Casulam pro Missa statim celebranda. Vid. dicenda §. 7. Porro Benedictus XIII. jussit in omnibus Ecclesiis Pa-

TO-

Parochialibus celebrari omnes functiones solemnies, etiam sine numero Cantorum, & Ministrorum; & parvum Cærimoniale pro Ecclesiis Minoribus evulgari præcepit anno 1725. & servari mandavit diebus Purificationis B. M. V. &c. Et quidem pro ritibus, & Cæmoniis hodiernæ Festivitatis in Ecclesiis minoribus, vide ri etiam potest Meratus to. I. pars 4. tit. 14. n. 20. §. 1. & sequentib.

**35** *Benedictio, & distributione Candelarum, & Palmarum regulariter potest fieri in omnibus Ecclesiis tam Collegiatis, quam Parochialibus, tam Sæcularibus, quam Regularibus.* S. R. C. 28. April. 1607. in Ostien; apud Caval. to. 4. c. 12. d. 1. Et licet S. R. C. 5. Martii 1633. declaraverit: Candelarum benedictionem in die Purificationis B. V. Mariæ, & earum dispensationem inter Parochiales functiones connumerari, ac proinde ad proprios Parochios spectare; apud Luc. Ferrar. Bibliot. to. I. V. Candelæ num. 1. nihilominus eadem S. C. deinde interrogata: *An benedictiones, & distributiones Candelarum, Cinerum, & Palmarum sint de juriis mere Parochialibus?* Resp. Negative. S. R. C. 10. Decembr. 1703. approbante Clemente XI. 12. Januar. 1704. apud Caval. I. cit. d. 2. & Merat. ind. decr. Miss. num. 565. Excipe Ecclesiæ Confraternitatum, ubi in favorem Parochorum ad sit conventio, & pactum, constitutio Synodalis, & provincialis, ac consuetudo immemorabilis, vel saltem gentenaria. Caval. I. cit. d. 1. num. 3. Quibus tamen permittitur, predictas benedictiones facere pro suis tantum Confratribus, atque Sororibus. Porro S. C. Concilii requisita: *An licet Capellano Confraternitatis*

facere benedictionem, & distributionem Candelarum in suo Oratorio pro Confratribus, & Sororibus in Festa SS. Purificationis? Resp. Affirmative. S. C. Concil. 24. Septembr. 1718. Apud Caval. I. cit. d. 3.

S. C. Concil. in una Jurenacem. interrogata: *An edictum Episcopi demandantis sub pena Censurarum: distributionem Candelarum propriis sumptibus faciendam a Capitulo Terlitio die Purificationis Beatissimæ Virginis Clero, & Populo: sustineatur?* Resp. Affirmative. S. C. Concil. 22. Septembr. 1736. apud Luc. Ferrar. Bibliothec. to. 8. edit. 3. Bononiæ: in prima append. pag. 199. col. 2. Testatur autem Caval. I. cit. in d. 21. varia prodiisse Decreta, rem hanc definitia diversimode; unde ipse decernit: quorum sumptibus procurandi sint Cerei, qui publice debent distribui, & respectiva locorum consuetudine fore petendum. Quod autem sequens statuit Decretum, aequitati undique consonat, videlicet, quod De Ceriali, quas quis tenetur tradere in Festa Purificationis pro publica distributione, ea pars, que aliquando superest, non cedit in beneficium Ecclesiæ, sed illius, qui illam administravit. S. Congreg. Concil. 9. Martii 1719. apud Caval. cit. d. 21.

#### §. VI.

#### *De Processione post Benedictionem & distributionem Candelarum.*

**D**EINDE fit Processio, & primo Cœlribans imponit incensum in thuribulum; postea Diaconus vertens se ad populum dicit: Procedamus in pace: & Chorus respondet: In nomine Christi. Amen. Precedit Thuriferanus.

rius cum thuribulo fumigante: deinde Subdiaconus paratus deferens Crucem, medius inter duos Acolybos cum Candelabris accensis: sequitur Clerus per ordinem, ultimo Celebrans cum Diacono a sinistris; omnes cum Candelis accensis in manibus, & cantantur Antiphona. Rubr. Miss. hic.

Post distributionem Candelarum, recitata Oratione, ut supra, Celebrans accedit ad medium Altaris, ubi stans imponit incensum in thuribulum, illudque benedicit more solito. Tum Subdiaconus accipit Crucem processionalem sibi allatam ab aliquo Acolytha, & precedente thuriferario, medio inter Ceroferarios, vadit ad aditum Capellæ, ibique sicut se versa facie sua, & Crucifixi ad Altare; (vid. Caval. tom. 4. c. 12. Comment. in Decr. 17. n. 11. & in Decr. 27. n. 4.) donec omnes de Choro, qui eum sequuntur, hinc inde in Presbyterio fuerint ordinati. Interim Diaconus cum debitibus osculis Candelam porrigit Celebranti, & mox ipse accepta item Candela sua genuflectit, surgit, & stans versus populum a tergo Celebrantis, alta, & sonora voce cantat: *Procedamus in pace*, quo di<sup>o</sup> Chorus respondeat: *In nomine Christi. Amen*: ac iunc, & non prius Celebrans vertit se ad populum; descendit in planum, ubi facta reverentia Altari, cum osculis accipit birretum a Diacono, qui etiam accipit suum a Ceremoniario, vel ab alio Ministro. Mox hoc ordine inchoatur Proces-  
sio. *Ante Crucem praedicit thuriferius, & ante thuriferarium Cantores: ait Ceremoniale Episcop. lib. 2. c. 16.* & consequenter Cantores in hac Procesione incedere jubet omnium primos; id tamen Nicolaus de Brai-

lon intelligendum putat de casu, in quo Cantores sint Musici, & Lai- ci: si vero sint Clerici; eos immediate post Crucem existimat collo- cando, nec contradicit Caval. Com- ment. in Decr. 17. n. 13. Post Crucem sequitur Clerus, & ultimo Ce- lebrans capite testo, habens Diaconi- um a sinistris, qui item procedit testo capite, absque eo quod elevet pluvialis fimbriam; & omnes Cande- las accensas deferunt manu extima; non tamen thuriferarius, neque Cruci- fer, & Ceroferarius. Sacra Rit. Cong. interrogata: *utrum in Cath- edrali Conimbricensi servari possit affer- ta consuetudo, ut in Processionibus Pal- marum, & Candelarum, functionem non peragente Episcopo, Crucem portet Capellanus per turnum paratus?* Re- pondit *Affirmative, & amplius*. S. R. C. 14. Aprilis 1753. in Conim- bric. ad 10. dub. & similiter requisi- ta: *utrum asserta consuetudo, ut qua- tuor Canonici, vel medii Canonici plu- vialibus induiti, quedam argentea in- signia fine palmis, & Candelis præ manibus gestent in Processionibus Pal- marum, & Candelarum, licite reti- neri possit.* Respondebit: *Affirmative: & amplius*. S. R. C. in eadem Co- nimbricen. ad 14. dub. apud Caval. to. 5. in collect. Recentior. Decret.

Hæc processio juxta Cærem. Epi- scop. lib. 2. c. 16. fit circum circa Ecclesiam, vel alias secundum ritum Ecclesiarum; & quatenus, vel ob pluviam, vel aliam causam fieri ne- queat extra Ecclesiam, facienda erit intra illam; inchoetur autem a par- te Epistolæ, & terminetur ad latus Evangelii, ut docent Quarti, & Ga- staldus, & favet figura Cæmonia- lis Episcorum, in qua utique de- piogitur processio hæc procedens a late-

latere Epistolæ ad latus Evangelii ; licet Bissus censeat , inchoandam a latere Evangelii , & terminandam ad latus Epistolæ ; qui modus incedendi , cum semper sit a dexteris , videtur quidem convenientior Cavalierio in supra cit. d. 17. n. 12. & præferendus , nisi obesset , inquit , præfata Cærimonialis figura .

38 In Processione cantantur Antiphonæ : *Adorna thalamum* : & aliæ in Missali descriptæ : quæ si non sufficiant , repetuntur ; & quoties Proces-  
sio sit admodum brevis , aliquæ omittuntur ; ita ut earumdem cantus durat , quamdiu durat Processio . Revertens Processio , dum Ecclesiam ingreditur ( vel Presbyterium , si processio non exiverit ab Ecclesia ) cantatur Responforium : *Obtulerunt* . Quod , & Antiphonæ præfatae ita cantantur a Cantoribus , ut Chorus eadem prosequatur ; at vero Versus a solis Cantoribus , repetente Choro partem Responsorii , ubi , & quoties repetenda est . Caval. loc. cit. num. 13.

39 In Processionibus Candelarum , Palmarum , & similium , que sunt per Ecclesiam sine SS. Sacramento , non est pulsanda campanula ad elevationem hostiæ in Missa privata . Quod si pulsatur , & advertatur elevatio , tunc genuflexendum est utroque genu a transversibus ante Altare , ubi Missa celebratur , & deposito Sacramento , progradendum est , similiter si alii transjeant in elevatione Calicis . S. R. C. I. Matii 1681. apud Caval. to. 4. c. 10. d. 7.

### §. VII.

*De servandis post Processionem : tum de Ministro proprio bujus , & similium functionum .*

INTRA Processione Celebrans , & Ministri , depositis violaceis , accipiunt paramenta alba pro Missa ; & candela tenentur in manibus accen-  
sæ , dum legitur Evangelium , & iterum ad elevationem Sacramenti usque ad Communionem . Rubr. Mits. hrc.

Finito Responsorio ex integro , omnes extinguunt suas candelas , & per-  
gunt ad Chorum ; Celebrans vero , & Ministri vadunt in Sacrarium , & quatenus hæc valde ab Altari distet , ad aliquem locum congruum vicinio-  
rem , puta retro Altare , ubi acci-  
piunt paramenta pro Missa coloris albi , si quidem hæc de B. Virgi-  
ne , seu de Purificatione erit , fe-  
cus autem si de incidenti privilegia-  
ta Dominica Septuagesimæ &c.

Est locus hic animadvertisendi : in-  
feriores Episcopo non debere sume-  
re de Altari paramenta pro Missa ,  
ex Decr. S. C. R. 7. Julii 1612.  
apud Merat. Ind. Decret. Mits. nu.  
128. , & iterum in Decreto genera-  
li circa usum Pontificalium Præla-  
tis Episcopo inferioribus concessorum :  
coram Alexandro VII. emanato die  
27. Septembris 1659. , & habetur de-  
scriptum in sedis Constitutionibus  
Benedicti XIV. part. 1. pag. 133.  
edit. Rom. 1736. meminitque Me-  
ratus in Rubr. Mits. par. 2. tit. 1.  
nu. 17. & in ind. decr. Miss. num.  
348. In allegato , inquit , Decre-  
to statuit §. 11. quod predicti Pre-  
lati Sacras vestes ex Altari non su-  
munt , nisi pontificaliter divinis vaca-  
turi .

turi . & ibidem §. 21. decrevit , ut in Missis privatis quoad indumenta Oc. a simplici Sacerdote non discrepant ; ac proinde sacras vestes induant in Sacristia . Meminitque Merat. Ind. Decr. Miss. n. 358.

Cavalerius quidem to. 4. c. 12. Comment. in Decr. 25. n. 1. liberum facit , Candalarum , Cinerum , Palmarum benedictione peracta , deponere paramenta ante Altare in cornu Epistolæ : & ibidem accipere alia paramenta pro Missa celebranda sequenti . Accedit Ligorius l. 6. tr. 3. c. 3. dub. 5. n. 423. ubi vult , allegatum Decretum anni 1612. intelligendum esse ita , ne ponantur paramenta in medio Altaris , more Episcoporum : nam si ponantur in angulo ; id , inquit , permittit ipsa Rubrica de rit. celebr. tit. 12. nu. 6. fine , quæ sic habet : *Si vero sit dimissurus paramenta apud Altare , ubi celebravit , finito Evangelio , ibidem illis se exxit . Adducit Ligorius pro se Gavantum ; at revera Gavantus id non permittit absolute , sed solum pro casu necessitatis , usmox dicemus . Deinde in allegato Decreto de anno 1612. 7. Julii non dicitur : inferiores Episcopo nequam posse sumere paramenta in media Altaris : sed simpliciter : de ipso Altari : sic enim habet apud Meratum Ind. decr. Mils. nu. 128. Episcopus tantum , & non aliis , dum private celebrat , potest accipere paramenta de ipso Altari Oc. Similiter alterum supra laudatum generale Decretum eorum Alexandro VII. Sacras vestes ex Altari non sumant . Gratus autem limitantur ad medium Altaris: denique in præfato generali decreto significatur , simplices Sacerdotes sacris vestibus induendos in*

Sacristia : q. quibus minime discrepare debere monentur expresse Prælati inferiores Episcopo in Missis pri- vatis : in quibus proinde sacras Ve- stes induant in Sacristia . Et quamvis Rubrica Missal. de rit. celebr. tit. 2. num. 2. dicat : *Si in altari para- menta accepit &c.* quibus verbis innui videtur , licet cuilibet Sacerdoti paramenta in Altari accipere ; nihilominus hanc , & illam a Ligorio allegatam rubricam intelligendas esse pro casu necessitatis , alio nimium loco non suppetente , dicunt Gavantus in Rubr. Missal. par. 2. tit. 1. n. 2. & iterum tit. 2. n. 2. Merat. ibi n. 15. & rursus tit. 13. n. 13. & par. 4. tit. 14. qu. 19. La- Croix lib. 6. par. 2. q. 3. 19. §. 17. & ipsem Cavalerius tom. 5. c. 7. n. 21. Qui etiam monent , in hunc modi casu paramenta collocandas esse non in Altaris medio , sed in cornu Epistolæ , atque inde sumenda ; deponenda vero esse in cornu Evangelii : pro solis enim Episcopis in Altaris medio collocantur , ut inde defuncentur , atque ibidem deponantur . Prædicti vero inferiores Prælati , pontificaliter duntaxat celebraturi , sacras Vestes ex Altari sumere possunt .

Sed adhuc animadvertisendum cum Tonellio , Bisso & Merato cit. part. 2. tit. 2. n. 15. Ad Altare , in quo est expositum SS. Sacramentum , neminem omnino sumere debere pa- ramenta ; sed deficiente Sacristia , in alio loco a Presbyterio remoto , ob reverentiam Sacramenti , sumen- da.

Paramentis acceptis a Celebrante , 42 & sacris Ministris pro Missa , ad eam solemniter decantandam ; con- sueto ritu procedunt ad Altare ; quod dum

dum sit processio , extit debet omnibus paramentis violaceis ; & vestiri albis ; si modo Missa celebranda erit de Purificatione ; quo tantum casu Candelae tenentur accense , quemadmodum supra citata Rubrica prescribit , de qua sermo redibit infra art. 4. ubi acturi de Missa hodierne solemnitatis , hujusmodi ritum explicabimus . Si tamen occurrat Dominica Septagesima &c. cum extra Ecclesiam propriam non sit dicenda Missa de Purificatione ; Paramenta praedita maneat violacea . Antequam transeamus ad alia , invitare sequentia .

43. Benedictio Candalarum , Cinerum , & Palmarum , & atie similes actiones , quas faceret Episcopus praesens ; eo absente , vel impedito , ad primum Dignitatem , non vero ad Canonicum hebdomadarium pertinent . S. R. C. 21. Martii 1609. in Pisauren. apud Caval. to. 4. c. 12. d. 4. Missarum solemnum celebratibus : delatio SS. Sacramenti in protectione in ejus festivitate : Candalarum , Cinerum , & Palmarum benedictiones , & functiones similes , quas Episcopus praesens in sua Cathedrali facere solet , & debet juxta formam libri Ceremonialis Episcoporum ; absente , vel impedito Episcopo , ad primam Dignitatem , & deficiente prima , ad secundam , & sic successively pertinent . S. R. C. 25. Junii 1611. in Civitaten ; apud Caval. loc. cit. d. 5. Huc spectant & sequentia : Absente , vel impedito Episcopo , distributione Candalarum spectat ad primam dignitatem . S. R. C. 3. Decembr. 1672. in Andrien. apud Caval. to. 4. c. 19. n. 5. d. 10. Prima Dignitate impedita , vel absente , succedat secunda in functionibus peragendis ; & secunda impedita , suc-

dat tertia ; & omnibus Dignitatibus impeditis , vel abscentibus , primus Canonicus id exequatur . S. R. C. 26. Novemb. 1670. in Senen. apud Caval. I. cit. d. 11. Ita quidem regulariter , & convenienter , sed quoniam Ceremoniale Episcoporum easdem benedictiones disjunctive committit Canonico hebdomadario , seu Dignitati , vel alteri , ad item de consuetudine Ecclesie celebrare spectat : existimat Caval. in supra cit. d. 4. num. 2. quod ubi alia sit Ecclesie consuetudo , servari valeat , & id quidem confirmatur ex Decr. S. C. R. in Comimbr. quod allegabimus tr. 2. in Fer. IV. Cinetum subl. 2. §. 2. mi. 13. & videri etiam possunt dicenda in Fer. V. Cetera Domini subl. 6. ubi de functione mandati , seu lotionis pedum qu. I. n. 174. fine .

Absente Episcopo benedictiones Candalarum , Cinerum , & Palmarum & Fontis sicut per Celebrantem . S. R. C. 12. Junii 1627. in Brundusina apud Caval. tom. 4. c. 12. d. 6. Licer Episcopus ob sui dignitatem solvatur onere cantandi Missam post benedictiones praedictas , etiam quando eas percepsum peragat ; quilibet vero alii , qui eadem benedictiones faciant , cantare tenentur & Missam sequentem . Videri potest Caval. I. cit. & Comment. in. Decr. 25. laudati capitis , & Merat. to. I. part. 4. tit. 6. n. 20. post initium .

## §. VIII.

## §. VIII.

*Solvuntur nonnullæ quæstiones circa hodiernam functionem Candelarum.*

44. Qu. I. Quid sibi velit, & unde sit Cæmeronia hodierna Candelarum?

R. S. Ivo Carnotensis Episcopus serm. in Purificatione S. Mariæ hæc habet: *Confuetudo Ecclesiastica multis ex rebus gestis retinet similitudines, quibus Æ rerum gestarum representat veritatem, & simplicium corda excitat ad pietatem, ut per ea, quæ foris venerantur, ad internorum amorem rapiantur. Hinc est, quod ad recordationem Dominicæ passionis in Ecclesia Cruces erigimus; quod tempore Ascensionis vexilla, triumphum Christi significantia, in eminentiori loco Ecclesiae, tamquam in arcu triumphali sublimamus, quod Sanctorum miracula, vel martyria picturæ imaginatio ne recordamur. Ex hujusmodi consuetudine hoc inolovit, ut hodierna Festivitate fideles populi cum cereis lumenaribus ad Ecclesiam procedant, & eadem benedicta in Missarum Solemnitatibus Sacerdotibus offerant. Novit enim vestra Fraternitas, quod secundum Evangelicam historiam, Dominus Jesus quadragesimo die a Nativitate sua, hoc est hodie, a Parentibus in Templum est delatus, & ibi a Sancto Simeone suscepitus, & benedictus in Templo est præsentatus. Hoc hodierna Festivitate sancta representat Ecclesia. Sicut enim Sanctus Simeon in manibus accepit infirmitatem, sed intus agnoscit Majestatem, infidelitatis nostræ tenebras interiores illustrantem: sic quisque fidelis hoc Sacramentum representans, ceram in manibus por-*

*rat, quasi carnem fragilens, & paucis aliis prosequitur, explicatque ibi laudatus Ivo hodiernæ cœmeroniae Sacramentum, seu mysterium. Quod etiam exponit D. Anselmus Archiepisc. Cantuarien. Enarrat in Evangel. in c. 2. Luc. in illud: Postquam completi sunt dies, prope finem sic: *Pulcher Ecclesiæ mos inalevit, ut fideles in hac celebritate cereos, five candelas offerant. Nam quia Christus hodie in Templo est oblatus, ipsi mystica oblatione sua hoc ipsum representant, dum, singulis recurrentibus annis, ad dominum Dei Cereos in hac die portant. Cereus enim, vel cedula Christum significat: & quia unusquisque devotus ad banc Solemnitatem veniens, Christum lumen verum affert in pectore; ideo convenienter Cereum præsentat in oblatione. In Cereo quippe tria offeruntur, Cera, lychnus, & flamma: Cera, quam Apis Virgo confecit, significat Christi carnem, quam Virgo Maria genuit: interior autem lychnus Animam: flamma vero superior Divinitatem. Nec inveniri aliquid in Creatura potest, quo congruentius significaretur Christus. Hæc D. Anselmus.**

De hujusmodi Christiano ritu loquitus etiam videtur S. Cyrillus Hierosolymitanus, (ut affirmat Suarez i. 2. in 3. par. disp. 16. Sect. 2. versus finem:) vel qui sit alias Auditor homiliæ de occurso Domini, quæ extat tom. 2. Auditorii Bibliothecæ Veterum Patrum, ubi post initium ait: *Hodie Deus a Theman in Sionem venit, hodie cœlestis Sponsus cum Dei Matris velo in Templum venit: Filiæ Hierosolymorum excite obviam ei, faces alacriter vero Lumini accendamus, tunicas animorum nostrorum Sponsori Christo præparemus: qui a Sione*

secun.

fecundi sumus exterarum nationum populi, luminibus instructi in Templo cum populo occurramus, & una cum Christo Deo ingrediamur, &c. & ibidem in fine: Sie bodie alacres alacriter lampades ornemus, ut filii lucis Cereos Lumini vero Christo offeramus, propterea quod lumen ad revelationem Gentium mundo illuxit .... Hodie, dilecti, perpetuo diei Festi cursum peragamus .... cum Sione obviam prodoamus, cum Templo sanctificemur, cum Virgine diem Festum celebremus, cum Josepbo offeramus, cum Simeone Christum in ulnas accipiamus. Hæc laudatus Author. Videri etiam potest Durand in Ration. Offic. lib. 7. c. 7. a n. 9. ad finem, ubi mystice exponit ceremonias hodiernæ Solemnitatis.

45 Prædicta vero solemnis benedictio Candelarum, & supplicatio sequens, seu processio cum Cereis benedictis creditur probabilius instituta (quidquid sit de aliis causis) ad abolen- dam superstitionem quamdam Gentilium, & mutandam illorum consuetudinem histrandi, seu discurrendi per Urbem accensis facibus, quam hoc mense observabant. Vid. S. Anselmum l. supra cit. vulgat. Alcuin. c. de Purificat. Amal. de Eccel. Offic. lib. 3. c. 43. Durand. cit. c. 7. numer. 14. & 15. Azor. Instit. Moral. par. 2. lib. 1. c. 18. quæst. 1. Suarez de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 2. c. 5. n. 12. & to. 2. in 3. par. 1. cit. Bened. XIV. de Festis B. V. c. 2. §. 2. Merat. to. 1. par. 4. tit. 14. n. 3. Baron. in not. Martyrolog. ad hanc diem. Denique prædicti Cerei benedicuntur, quia constans, & perpetua est Ecclesiæ disciplina, ut nulla re publice utatur, quin eam prius benedixerit, ut

TOM. II.

cum Thomassino observat Benedic-  
tus XIV. de Festis lib. 1. cap. 8.  
num. 50.

Qu. II. Utrum tempore Interdi- 46  
& localis generalis liceat peragere  
solemnam, & publicam benedictio-  
nem hodiernam candelarum?

R. Negative, quia prædicto tem-  
pore non licet exercitium publicum,  
& solempne Divinorum Officiorum.  
Inter Divina autem Officia enumera-  
ratur benedictio hodierna Candelarum;  
ergo &c. Vide Sylv. V. Interdi-  
ct. 5. qu. 4. versus fin. Avilam  
de Censur. par. 5. disp. 4. Sect. 1.  
concl. 1. Lezan. V. Interd. Regul.  
n. 20. Bonac. tr. 1. disp. 5. qu. 4.  
num. 3.

Hinc etiam habes: tempore Interdi-  
cti localis generalis, nec quidem  
licere privatim peragere hodiernam  
benedictionem Cereorum in Ecclesia  
specialiter Interdicta. Et similiter  
tempore Interdicti localis particula-  
ris. Hæc constant ex materia de  
Interdicto.

Qu. III. Utrum Cerei benedicti 47  
in Festo Purificationis possint adhi-  
beri ad eosdem usus communes,  
atque profanos, ad quos poterant  
prius quam benedicerentur; absque  
timore ullo peccati etiam venialis?

R. Affirmativam sententiam, si  
absit contemptus, docet Tamburi-  
nus Meth. Celebr. Miss. lib. 1. c. 2.  
§. 3. n. 3. quam approbat Gobat  
tom. 2. tr. 5. c. 23. Sect. 5. qu. 6.  
num. 259. & videtur consentire Bu-  
semb. lib. 3. par. 1. tr. 1. cap. 2.  
dub. 2. resol. 3. Eamdem affirmati-  
vam sententiam licet sequatur La-  
Croix lib. 6. par. 1. qu. 41. §. 6.  
attamen eam limitare videtur, ad  
usus tantum decentes; ait enim: li-  
citem esse, hujusmodi Cereis bene-  
dictis

dicitis uti ad usus profanos , & decentes , v. g. ad habendum lumen pro studio . Similiter Cavat. to. 4 Commentarior. in Decr. S. C. R. c. 12. Comment. in Decr. 19. n. 12. docet : hujusmodi Candelarum usum haberi in rebus honestis , & rei sacre convenientibus , et si communijibus , etiam sine veniali . Eum vero qui illis abuteretur , eas accenden- do in conviviis , choreis , aliisque id genus casibus , saltem peccatum venialiter , et si abesset contemptus ; qui si interveniret , a peccato mortali utique non excusaret . Accedit Quarti de Benedict. tit. 1. Sect. 7. dub. 4. versus finem , licet rigorosius tit. sequ. loquatur , ut statim videbimus : docens , licitum esse , hu- jusmodi Cereis benedictis uti ad usus profanos , & decentes ; quo modo lo- quendi significat , non licere uti ad usus indecentes , & inhonestos ; & quidem Quarti deinde tit. 2. Se- ction. 9. dub. 1. fine , expresse af- firmat , peccare illos , qui hisce Can- delis benedictis abutantur , easque accendant in Conviviis , vel comœ- diis , ac ludis : sed etiam docet , peccare venialiter , secluso contem- ptu , etiam adhibentes ad usus pro- fanos ; significare autem videtur usus profanos etiam decentes ; nam de usibus profanis indecentibus prius di- xerat per exempla illa : *In comœ- diis, & ludis.* Sententiam vero suam Tamburinus absolute prolatam pro- bat ex eo , quia haec benedictio non est , inquit , introducta cum tanto rigore ab Ecclesia ad solum usum sacrum . Verum haec ratio sola non satisfacit ; probandum enim est , & ostendendum , unde & quomodo con- stet , Cerooram benedictionem minil- me introductam fuisse ab Ecclesia

cum tanto rigore ad solum usum sacrum .

Id proculdubio intelligens La-Croix , Tamburini sententiam caute secutus , diversa ratione tuetur . Nimirum ex eo , quia res hujusmodi non benedicuntur benedictione constitutiva , sive consecrativa , id est per quam redduntur res in rigore consecrata ; sed tantum benedictione invocativa , per quam solum invocatur specialis assistentia Dei circa rerum illarum usus ; que autem sic benedicuntur , possunt , inquit , adhiberi ad omnem usum , ad quos poterant , antequam benedicerentur .

Sed haec quoque ratio nulla est , uti mox ostendam . Interim nota ; assertionem prædictam , quod scilicet res benedictæ benedictione invocativa , possint adhiberi ad eosdem usus , ad quos poterant , priusquam benedicerentur : esse doctrinam Cajetani apud Gobat 1. cit. qu. 5. n. 253. & 254. , quam sequitur cum Layman . Porro Cajetanus docet : duplēcē esse Benedictionem ; unam Constitutivam , qua scilicet res quāpiam constituitur vera sacra ; alteram Invocativam solum , qua res non constituitur sacra , sed tantum invocatur specialis assistentia Dei circa illius præsentiam , vel usum . Jam vero res illas , quæ Beneditio- nei Invocativa benedicuntur , afferit generatim posse post benedictionem adhiberi ad omnem illam usum , ad quos poterant , antequam benedi- cerentur .

Hujusmodi autem Cajetani Do- cēria prima rejicienda est ab illis Doctoribus , qui de rebus plenisque benedictis benedictione invocativa no- gent , posse illas adhiberi ad eosdem usus , ad quos poterant , priusquam bene-

benedicerentur, ut ex dicendis constabit. Secundo, ex eadem doctrina sic absolute prolatā sequitur, res omnes benedictas benedictione invocativa posse simpliciter, & absque ulla exceptione adhiberi, non solum ad usus profanos detentes, sed etiam ad indecentes, & dishonestos, ad quos poterant, priusquam benedicerentur: quod est omnino negandum: cum in plerisque rebus benedictis benedictione simpliciter invocativa; si adhiberentur ad usus profanos indecentes, & dishonestos, merito posset timeri scandalum, & sapere contemptum Religionis, & risus Ecclesiae Catholicæ; ut infra dicemus.

His breviter notatis, redeo ad supra significatam P. La-Croixii rationem, quam nullam esse contendo, ex eo, quia nimis probat, atque adeo nihil evincit: sic enim contra illum statuo: quod si Res benedictæ benedictione invocativa possent adhiberi ad omnem usum, ad quem poterant, antequam benedicerentur; cum nihil in tam ampla loquendi formula excipiatur, comprehendantur necesse est hodierni Cetrei, qui benedictione Invocativa benedicuntur; atque ipsi proinde ad omnem, ad quem poterant priusquam benedicerentur, etiam profanum usum indecentem possent adhiberi, quod tamen ipsem La-Croix non concedit.

Et sane Tamburinus ipse cum ait, Candelas hasce benedictas posse adhiberi ad omnem usum, ad quem poterant prius, si non intelligeret de omni saltem honesto & iureto usu; argumentis quoque suis conficeretur. Confirmat enim 1. assertionem suam ex eo, quia in prima Oratione, quæ

recitatur ad Benedictionem Candalarum, sic Deus orat Ecclesia: Te humiliter deprecamur, ut has Candelas ad usus hominum, & sanitatem corporum, & animalium, sive in Terris, sive in aquis Uc. Sed haec oratio, (quam etiam approbare videatur Caval. loc. supr. cit.) quis negat appellare non omnem usum, sed saltem honestum? cum impium sit existimare; Sanctissimam Christi Ecclesiam velle benedictiones & Orationes suas apud Deum interponere pro usibus Hominum etiam improbis, & dishonestis.

Confirmat 2. ex eo, quia etiam, inquit, benedicuntur in die Paschæ Agni, & Ova ad usum communem. Sed primo, sic probatur controversum per aliud similiter controversum. Profecto etiam de Agno, & Ovis in die Paschæ benedictis dubitatur: utrum debeatur ipsis aliquis respectus, ex quo non possint ovorum putamina projici in simetum; Agni ossa præberi canibus? Et quidem P. Jacobus Gretserus lib. 2. de benedict. c. 42. affirmit, Agnum & Ova in die Paschatis benedicta debere decenter tractari ob respectum benedictionis: unde negat licere, Agni benedicti ossa dare canibus, ovorum benedictorum putamina projici in loca sordida. Verum quia ego hujusmodi sententiam Gretseri rejiciam, ubi agam de benedictione Agni, & Ovorum tract. 2. ubi de Dom. Resur. art. 10. qu. 3. & 4. Ideo respondeo 2. longe diversam esse rationem benedictionis Agni, & Ovorum a benedictione Cereorum, de quibus agimus in præsenti, ut constabit ex dicendis l. cit. unde paritas non currit.

Confirmat 3. Tamburinus senten-

V 2 tiām

tiam suam **exemplo** Palmarum benedictarum , panis item benedicti in die S. Blasii , vel S. Antonii ; ignis insuper benedicti in Sabbato Sancto . Sed etiam hic vel affert exempla , pro quibus non eadem militat ratio , ut constabit ex dicendis , ubi de praedicto pane benedicto agemus sub die 3. hujus art. 3. & ubi de igne benedicto in Sabbato Sancto tr. 2. ubi de Sabbato Sancto Subf. 3. §. 1. n. 309. ; vel quæ minus controversa esse non debent , cujusmodi certissime est exemplum Palmarum , de quibus dicemus suo loco cit. tr. 2. in Dom. Palm. Subf. 2. §. 13. quæst. 3. ubi quidem nos docebimus ; non licere , palmarum , olivarum , aliarumque arborum ramos benedictos adhibere ad eosdem usus communes , ad quos poterant , priusquam benedicerentur . Unde hic Tamburinus probat ignotum per ignotius , & controversum per aliud non minus , aut etiam magis controversum .

48 Quæ cum ita sint : rejecta Tamburini sententia , dico primo : Cereis benedictis in Solemnitate Purificationis B. M. semper Virginis uti non licet ad usus profanos , indecentes , & inhonestos , puta ut luceant in turpi comœdia , aut ludo : quia certissime pareret scandalum , & saperet contemptum Religionis , seu Ritus Ecclesiæ Catholicæ . Et quidem id tam grave posset aliquando parere scandalum , & adeo manifestum Religionis præseferre contemptum , ut dubium esse non debat , fore mortale . Dico 2. A veniali excusari non posse , Cereos adhibere praedictos ad usus communes , & profanos , quantumvis decentes , & honestos , sine aliqua sal-

tem non levi necessitate , quæ usum hujusmodi cohonestare valeat ; maxime si timeri possit aliorum scandalum aliquod , si viderint indifferenter , æque ac non benedictos , ad usus adhiberi communes .

Antequam assertionem hujusmodi 49 probem , mihi primo est præmittendum : quod , et si Cajetanus , & su- pricitati Auctores , qui illi adhaerent , duplum distinguant benedi- citionem rerum : Constitutivam , sive consecrativam unam : Invocativam alteram ; utramque ad mentem ipsius Cajetani superius explicatam ; ego autem dico : præter benedictionem simpliciter significativam , cuius meminit La-Croix lib. 6. par. 2. qu. 70. §. 1. num. 485. quæ fit ad si- gnificantum aliquid : ut quando Sa- cerdos Celebrans benedit Oblata , seu facit manibus signum Crucis su- per species consecratas , ad signifi- cantum profecto , Christum , qui con- tinetur in illis , esse omnis benedi- citionis Auctorem : ut explicat ibi idem La-Croix ; præter hujusmodi , inquam , Benedictionem , triplicem distingueret esse , atque admittendam rerum benedictionem Ecclesias- ticam , nimicum unam simpliciter Consecrativam : alteram simpliciter Invocativam : & tertiam medium in- ter simpliciter consecrativam , ac sim- plicitè invocativam .

Benedictionem simpliciter Conse- crativam dico illam , per quam res constituitur in rigore consecrata : uti est benedictio Calicis v. gr. ad usum Sacrificii . Benedictionem sim- pliciter Invocativam voco illam , per quam nullo prorsus modo res reddi- ditur consecrata ; quia ad usum sa- crum , vel per se pium , & religio- sum , sive Ecclesiasticum nullum ex- inten-

intentione, & instituto Ecclesiae destinatur: sed solum simpliciter invocatur specialis assistentia Dei circa illius rei præsentiam, vel usum communem: cuiusmodi benedictione benedicuntur cibi in mensa, Domus, Thalamus, Navis nova, & similia.

Denique benedictionem medium inter simpliciter consecrativam, & simpliciter invocativam, volo, esse illam, quæ participat ex utraque: unde per benedictionem hujusmodi non invocetur mere, & simpliciter specialis assistentia Dei circa præsentiam, vel usum ejusdem rei: sed etiam simul constituantur res, etsi non omnimode consecrata, aliquo tamen saltem modo sacra, in existimatione morali. Constituitur autem talis, in quantum per se ex intentione Ecclesiae destinatur res ad aliquem usum, etsi non omnino, & rigorose sacrum, attamen pium, & religiosum, vel etiam Ecclesiasticum. Multo magis si benedicatur per se a solo Sacerdote, tamquam competenti Ministro Ecclesiae circa illum Ritum benedictionis; rursus; si benedictio fiat, seu fieri debeat a Sacerdote parato vestibus sacris: maxime si in Ecclesia, ad Altare, coram Populo, & Ordine Clericali, cum cæremoniis, seu Ritibus Ecclesiasticis gravioribus, & valde similibus iis, qui adhibentur in benedictione rerum consecrandarum. Hujusmodi itaque benedictionem, dico, non esse simpliciter invocativam, sed etiam participare de consecrativa, atque adeo esse medium inter simpliciter consecrativam, & simpliciter invocativam.

50. His positis: dico 1. Res benedictas benedictione media, hactenus

explicata, non licere absque veniali culpa adhibere ad usus communes, & profanos, quantumvis decentes: maxime si inde timeri possit aliorum scandalum.

Hæc doctrina probatur. Recta ratio videtur exigere, ac religiosa pietas postulare, ut sub levi saltem obligatione aliquis exhibeatur respectus etiam positivus, positivaque reverentia rebus, ab Ecclesia specialiter destinatis ad aliquem usum pium, & religiosum, vel etiam ecclesiasticum, cuiusmodi sunt res quælibet benedictæ benedictione, quam ego medium nuncupavi: maxime si destinantur, seu benedicantur ecclesiasticis ritibus gravioribus, & valde similibus iis, qui adhibentur in benedictione rerum consecrandarum. Atqui ad prædictum religiosum respectum positivum, & reverentiam positivam certe non sufficit, quod non adhibeantur ad usus indecentes, & dishonestos: hoc enim esset, exercere erga illas reverentiam, & respectum mere negativum; sed videtur omnino requiri, ut reserventur ad usus tantummodo pios, & religiosos, sive ecclesiasticos, juxta singulis competentem consuetum morem Ecclesiae; & usus, ad quos singulæ fuerint per se ex intentione ejusdem Ecclesiae destinatae, seu benedictæ. Ergo res benedictas benedictione media inter simpliciter consecrativam, & simpliciter invocativam non licet absque veniali culpa adhibere ad usus communes, & profanos quantumvis decentes &c.

Antecedens, quod rectæ rationi inniti, & religiose pietati conforme esse, præsumitur: insinuat etiam ex Doctorum sententia, quorum alii loquentes de rebus benedictis

Qis benedictione invocativa quidem, sed simul destinatis ex institutione Ecclesiae ad aliquem usum pium, ac religiosum, vel ecclesiasticum, atque juxta meam sententiam, & loquendi modum superius explicatum: loquentes de rebus benedictis benedictione media inter simpliciter invocativam, & simpliciter consecrativam: suadent, hujusmodi res non adhiberi ad usus profanos, et si decentes; alii insuper id reprehendunt, & omnino prohibent saltem sub veniali.

Accedit sensus, & praxis saltem communior populi fidelis, qui et si res benedictas benedictione simpliciter invocativa, seu ad nullum usum sacram, & pium, sive ecclesiasticum, destinatas, soleat adhibere ut prius; non sic autem res benedictas benedictione media, seu quarum benedictio non consistit simpliciter in sola invocatione Dei circa eatum praesentiam, vel usum, sed insuper per illam destinatae sunt ex instituto, seu intentione Ecclesiae ad aliquem usum sacram, seu pium, religiosum, & ecclesiasticum; has siquidem reverenter attrectat, decentiter conservat, honestiori loco reponit, & ad usus profanos, et si decentes adhibere veretur. Accedit deinceps ipsius Ecclesiae sensus: Ecclesia enim, quae benedictione sua ad effectus dumtaxat spirituales deputat hujusmodi res, ut patet ex ritibus & precibus in illa adhibitis, haud videtur consentire, ut illae eadem promiscue cum profanis contrectentur, & adhibeantur.

**S**i dico ergo 2. Ceresos benedictos in Solemnitate Purificationis non licere sub veniali adhibere ad usus communes & profanos, quantumvis honestos, atque decentes. Sic

enim evincitur. Res benedictas benedictione media inter simpliciter consecrativam, & simpliciter invocativam adhibere, saltem sub veniali, non licet ad usus communes, & profanos, quantumvis decentes. Sed Cerei benedicti in Solemnitate Purificationis benedicuntur benedictione media prefata; ergo &c. Major hujus Syllogismi continet doctrinam secundo precedenti assertione probatam. Consequentia sequitur. Minor autem probatur. Illa res benedicitur benedictione media inter simpliciter consecrativam, & simpliciter invocativam, cujus benedictio non consistit simpliciter in sola invocatione Dei circa illius praesentiam, vel usum, sed insuper eadem destinatur per illam ad aliquem usum, et si non omnino rigorose sacram, attamen pium, & religiosum, vel ecclesiasticum; maxime si res benedicatur per se a solo Sacerdote tamquam competenti Ministro illius benedictionis, & ritus aliquando celebriores adhibeantur, ut paramenta sacra, prolixiores orationes, cæremoniae etiam variæ. Atqui sic benedicuntur Cerei in die Purificationis. Ergo &c.

Major hujus alterius Syllogismi continet doctrinam priori loco praemissam. Consequentia sequitur. Minor probatione non indiget nostra, satis enim per se ipsam cuilibet patere posse, putamus, si solum attendat ad ritum benedictionis Cereorum, de quibus agimus, & ex eorum benedictionis forma percipiat, vel saltem ex ritu ipso intelligat usus, ad quos ex mente Ecclesiae destinantur, sive benedicuntur. Benedicuntur enim in Solemnitate magna, cujus Solemnitatis & ipsa Cereorum benedi-

medio pars est etiam principalis : in Sodomitate , inquam , magna , magnis decorata mysteriis , duplice ornata celebritate , Oblationis Christi Salvatoris , & Purificationis secundum legem Virginis Matris in Templo . Benedicuntur a Sacerdote vestibus ornato Pontificalibus , in Ecclesia , ad ipsum Altare , praesente fidelium multitudine , adstante Ordine clericali , multiplicatis precibus , iteratis Orationibus , Aquæ benedictæ adhibitis aspergimbris , Thuriis profumationibus , aliisque similibus Cæremoniis gravioribus .

Hujusmodi tandem Cereorum benedictione peracta , ipsi Cerei immediate accenduntur , in processione solemniter deferuntur , & Sacerdote Sacrificium offerente , a Clericis omnibus , & adstanti populo in manibus tenentur accensi , non sine mysteriis , quæ exposuiimus qu. I. quæque in ipsis significantur Orationum formulis , adhibitis ab Ecclesia in Cereorum benedictione hodierna . Jamvera , post adro gravem , mysteriisque refortuia benedictionis Ecclesiasticas Ratum ad hos Cereos benedicendos adhibitum , credibile omnino non est , ex mente Ecclesiarum illos post benedictionem hujusmodi adhibere licere ad eosdem usus , ad quos poterant prius , communes , atque profanos ; sed potius argendum , imo & omnino putandum : illis ubi , saltem sub levi , non posse , nisi ad usus tantummodo pios , atque Religioni conformes , quos , quinam esse poterunt , mox explicabimus .

Interim confirmo sententiam meam eorum auctoritate Doctorum , qui ipso testante , atque fatente La-Croix monent , sive fraudent , hujusmodi

Cereos benedictos ad usus non adhiberi communes , etsi decentes .

Sed melius ad mentem meam Tancredi , qui de Relig. tr. 2. lib. 4. disp. 9. qu. 1. nu. 3. innuit a veniali excusari non posse , si quis uatur his Cereis benedictis ad finem etiam honestum , sed profanum ; ait enim : non videri mortale , si contemptus absit , uti candela benedicta ad accendendam lucernam , vel ad studendum , & forte nullum peccatum ; si fiat ex aliqua causa . Dum autem dicit : non videri mortale : innuit esse certissime veniale , sine iusta causa factum , & etiamsi cum aliqua causa fiat ; dubitat , an excusari possit a veniali , ait enim , forte nullum peccatum , si fiat ex aliqua causa .

Usus itaque Cereorum , qui in die 52 Purificationis benedicuntur , debent esse pii , devoti , ac religiosi . Hujusmodi esse credimus , si accendantur in mari tempore tempestatis , ad illam sedandam ; vel si accendantur Cœlo tonante . Item si accendantur in aliquo loco ab immundis spiritibus obpresso , ut inde abjiciantur , ex fide Orationum Ecclesiarum , quæ hos Cereos benedicendo , Deum orat , ut eos ad usus hominum , & sanitatem corporum , & animarum , sive in terra , sive in aquis . . . . benedicere , & sanctificare dignetur . Poscent item , & solent accendi , & collocari prope lectum Fideliū adulorum morientium , quemadmodum testatur Caval. Comment. in Decr. S. C. R. to. 3. c. 19. d. 2. num. 14. qui rursus to. 4. c. 12. Comment. in Decr. 19. num. 11. notat : ideo has Candelas accendi coram morientibus in extremo agone , quia valent contra malignorum spirituum incur-

incursiones, seu ad effugandos Dœmones, & pravas cogitationes repellendas, Divinum auxilium impetrandum, & adhuc ad salutem corporalem. Possent etiam accendi in publicis supplicationibus, sive processionibus; vel ut luceant super Altare; vel ante aliquam sacram Imaginem. Possent etiam adhiberi, ut luceant tempore nocturno, dum recitatur Officium Canonicum; est enim functio, & actio admodum religiosa, & ut luceant, dum exerceantur similes actus Religionis. Vid. Quarti de bened. tit. 12. Sect. 9. prælud. 3. & dub. 1. Et hæc satis pro quæstione proposita de usu licto, vel illicito Cereorum, quæ hodierna Purificationis die benedicuntur.

- 53 An autem idem dicendum sit, de Cereis benedictis benedictione alia valde simplici, & admodum privata, quæ proponitur in fine Missalis Romani; ita ut nec possint & illi Cerei adhiberi ad usus communes profanos? Videtur negandum, quia prædicti alii Cerei per prædictam aliam simplicem benedictionem, non videntur destinari ad ullum usum per seipsum religiosum, & Ecclesiasticum; sed videtur simpliciter invocari specialis assistentia Dei circa illorum usum communem; & sic eorum benedictio est simpliciter invocativa. Si itaque illorum benedictio est simpliciter invocativa, sequitur, dicendum esse, nullum ipsis deberi religiosum respectum, quia rebus hujusmodi benedictione benedictis, non appareat, cur illis hic debeatur: uti constat ex Domo benedicta, Thalamo benedicto, Navi benedicta, cibis benedictis in Mensa, ut vidimus 1. i. c. 7. de Bened. Mensæ qu. 5. & similibus rebus similiter benedictis,

quibus nulla adhibetur religiosa reverentia ratione hujusmodi benedictionis simpliciter invocativæ, & ita sustinet communis Doctorum. Ceterum ut Cavaler. to. 4. c. 12. in d. 19. num. 11. animadvertisit, non minus hujusmodi Candelæ benedictæ benedictione simplici prædicta, quam benedictæ in hac solemnni benedictione, in die Purificationis, valere possunt ut præstent spirituales effectus eosdem, ob quos benedicuntur.

Denique nota hic quod docet, & 54 probat Quarti de benedict. tit. 1. Sect. 6. dub. 1. fine, hoc est: Candelæ benedictæ benedictione etiam supradicta solemnii amittere benedictionem, si amittant formam artificialem, seu figuram Candelarum, quæ nimirum componuntur ex cera, & ellychnio. Itaque si separetur cera ab ellychnio, vel alias destruatur figura prædicta, ita ut moraliter dici non possint Candelæ: benedictionem amittunt. Videri possunt dicenda tr. 2. in Dom. Palmar. subs. 2. §. 13. qu. 3. n. 87. versu: *Ad alterum*, sed lege etiam eodem numero versum *Ceterum*: reique aptato præsenti.

#### ARTICULUS IV.

##### *De Missa.*

IN Festo Purificationis B. M. V. 55 dupl. 2. cl. Miss. propr. *Credo*. Rubr. Gen. Miss. tit. 11. Præfat. tantum de Nativit. Rubrica Miss. hic. Cur Præfatio non sit de B. M. sed de Nat.? indicavimus art. 1. n. 4. Si sit post Septuagesimam, post Graduale omisso *Alleluja* & *Y.* sequi. dicitur Tractus. An, & quale peccatum sit, non dicere Præfationem

nem propriam; & utrum possit, vel  
debeat suppleri, ubi error adver-  
tatur? examinabimus tr. 2. in Dom.  
Resurrect. art. 3. ubi de Missa qu.  
1. & 2.

- 56 In Missa Purificationis B. M. V.  
Paramentorum color albus; ex Ru-  
br. gen. Miss. tit. 18. nu. 2. unde  
amovetur ab Altari Frontale, seu  
pallium violaceum, quod positum  
fuerat pro tempore benedictionis Can-  
delarum: recole dicta art. præced.  
§. 2. num. 16. In Festo autem Pu-  
rificationis adhiberi colorem album  
proprie puritatem Virginis Mariæ,  
qua, juxta Canticum Simeonis, ho-  
die obtulit: *Lumen ad revelationem  
Gentium*: ait Durand. in Ration.  
Offic. lib. 3. c. 18. num. 2. & Ga-  
vant. in Rub. Miss. par. 1. tit. 18.  
num. 2. litt. n. Nimirum adhibetur  
color albus, tum ob respectum pu-  
rissimæ Virginis; tum ob respectum  
Filii ejus, hodierna die in Templo  
ab ea præsentati. Porro ut diximus  
supra art. 1. nu. 4. hodierna Festi-  
vitas tum ad Christum Dominum  
spectat, tum ad Sanctissimam Geni-  
tricem ejus; Ut ergo respicit Chri-  
stum infantem præsentatum &c. ad-  
hibetur color albus; *Candor est enim  
lucis æternae, & speculum sine macu-  
la;* Sap. 7. 26. ac *lumen ad revela-  
tionem gentium.* Luc. 2. 32. Deinde  
color idem albus adhibetur, ut Fe-  
stivitas eadem spectat ad purissimam  
Virginem: quia puritas, & Virgi-  
nitas albedini, & albis liliis compa-  
ratur; ideoque in Festis Virginum  
non Martyrum adhibetur color al-  
bus. Beata vero Dei Genitrix est  
Virgo Virginum, & Virgo singula-  
ris; qua de causa in omnibus Festis  
Laudæ Sanctissimæ Virginis colore  
utimur albo.

TOM. II.

Hodie benedictæ Candelæ tenentur <sup>57</sup>  
in manibus aëcensæ, dum legitur E-  
vangelium, & iterum ad elevationem  
Sacramenti usque ad Communionem.  
Rubr. Miss. de Bened. Candel. Ho-  
dierna Missa si sit de Purificatione,  
id habet speciale præ cæteris, quod  
dum in ea cantatur Evangelium,  
omnes de Choro tenent Candelas ac-  
cessas, & iterum ad elevationem SS.  
Sacramenti usque ad completam Com-  
munionem Sacerdotis, aliorumque,  
si adsint communicandi. Diaconus  
vero, & Subdiaconus numquam te-  
nent prædictas Candelas accessas.  
An autem Celebrans, dum Diaconus  
cantat Cvangelium, tenere de-  
beat Candelam in manibus? Affir-  
mat Meratus to. 1. par. 4. tit. 14.  
n. 20. & apud eum Bissus, & Hal-  
den, quos tamen repræhendit Caval.  
to. 3. c. 12. n. 17. existimans, eo-  
rum sententiam opponi Rubricæ Miss.  
tit. 6. n. 5. & Cæremoniali Episcop.  
lib. 2. c. 17. ubi de Missa Purifica-  
tionis dicitur: *Missa juxta solitum  
perficietur, & in ea hoc solum erit  
speciale, quod Canonici, & cæteri de  
Choro, dum cantatur Evangelium, ac-  
cendent Candelas, & illas accessas te-  
nent usque ad finem Evangelii, & ite-  
rum ad elevationem usque post com-  
munionem.* Subdit autem Caval. Hic  
enim nulla fit mentio Ministrorum, &  
Celebrantis, cui consequenter perperam  
Meratus par. 4. tit. 4. (dicendum:  
14.) n. 20. aliisque ab eo citati Au-  
tores suam Candelam consignant, quam  
si ad Evangelium tenere deberet, rue-  
ret præscriptum Rubricæ VI. num. 5.  
qua eo tempore vult Sacerdotem stare  
junctis manibus, cum lumen hac ea-  
dem de causa non tradatur Diacono E-  
vangelium junctis manibus similiter le-  
genti, nec aliis Ministris per respecti-

**v**a munia impeditis. Hæc Caval. Qui tamen horum, quæ loco citato scripsérat, oblitus, deinde to. 4. c. 12. Comment. in Decret. 17. num. 14. Candelam concedit & ipse Celebranti, dum cantatur Evangelium a Diacono, cæterisque Ministriis non impeditis, ait enim: *Celebrans autem suam Candelam accensam dumtaxat tenet; dum a Diacono cantatur Evangelium, Diaconus vero, & Subdiaconus, aliique Ministri, qui in suis obvendis muneribus impediti sunt, Candelas numquam tenent, a quibus tendis, eos minime absolvimus ex Ministris, si qui sunt, qui non sunt alias occupati.* Hæc Caval. Igitur aliquis Acolythus, vel Minister paulo ante Evangelium, & ante elevationem SS. Sacramenti sumpto lumine de Candelabris Ceroferiorum, accedet ad Chorum cum debitiss reverentiis, & primam Candelam cuiuscumque ordinis, vel utriusque Chori accendet; alii vero Clerici sibi mutuo accendent Candelas, quas extingunt cantato Evangelio, & iterum completa, ut supra, communione. Notat autem Halden laudatus a Caval. in cit. d. 17. n. 15. & a Merato loc. cit. fine, quod quando superdictæ Candelæ tenentur accensæ post elevationem, tenendæ sint non a genuflexis, sed astantibus. Celebrans autem postquam Diacono benedictionem dederit ante Evangelium, se recipit ad cornu Epistolæ, ubi stans accipit a Cæremoniario, vel alio Ministro suam Candelam accensam cum osculis ab ipso porrigitate præstitis, eamque tenet, donec per Diaconum absolutum fuerit Evangelium: quo cantato, reddit illam eidem, a quo accepit, antequam librum osculetur. Caval. & Merat. cum Bauldr.

Si autem Missa non sit de Purificatione, Candelæ accensæ non tenentur in manibus. Porro accenduntur in honorem B. M. V. vid. Gavant. par. 4. tit. 14. n. 10. Caval. Comment. in Decr. 19. nu. 9. Merat. sup. cit. tit. 14. nu. 19. & 20.

*Si hoc Festum venerit in Dominicis* 58  
*Septuagesimæ, Sexagesimæ, vel Quinquagesimæ, fit tantum benedictio, & distributio Candelarum, & Procesio:* *& Missa dicitur de Dominica: Missa vero Festi transfertur in sequentem diem.* Rubr. Miss. de todier. bened. Candel. Recole dicta art. 3. §. 1. num. 14. & in Missa de Dominica adhibetur color violaceus; recole dicta cit. art. 3. §. 7. nu. 40. Translatio autem in diem sequentem intelligenda est juxta explicationem datam art. 2. nu. 10. ex Decr. S. R. C. 20. Julii 1748., hoc est, nisi die sequenti occurrat Festum altioris ritus, videlicet 1. cl.

In prædicto casu occurrentiæ Dominicæ privilegiatae, aut Festi 1. claf. non est hodie facienda commemoratione Purificationis B. Virginis in Ecclesiis, etiam eidem dicatis sub alio titulo, puta Annunciationis, ut statim videbimus. In Ecclesia vero sub Titulo Purificationis in dicto etiam casu occurrentiæ Dominicæ Septuagesimæ &c. dicitur Missa de B. V. seu de Festo Purif. cum commemoratione Dominicæ; quia ibi non transfertur Festum, ut ex Decr. S. C. R. Rubr. Brev. & Gavanto notavimus art. 2. nu. 10. & significatur etiam in Decreto sequenti: *Quando in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, & Quinquagesimæ occurrit Festum Purificationis B. M. V. in Ecclesiis eidem sub alio titulo dicatis, scilicet Annunciationis* &c.

*Ec. Missa solemnis post benedictionem Candelarum, & Processionem debet cantari de Dominica. S. R. C. 23. August. & 13. Septembr. 1704. in Cataniens. apud Caval. to. 4. c. 12. d. 19. Si Festum Purificationis B. M. V. venerit in Dominica Septuagesimæ, vel Sexagesima in Ecclesiis dicatis sub titulo Annunciationis debet cantari Missa Dominicæ tantum, nec facienda est Commemoratio Purificationis B. M. V. S. R. C. 15. Septembr. 1736. in Toletana, apud Cavaler. l. cit. d. 20.*

59 Ubi autem est concursus populi ad celebrandum Festum Purificationis, locum habet Rubr. gen. Miss. tit. 6. n. 1. permittens posse cantari præter Missam de die, aliam Missam de Festo, quemadmodum notat Caval. in cit. d. 19. nu. 4. & ubi non urget onus Missarum Conventionalium, omitti potest Missa occurrentis Officii, puta Dominicæ Septuagesimæ &c. ac celebrari Missa Solemnis de Purificatione in casu prædicto, Caval. in cit. d. 19. numer. 10.

Animadvertisendum vero hic est: in fine prædictæ Missæ votivæ solemnis, quæ non concordat cum Officio Dominicæ occurrentis, v. g. Septuagesimæ, dicendum esse Evangelium S. Joannis, non autem Dominicæ; vid. Gavant. in Rubr. Miss. par. 1. tit. 6. & tit. 13. fine. In hujusmodi etiam Missa votiva solemnii dicitur unica tantum Oratio, atque adeo non fit Commemoratio Dominicæ. Rubr. gen. Miss. tit. 9. de Orat. n. 14. & cantatur Gloria, & Credo. Præf. tantum de Nat. Color param. alb. Similiter in Cathedralibus, & Collegiatis, in quibus juxta rubricam citatam in præsenti casu duæ Missæ solemnies celebran-

dæ sunt, una de die, altera de Festo: in fine prædictarum Missarum Evangelium dicitur S. Joannis, nec fit Commemoratio Dominicæ in Missa de Festo, nec Festi in Missa de Dominicæ. Gavant. loc. cit. Præfatio autem in Missa de Dom. erit de Trinit. in Missa vero de Purific. Præfatio propria Festi, videlicet Præfat. tantum de Nat. juxta Rubr. gen. tit. 12. n. 4. & post Graduale omisso *Allel.* & *V.* sequ. dicetur *Tractus*. Quod autem spectat ad horam celebrandi hujusmodi Missas solemnies, illa de die celebranda est post horam congruentem, juxta Rubr. gen. Miss. tit. 15. num. 2. hoc est post horam Tertiam. Altera vero de Festo, quæ in dicto casu nullam habet cum Officio connexionem, dicenda post Nonam. Ita Gavant. in Rubr. Miss. par. 1. tit. 6. Caval. in dict. d. 19. n. 10. Et in eodem casu benedictio, & distributio Candelarum, ac Processio fiet ante Missam votivam de Purificatione post Nonam: non obstante Rubrica disponente post Tertiam, quæ loquitur de communi casu. Caval. loc. cit. Recole dicta art. 3. §. 1. n. 15.

Pro iis, quos respicit, describimus hic Decretum S. C. R. apud Merat. ind. Decr. Miss. num. 275. tenoris sequentis: *Missa Purificationis in die Festivitatis ejusdem debet cantari a Capellaniis Ecclesiae Terræ Xendæ, in qua erecta est Cappella Confraternitatis sub invocatione Purificationis, in casu proposito, non in Altari majori, sed in Cappella ejusdem Purificationis B. M. V. juxta solitum. S. R. C. 19. August. 1634. in Cusentina. Animadvertisit autem Meratus, hoc Decretum, cum sit municipale, non posse adduci in exem-*

plum pro similibus, cum Missa Conventualis regulariter debeat cantari in Altari majori.

- 61 Cum nondum statutum fuerat, Festum Purificationis, in casu occurrentiae alicujus Dominicæ secundæ classis, transferendum esse in Feriam secundam immediate sequentem non impeditam Festo altioris ritus occurrenti: declaraverat S. R. C. ut notavimus art. 2. fine, quod quando Festum Purificationis B. M. V. non Celebraretur die 2. Febr. sed transferretur ejus Officium post aliquam Dominicam, vel post Festum semiduplex, vel simplex, in Missa 2. Or. esset: *A cunctis*, 3. ad libitum. Porro a die secunda Februarii exclusive usque ad Feriam IV. Cinerum exclusive, quando non est duplex, hæc duæ sunt Orationes de tempore in Missa; videlicet 2. Or. *A cunctis*, 3. ad libitum. Rub. Miss. in Dom. Septuag. & in Rubr. gener. tit. 9. n. 2.

Dixi: a die 2. Febr. exclusive, quia etiamsi Festum, seu Missa Februarii Purificationis transferatur ob occurrentiam Dominicæ Septuagesimæ &c. adeoque dicatur Missa de Dominica privilegiata in Festo Purificationis in dicto casu: nihilominus in Missa de Dominica, hodie 2. Orat. non est: *A cunctis*, nec 3. ad libitum, sed illæ designatae ab Epiphania usque ad Purificationem: scilicet, 2. Or. *Deus, qui salutis,* 3. *Ecclesie;* ex Rubr. Miss.

- 62 Nota hic I. In Oratione *A cunctis* in lit. N. non esse nominandum nomen Sancti Patroni, vel Titularis Ecclesie, si de eo Missa legatur; sed vel nihil dicendum: vel, ut quidam volunt, nominari posse alium Sanctorum canonizatum, juxta

propriam devotionem. Vid. Gavant. in Rubric. Miss. par. 1. tit. 9. nu. 15. Merat. ibi nu. 3. prope finem. Caval. to. 1. c. 10. n. 16. La-Croix lib. 6. par. 2. qu. 64. §. 16. Idipsum præstandum, si Ecclesia, in qua celebratur Missa, sit dedicata SS. Trinitati, Santissimo Salvatori, vel alicui Sancto ex nominatis jam in Oratione prædicta. Merat. 1. cit. Si legatur autem Missa votiva de SS. Apostolis Petro, & Paulo, quando Or. *A cunctis* est de tempore, quid faciendum; notavimus 1. 2. in Feria quarta, n. 1. Ait insuper La-Croix: videri, licere nominare duos, non plures, ubi confuetudo Ecclesie habeat. Rursus docet: addi posse cognomen Sancti (consonat Merat. 1. cit.) ad distinctionem; si tamen Ecclesia Orationem posuerit, & non addiderit cognomen, etiam addendum non esse a Celebrante. Sed quod ad cognomen Sanctorum spectat, vide dicenda 2. April. nu. 2.

Nota 2. quod in eadem Orat. *A cunctis* nomina Patronorum, S. Michaelis Archangeli, & S. Jo: Baptiste, præponenda sunt Apostolis; ex D. S. C. R. 22. Augusti 1620. apud Merat. ind. Decret. Miss. num. 179. & habet Rubr. partic. Miss. post Or. *A cunctis*. Præponenda pariter sunt Apostolis nomina cæterorum Angelorum, si sint Patroni, vel Titulares. Item in Oratione *A cunctis*, & in Suffragiis præponendum est S. Joseph Apostolis Petro, & Paulo, ut prescribitur in Litaniis majoribus. S. R. C. 21. Maji 1743. in Senen. in opere Merati in 2. append. Decr. Miss. nu. 874. Confer dicenda 25. April. n. 19. consonat Merat. to. 1. par. 1. tit. 9. nu. 3. & 10. 2. Sect. 18. n. 6.

Nota

**Nota 3.** quod Non est omittenda una ex assignatis Orationibus in Missa: veluti tertia A cunctis: si secunda esset de Festo simplici, ut ejus loco dicatur Oratio imperata: veluti Deus refugium: sed post tertiam Orationem A cunctis, potest & imperata dici: cum in Missa de semiduplici, vel simplici, vel votiva non sint necessario dicende Collectæ impares, puta, tres, quinque, vel septem. S. R. C. 2. Decembr. 1684. in una Canon. Regul. Lateran. apud Merat. ind. Decr. Miss. nu. 476. & Caval. to. 3. c. 11. in Decr. 2. n. 8. **Nota:** verbum Potest adhibitum a S. C. ut significet; fieri absque transgressione alicuius Rubricæ: cæterum Collectæ imperata omitti non debet, ut patet ex eadem S. C. R. 17. Aug. 1709. in Bergomen. ubi declaravit, quod Quando tertia Oratio est ad libitum, & ex iussu Summi Pontificis, vel Episcopi debet apponi aliqua specialis Oratio pro publica indigentia, videlicet contra Turcas, seu ad petendam serenitatem, aut pluviam &c. hac Oratio debet recitari, tamquam ex precepto quarto loco: non omissa tertio loco illa, quæ est ad libitum, seu pro Devotione Sacerdotis etienda. Apud Merat. ind. Decret. Miss. nu. 747. & Caval. cit. nu. 8. & 10. Unde non est soquendus La-Croix lib. 6. par. 2. qu. 64. §. 3. docens: Orationem prescriptam ob publicam necessitatem posse esse tertiam ad libitum. Profecto, ut animadvertis Caval. l. cit. n. 9. & significatur etiam in allegato Decreto: Oratio ad libitum ex prescripto Rubricæ non est ad libitum dicenda; sed ad libitum eligenda; dicenda itaque est ex precepto: et si ad libitum, seu placitum celebran-

tis eligenda ex Missali. Oratio item a Superioribus demandata est etiam in precepto, nec ea ullam cessare facit ex prescriptis per Rubricas.

**Nota 4.** Orationem ad libitum eligendam posse esse quamlibet in Missali (non alibi) descriptam: atque adeo non necessario defundendam ex iis, quæ in Missalis fine ponuntur in Missis Votorum, ad libitum dicendæ, seu eligendæ: ut docet Caval. cit. num. 8. Consonat Meratus to. 1. par. 1. tit. 9. num. 11. fine, & confirmatur ex Decr. S. C. R. declarante, quod *Tertia Oratio*, in Missa dicenda ad libitum Sacerdotis, potest esse vel de Sancto, vel de SS. Sacramento, vel de Patrone, de Passione, de Cruce &c. S. R. C. 2. Septemb. 1741. in Aquen. in opere Merati in 2. append. Decret. Miss. n. 853.

## ARTICULUS V.

### De Indulgentiis.

IN Festo Purificationis habetur Ia-  
dulgentia plen. in quacumque Ec-  
clesia Patrum Carmelitarum. Clem.  
X. Constat. 33 t. 9. 8. pag. 200.  
Tom. 7.

## ARTICULUS VI.

### Not. pro abstinentia a Carne.

**C**ESSAT privilegium, quod habent 64  
Galli, & Belgæ comedendi car-  
nes in omnibus Sabbatis a Nat. Do-  
mini ad Purificationem, ob consue-  
tudinem, rationem, & causam expo-  
nendum tr. 2. lib. 2. par. 1. c. 2.  
Sed etiam de ea aliquid innuimus,  
in hoc tract. l. 2. c. 7. n. 51.

C A.

## C A P U T III.

## N O T A N D A III. F E B R U A R I I.

## EXPLICANTUR ARTICULIS III.

**Art. I.** *De Horis Canoniciis.*

**Art. II.** *De Missa.*

**Art. III.** *De Pace Benedicto in die S. Blasii Episc. & Mart.*

## A R T I C U L U S I.

*De Horis Canoniciis.*

1. IN Cal. Rom. S. Blasii Ep. & M. simpl. Noctur. Fer. occur. 1. & 2. lect. de Script. occur. 3. lect. propr. Or. *Deus qui nos*, ut in communi unius M. P. 2. loco ; reliqua ut in eodem coramuni un. M. Vesperæ de sequenti Festo S. Andreæ Corsini Ep. & Conf. dupl. de communit. Confess. P. Or. propr. In hymno : *Ille Confessor* : mutatur tertius versus . Festum S. Blasii alicubi est dupl. ibi Vesperæ ordinentur juxta Rubr. gen. de concurr.

2. Si autem hodie reponendum sit Officium Purificationis in casu , de quo præcedenti die art. 2. nu. 10. & Festum S. Blasii celebretur sub ritu simplici ; tunc de eo fiet tantum commemoratione in Laudibus cum nona lectione de eodem ; & in 2. Vesp. de Purificat. fiet Commemoratio de sequenti Festo S. Andreæ Corsini . Confer dicta cit. art. 2. num. 11.

3. Etiam si de S. Blasio celebretur sub ritu duplici , dummodo non sit primæ classis , transferendum erit in casu , quo heri non potuerit recitari Officium Purificationis , eo quod occurrit aliqua Dominica privile-

giata . Vide dicta præcedenti die art. 2. num. 10. Quid autem ab hac die notandum quo ad Suffragium S. Mariæ , ejusdem Officium parvum , Missamque Votivam ? Vide cit. art. 2. fine .

## A R T I C U L U S II.

*De Missa.*

1. IN Festo S. Blasii Ep. & M. sim- 4 pl. Missa *Sacerdotes Dei* , ut in communi un. M. P. 2. loco . Alicubi est dupl. alibi habet etiam Orationem propriam : alibi Missam in super propriam . Col. param. rub.

In Festis semiduplicibus occurrentibus a Purificatione usque ad Quadragesimam 2. Or. *A cunctis* . 3. ad libitum . Rubr. gen. Miss. tit. 9. n. 2. Similiter in simplicibus , & feriis occurrentibus prædicto tempore : in quibus dici possunt quinque , aut etiam septem Orationes . Rubr. gen. Miss. cit. tit. 9. n. 12. In Missa de semiduplici , vel simplici , (adde : vel de Feria : pro qua eadem militat ratio : ) vel Votiva non sunt necessaria dicenda Collectæ impares , puta , tres , quinque , vel septem . S. R. C. 2. Decembr. 1684 apud Caval. 10. 3. c. II. Comment. in Decr. 2. n. 10. Confer Merat. tom. 1. par. 1. tit.

- tit. 9. n. 11. & recole dicta præcedenti die art. 4. n. 61. & 62.
- 6 Si hodie legatur Missa de Purific. in casa de quo die præcedenti, art. 2. n. 10. tunc in Missa privata fiet commemorationis S. Blasii : si de eo celebratur sub ritu simplici. Confer dicta cit. art. 2. nu. 11. Cætera ut heri notavimus art. 4. num. 55. & 56. Quid ab hac die notandum quo ad Missam votivam S. Mariæ? Vide cit. art. 2. fine.

## ARTICULUS III.

*De Pane benedicto in die S. Blasii  
Ep. & M.*

- 7 VN die S. Blasii Ep. & M. solet ~~la~~ benedici panis in honorem laudati Sancti. Qu. Utrum debeatur hujusmodi pani benedictio aliquis religiosus respectus: ex quo non possit comedi e. g. ad explendam famem?

P. Nullum deberi, docet Tambur. Meth. celebr. Miss. lib. 1. cap. 2. §. 3. nu. 6. quia, inquit, non cum tanto rigore in hac, & similibus modicis benedictionibus agitur, vel agi intenditur ab Ecclesia; ejus sententiam approbat Gobat tom. 2. tr. 5. c. 23. Se&t. 5. nu. 259. Ad idem sentendum, inclino & ego;

mea tamen ratio est, quia videtur hujusmodi panis benedictio esse simpliciter invocativa, ex qua quidem benedictione nullum oritur debitum religiosi respectus circa rem sic benedictam. Videantur dicta lib. I. c. 7. de bened. Mensæ qu. 5. nu. 17. Profecto hujusmodi panis benedictio videtur solum stare in hoc, quod invocetur specialis assistentia Dei circa usum communem hujus panis obmerita S. Blasii, ut scilicet prospicit comedentibus illum.

Cæterum in hac, & similibus rebus benedictione simili benedictis, habenda est ratio vitandi scandalis pupillorum. Enimvero cum ii, qui eorum Sanctorum promovent cultum, in quorum honorem panis, & similia benedicuntur, eadem præbere soleant populo, tamquam res sanctas seu veneratione, & religioso respectu dignas: ideo ubi apud populum sit hujusmodi existimatio, non debent hæc adhiberi tamquam simpliciter profana coram illis, qui possint scandalizari, atque adeo in hujusmodi Casu prædictus panis benedictus non est dandus e. g. canibus ad explendam famem; sed debet ita religiose adhiberi, prout populus consueverit. De origine benedictionis hujusmodi vide dicta 17. Januar. art. 3. num. 4.

## C A P U T   I V.

## N O T A N D A   I V .   F E B R U A R I I .

## E X P L I C A N T U R   A R T I C U L I S   I I I .

**Art. I. De Horis Canonicas.**

**Art. II. De Missa.**

**Art. III. De Indulgencias.**

## A R T I C U L U S   I .

*De Horis Canonicas.*

**¶** In Cal. Romano S. Andreæ Corsini Epis. & Conf. dupl. ex Clem. XII. 3. Januar. 1731. apud Merat. ad hanc diem. leæt. 1. Noæt. de Script. occur. si vero hoc Festum celebretur in Quadrag. leæt. 1. Noæt. sumantur ex communi Conf. Pontif. 1. loc. *Fidelis sermo*, & nona lectio legatur de homil. Fer. occurr. cum commemoratione de ea in Vesper. & Laudib. Similiter si aliquod ex sequentibus Festis occurrat in dicta Quadragesima, in primo nocturno legantur lectiones, quæ habentur in communi illius Sancti, nisi propriæ assignentur. Rubr. Brev. hic. 2. Noæt. prop. 3. noctur. *Homo peregre* de comm. Confes. Pontif. 1. loc. reliqua de eodem comm. Or. autem prop. In hymno: *Iste Confessor*, mutatur tertius versus. In 2. Vesp. a Cap. de sequ. Festo S. Agathæ V. & M. dupl. ut in prop. & communi Virg. & Mart. Commemorat. præced.

**2** Ubi autem S. Agatha habeat 1. Vesp. integras, puta, ubi est Patrona principalis, ibi Antiphonæ prop. de Laudib. Psalmi autem ut

in 1. Vesp. pro uno Sancto Mart. ob rationem die sequ. assignandam n. 3. Similiter fiat, si transferatur in aliam diem, & habeat 1. Vesp. integras. Rubr. Brev. hic, & similiter in casu, quo Festum Sancti Andreæ translatum fuerit ob occursum Dominicæ privilegiatae, puta Septuagesimæ; quapropter de S. Agatha sint recitandæ 1. Vesperæ integræ cum Commemoratione Dominicæ præced.

## A R T I C U L U S   I I .

*De Missa.*

**¶** In Festo S. Andreæ Corsini Epis. 3 & Conf. dupl. Miss. Statuit, de com. Conf. P. 1. loco Or. prop. col. param. alb.

## A R T I C U L U S   I I I .

*De Indulgenciis.*

**¶** In Festo S. Andreæ Corsini Episc. 4 & Confess. Ordinis S. Marie de Monte Carmelo Indul. Plen. in Ecclesiis Patrum Carmelitarum, etiam Discalceatorum, & Monialium ejusdem Ordinis. Clem. X. Constit. 99. pag. 167. tom. 7.

C A.

# C A P U T V.

N O T A N D A V. F E B R U A R I I.

## E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S N.

A r t . I. *De Horis Canonicis.*

A r t . II. *De Missâ.*

### A R T I C U L U S I.

*De Horis Canonicis.*

- 1 **T**N Calend. Rom. S. Agathæ V. & M. dupl. S. R. C. 26. Augusti 1713. approbante Clemente XI. 29. ejusdem mensis , & anni . Merat. hic, & Zachar. ind. decr. nu. 898. Offic. ut in propr. & communi V. & M. 2. Vesperæ de eodem Festo ut in proprio , & fit commemora-  
tio sequentis Festi simplicis S. Do-  
rotheæ V. & M. de comm. V. &  
M. Or. *Indulgentiam* , ut in eodem  
comm. 2. loc.
- 2 Si in 2. Vesper. S. Agathæ fieri  
debeat Commemoratio B. Mariæ ,  
pro ejus Officio in sequenti Sabba-  
to celebrando , ne repetatur *V. Diffusa est gratia* , dicatur *V. Benedic-  
tu* , ex Laudib. Quod est exemplum  
pro similibus casibus in Rubr. gen.  
Brev. tit. 9. n. 8. Animadvertis autem Caval. tom. 2. c. 32. in d. 8.  
n. 2. deinde in Laud. Officii S. Ma-  
riæ in Sabbato dicendum esse versum :  
*Diffusa est gratia* , ex Vespere , eo quod  
in 1. Vesp. & Laudib. idem versus , aut  
eadem Antiphona de eodem Festo sim-  
plici per se minime dicatur. Vid. di-  
cta 14. Januar. art. 1. n. 26.
- 3 In Officio S. Agathæ V. & M.  
dicuntur Psalmi de communi unius  
M. viri , & plurium MM. Virorum ,

TOM. II.

ob ejus nimium præclara merita ,  
inquit Gavant. in Rubr. Brev. Se&  
6. c. 4. ad hanc diem : puta , ob  
ejus animum plusquam muliebrem ,  
& virilem fortitudinem in Martyrio ; ut cum eodem Gavanto de S.  
Agnete dixit aus 21. Januar. art. 1.

### A R T I C U L U S II.

*De Missâ.*

**T**N Festo Sanctæ Agathæ Virgin. 4  
& Martyr. dupl. Missa propr. ad  
Introitum : *Gaudemus* , & in Or.  
Nobis quoque peccatoribus , inclinetur  
caput ad nomen S. Agathæ , & ubi  
alias invocetur ; ex Rubr. Miss. de  
rit. Celebr. tit. 5. nu. 2. Vid. dicta  
18. Januar. art. 2. col. param. rub.  
Nota hic , quoad Festum S. Aga-  
thæ : aliquando tam mature cele-  
brari Pascha , ut Quadragesima in-  
ciipiat circa hoc initium Februarii ;  
sic ann. 1761. dies Cinerum fuit 4.  
Februar. consequenter Festum S. A-  
gathæ V. & M. occurrit intra Qua-  
dragesimam . Jamvero in hoc casu  
Civitas Catanensis transferre consue-  
vit publicas solemnitates , & commu-  
nia signa lætitiae , quæ universus popu-  
lus Catanensis præbere solet per aliquot  
dies , in honorem laudæ Sanctæ Vir-  
ginis suæ Patronæ principalis ; trans-  
ferre, inquam , consuevit post Quadra-  
gesimam , ratione , & respectu jejunii  
Y Qua-

Quadragesimatis; non item ipsum Festum quoad Chorum, & Forum: seu quoad Officium & obligationem assistendi Sacro, & abstinendi a servilibus. Vide dicenda in Septembr. par. 1. Sect. 5. Subse 5. ubi de Junio Quatuor Tempor. prope finem n. 72.

- 6 In favorem etiam eorum, quos respicit, notamus hic sequentem declarationem S. C. R. in Collen. Praedita enim S. C. interrogata a Capitulo Cathedralis Collensis: an sit tolleranda consuetudo, quod Heb-

domadarius, vel aliis Canonicus post Processionem, in Festo S. Agathæ Virg. & Mart. stans ad Altare missæ, benedicat populum, habens tantum superpelliceum, & stolam, sicut in aliis Processionibus, in quibus circumferuntur aliae Reliquæ cum Alba, stola & Pluviali? Respondit: posse permitti. 5. Julii 1698. apud Ferrar. V. Officium Divinum, art. 3. fine: Merat. ind. Decr. Miss. n. 534. Vid. Caval. tom. 4. cap. 17. Commept. in d. 8. & dicenda 21. Octob. art. 2. fine.

## C A P U T      VI.

### N O T A N D A    VI.    F E B R U A R I I.

#### E X P L I C A N T U R    A R T I C U L I S    II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

#### A R T I C U L U S    I.

##### *De Horis Canoniciis.*

- 1 VN Calend. Rom. S. Dorotheæ V. & Mart. simpl. extra Quadrages. Noctur. Fer. occurrit. 1. & 2. lect. de Script. occurrit. 3. 1. proprie. Or. *Indulgenciam*, de commun. V. & M. 2. loco: reliqua, ut in eodem communi Virg. & M. Vesperæ de sequ. Festo S. Romualdi Ab. dupl. de comm. Conf. non Pont. Or. *Interciso*, de comm. Ab. In hymno: *Iste Confessor*: mutatur tertius versus.

- 2 Nota hic: in Martyrolog. Romano hodie legi S. Dorotheam passam sub *Apricio*; in Breviariorum autem sub *Apricio*. Nihilominus inter se non discrepant, utroque enim nomine vocabatur ille Praeses: ut ex

Historicis constare testatur *Gavant.* in concordia Martyrol. cum Brev. loco a nobis cit. 19. Januar. art. 1. nu. II. qui id etiam confirmat exemplo: hoc est: sicut Aprianus Tyrorum Episcopus in vita S. Pachomii appellatur *Sapron* a S. Athanasio *Apolog.* 2. de fuga sua; Et apud Italois *Luigi*, *Aloisio*, *Ludovico*, quæ sunt idem; Videri etiam potest Baron. in not. Martyrolog. Rom. ad diem 2. Decembris. ubi de S. Bibiana.

#### A R T I C U L U S    II.

##### *De Missa.*

- vn Festo S. Dorotheæ Virg. & M. 3. simpl. extra Quadrages. Miss. *Me expectaverunt*, de comm. V. & M. 2. loco, col. param. rub.

C A.

# C A P U T VII.

N O T A N D A VII. F E B R U A R I I

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

A r t . I. *De Horis Canonicis.*

A r t . II. *De Missa.*

## A R T I C U L U S I .

*De Horis Canonicis.*

**V**N. Calend. Rom. S. Romualdi Ab. & dupl. lect. 1. noct. de Script. occurr. si autem venerit in Quadragesima. **B**eatus vir, de comm. Conf. non Pontif. 2. loco : 2. noct. propr. 3. noct. & Orat. de comm. Ab. reliqua de comm. Conf. non Pont. In hymno : *Iste Confessor*, mutatur tertius versus. In 2. Vespri a cap. de seq. Festo S. Joann. de Matha Conf. dupl. In hymno : *Iste Confessor*, mutatur tertius versus. Or. propr. &

fit comm. præced. Am ab Oratione S. Joannis expungendum fit de *Matha* propter quoddam Decretum S. C. in quo declarantur expungenda ab Orationibus cognomina, Patriarchæ Sanctorum. Vid. dicenda 2. April. art. 1. n. 2.

## A R T I C U L U S II .

*De Missa.*

**V**N. Festo S. Romualdi Abb. dupl. 2. Miss. Os justi de comm. Ab. col. param. alb.



Y 2 C A.

## C A P U T VIII.

## N O T A N D A VIII. F E B R U A R I I.

## EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De Horis Canonicis.*Art. II. *De Missa.*Art. III. *De Indulgentiis.*

## A R T I C U L U S I.

*De Horis Canonicis.*

**I**MN Calend. Rom. S. Joannis de Matha Conf. dupl. lect. 1. Noct. de Script. occurrit. Si autem venerit in Quadragesima. *Beatus vir*, de eom. Confess. non Pontif. 2. loc. 2. noct. propr. 3. noct. de praedicto eomm. 1. loc. Or. propr. reliqua de eodem eomm. In hymno: *Iste Confessor*: dicitur: *meruit supremos*. In 2. Vesp. Comm. S. Apolloniae Virg. & M. simpl. de eomm. V. M. Orat. *Deus*, *qui inter cetera*, ut in eodem eommuni 1. loco.

## A R T I C U L U S II.

*De Missa.*

**I**MN Festo S. Joannis de Matha Conf. 2. dupl. Miss. *Os Justi* de comm. Conf. non Pont. 1. loc. Or. propr. col. param. alb.

## A R T I C U L U S III.

*De Indulgentiis.*

**I**MN Festo S. Joannis de Matha Fundatoris Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum, Indul. plen. In Ecclesiis Patrum etiam Discalceatorum, & Monialium ejusdem Ordinis. Clem. X. Constit. 43 pag. 77. Tomi 7.



C A-

# C A P U T I X.

## N O T A N D A I X . F E B R U A R I I .

### E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

**A r t . I .** *De Horis Canonici s .*

**A r t . II .** *De Miss a .*

### A R T I C U L U S I .

*De Horis Canonici s .*

**I** T N Calend. Rom. S. Apolloniae V. & M. simpl. extra Quadrages. Noctur. Fer. occur. lect. 1. & 2. de Script. occur. 3. lect. propr. Or. Deus ; qui inter cetera , de comm. V. & M. i. loco , reliqua ut in eodem communi V. & M. Vesper. de seq. Festo S. Scholasticæ V. dupl.

omnia de communi unius Virg. tantum Or. propr.

Pro Reliquiis S. Apolloniae vide-ri possunt dicenda 21. Octob. n. 10. S. eadems præcipua pars .

### A R T I C U L U S I I .

*De Miss a .*

**I** T N Festo S. Apolloniae V. & M. 2. simpl. Missa Loquebar de comm. V. & M. i. loc. col. param. rub.

# C A P U T X .

## N O T A N D A X . F E B R U A R I I .

### E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I I .

**A r t . I .** *De Horis Canonici s .*

**A r t . II .** *De Miss a .*

**A r t . III .** *De Indulgentiis .*

### A R T I C U L U S I .

*De Horis Canonici s .*

**I** OFFICIUM S. Scholasticæ Virg. eunt lectionibus 1. Noctur. & Ora-tione propriis, ab omnibus , qui ad Horas canonicas tenentur , sub ritu duplice recitari , & Missa respective celebrari debet , ex Benedicto XIII.

1. Febr. 1729. apud Merat. ad hanc diem . Itaque in Calend. Rom. S. Scholasticæ V. dupl. lect. 1. Noct. de Script. occurr. Sed si venerit in Quadrages. de communi Virg. tan-tum : De Virginibus . 2. Noct. propr. 3. Noct. de comm. Virg. tantum ; reliqua de eodem comm. Or. prop. 2. Vesp. de eodem Festo .

A R -

**ARTICULUS II.**

*De Missa.*

¶ **N.** Festo. S. Scholastice V. dupl.  
¶ Missa: *Dilexisti*, de comm. Virg.  
tantum 1. loc. Or. propria col. pa-  
ram. alb.

**ARTICULUS III.**

*De Indulgencis.*

¶ **N.** Festo. S. Scholastice V. Indulg. 3  
¶ plen. in Ecclesiis Monachorum,  
& Monialium Ordinis S. Benedicti  
Clem. X. Constit. 89. pag. 158. ito. 7

**C A P U T XI.**

**NOTANDA XIII. FEBRUARII.**

**ARTICULUS UNICUS.**

*De Horis Canonicis.*

¶ **N.** Cal. Rom. in Vesp. Psalmi de  
Fer. occur. ut in Psalm. & extra

Quadragesimæ Capit. fit de sequ. Festo  
simplici S. Valentini Presbyteri, &  
Mart. de communii ua. Mart. Orati  
propri.

**C A P U T XII.**

**NOTANDA XIV. FEBRUARII.**

**EXPLICANTUR ARTICULIS II.**

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

**ARTICULUS I.**

*De Horis Canonicis.*

¶ **N.** Cal. Rom. S. Valentini Pres-  
byteri & M. simpl. extra Qua-  
dragesimam noctur. Feriæ occur. 1.  
& 2. 1. & de Script. occur. 3. lect.  
de ferme S. Augustini, ut in 2. no-  
ctur. de communii un. M. Or. pro-

pr. reliqua ut in praedicto communii  
un. M. In Vesperis Psalmi de Fer.  
occur. ut in Psalm. & extra Qua-  
dragesimæ Capit. fit de sequ. Festo  
simplici SS. MM. Faustini, & Jovi-  
tæ, de communii MM. non PP. 2.  
loco sine Commem. praecedentis sim-  
plicis, juxta Rubr. genar. Brev. tit.  
II. num. 8.

A R.

**A R T I C U L U S H.**

*De Missa.*

- 2 **VN** Festo S. Valentini M. simpl. & Missa ut in proprie. col. param. rub. Si autem venerit in Quadrag. cedit Missam Feriae; & si cadat in Fer. 3. post Dom. I. Quadrag. va-

riatur ejus secreta: conformiter ad Rubr. gen. Miss. tit. 7. nu. 8. & sumitur ex Missa *Letabatur*, de communi un. M. non Pontif. Si vero non celebretur sub ritu simplici; varieatur *Secreta Feriae* praedictae: sumatur autem *Secreta Feriae* quartæ proxime sequentis. Vid. dicenda tr. 2. ubi de Feria 2. post Dominicana secundam Quadragesimæ Sec. 2.

**C A P U T XIII.**

**N O T A N D A X V . F E B R U A R I I.**

**E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I.**

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

**A R T I C U L U S I.**

*De Horis Canonicis.*

- 1 **VN** Calend. Rom. SS. MM. Faustini & Jovitæ simpl. extra Quadrages. Noctur. Fer. occurr. 1. & 2. lect. de Script. occurr. 3. lect. propri. 2. Respons. *Hæc est vera Fraternitas.* Or. de com. MM. non PP. 2. loc. Reliq. ut in eodem comm.
- 2 Notahic: R. *Hæc est vera Fraternitas*, dicendum esse in Officio quolibet plurium MM. Fratrum post 8. lect. in Officio 9. lectionum; & post secundam in Officio trium lectionum: Fraternitas autem debet esse non impropria, & spiritualis, aut sola juris fictione, qualis est, quæ intercedit inter Religiosos ejusdem Instituti. Ex Guyeti sententia, & Cavalierii t. 2. c. 34. in d. 24. n. 5. debet dici in Officio plur. MM. Fratrum, etiamsi fiat simul de aliis non Fratribus, dummodo Mar-

tyres fratres excedant numero Martyres non Fratres. Quod si sunt pares numero Martyres non Fratres, & Martyres Fratres; dicendum item esse, vult Caval. si de Fratribus potissimum fiat in Officio, securus non esse dicendum; de iis autem potissimum agitur, qui primo loco designantur in Festo. Praedictum R. non recitatitur pro Martyribus Fratribus tempore Paschali: alligatum est enim Martyribus extra prædictum tempus Paschale: Porro tempore Paschali habetur speciale commune Martyrum, ob rationem suo loco explicandam.

**A R T I C U L U S II.**

*De Missa.*

**VN** Festo SS. MM. Faustini, & Jovitæ simpl. extra Quadrages. Missa *Salus*, de comm. plur. MM. extra tempus Paschale 3. loco, col. param. rub.

**C A -**

## C A P U T X I V.

### N O T A N D A X V I L F E B R U A R I I .

#### A R T I C U L U S U N I C U S .

*De Horis Canoniceis.*

extra Quadrages. A Cap. fit de seq.  
Festo simpl. S. Simeonis Ep. & M.  
de comm. unius M. Or. *Infirmita-*  
*tem.*

**I** N Calend. Rom. in Vesp. Psalm.  
**I** de Fer. occur. ut in Psalter. &

---

## C A P U T X V .

### N O T A N D A X V I I I . F E B R U A R I I .

#### E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

Art. I. *De Horis Canoniceis.*

Art. II. *De Missa.*

#### A R T I C U L U S I .

*De Horis Canoniceis.*

**I** N Calend. Rom. S. Simeonis Ep.  
**I** & M. simpl. extra Quadrag. no-  
datur. Fer occurrent. 1. & 2. Or. *In-*  
*firmitatem* de comm. unius M. P.  
1. loc. Reliqua ut in eodem comm.  
unius M.

#### A R T I C U L U S I I .

*De Missa.*

**I** N Festo S. Simeonis Ep. & Mart. 2  
**I** simpl. Missa *Statuit*, de commu-  
ni unius M. P. 1. loc. col. param.  
rub.



C A .

# C A P U T . X V I .

N O T A N D A X I X . F E B R U A R I I .

## A R T I C U L U S U N I C U S .

*De Horis Canonicis.*

**P**OSTquam S. Canutus pro Ordine  
Benedictino est repositus ad 20.  
Februarii , potest pridie hoc Elogium  
dici : S. Canuti Regis , & Martyris  
VII. Idus Januaril : Non variata ta-  
men dispositione Martyrologii Romani .  
S. R. C. 5. Maii 1736. in Einsid-  
len . apud Caval. to. 2. par. 2. c.  
37. d. 1. Festa , quæ apud particu-  
lares Ecclesias celebrantur alia die ,  
ab assignata in Martyrologio Roma-  
no , possunt pronunciari ex prædi-  
cto Decreto ; & si perpetuo transla-  
ta sint , pronunciari debent ex alio  
Decreto ejusdem S. C. 2. Septemb.  
1741. in Aquen. apud Caval. in ap-  
pend. ad cit. cap. 37. d. unic. pro-  
nunciari , inquam , possunt , seu de-  
bent in Martyrolog. Romano pridie  
quam celebrentur ; Non variata ta-  
men dispositione Martyrologii Romani :  
hoc est : nihilo tamen minus apud  
easdem particulares Ecclesias annun-  
cianda sunt eadem Festa iis quoque  
diebus , quibus notantur in Marty-  
rologio Romano : & quidem iisdem  
verbis in Martyrologio laudato de-  
scriptis : ut declaratur in sequenti  
Decreto : *Festa illa , qua a die obi-  
tus aliquorum Sanctorum translata ,  
sortita sunt alium diem fixum , an-  
nuncianda sunt iisdem diebus , & ver-  
bis in Martyrologio Romano descriptis .*

*Quod & earum transferantur officia ,  
pridie quam celebrentur , potest nun-  
ciari Festum illius Sancti , de quo se-  
quen. die agetur solemnis memoria .  
S. R. C. 5. Maii 1736. in Einsid-  
len . apud Caval. l. cit. c. 37. d. 2.  
Festa illa , quæ in Martyrologio Ro-  
mano notantur in die obitus San-  
ctorum , & rursus annunciantur in  
eodem Martyrologio altera die , in  
quam translata sunt , ut accidit in  
S. Canuto , qui notatur VII. Idus  
Januar. propter diem obitus , & die  
19. Januarii , eo quod ad illam diem  
fuerit translatum Officium ejusdem  
Sancti ; hujusmodi Festa , si ulterius  
transferantur apud alias Ecclesias ,  
sunt nihilominus annucianda iis  
diebus , iisdemque verbis , quibus in  
Martyrologio describuntur , & tertio  
tandem pridie quam celebrentur in  
iisdem particularibus Ecclesiis . Elo-  
gium vero , quo annunciantur San-  
cti extra diem Natalitiam fixi , bre-  
ve admodum esse debet ; & sufficit ,  
in eo indicare nomen Sancti , una  
cum die ejusdem Natalitia , cui re-  
servari debet annuntiatio loci mor-  
tis , passionis , laudum , & vitæ  
qualitatis , in qua re ipsa in Marty-  
rologio recensentur . Vid. Caval. in  
cit. d. l. n. 3. Sancti translati ali-  
quando per accidens , annunciari pri-  
die possunt , vel simpliciter , v. g.  
sic S. Antonii Abbatis ; vel modo  
prædicto . Cavalierius in cit. d. 2.  
num. 3.*

## C A P U T X V I I .

## N O T A N D A X X I . F E B R U A R I I

## ARTICULUS UNICUS.

*De Horis Canonicas.*

**V**ESPRAE de seqq. Festo Cathedræ S. Petri Ap. Antiochiae dupl. maj. Psalmi , & eorum Antiph. & Capitulum de comm. Confess. Pont. reliqua ut in 1. Vesperis similis Fe-

sti Cathedræ ejusdem S. Petri Romæ, in Brev. Rom. 18. Januar. & fit Commemor. S. Pauli Apost. ante alias quascumque Commemorationes , etiam Festi duplicitis , aut Dominicæ , aut Fer. Quadragesimæ venerit in Quadragesima , ut in Brev. l. cit. ob rationem assignatam 18. Januar. art. 1. n. 2.

## C A P U T X V I I I .

## N O T A N D A X X I I . F E B R U A R I I .

## EXPLICANTUR ARTICULIS IL.

*Art. I. De Horis Canonicas.**Art. II. De Missa.*

## A R T I C U L U S I .

*De Horis Canonicas.*

**I**n Cal. Rom. Cathedræ S. Petri Ap. qua Antiochiae primum sed sit dupl. maj. ex Brev. Rom. in duab. tabell. excerpt. & Rubr. general. Lect. 1. noct. ut in Cathed. Rom. 18. Januar. 2. & 3. noct. propri., reliqua de comm. Conf. Pontif. & ut in Cathed. Rom. & fit Commem. S. Pauli Apost. ut ibi , 2. Vesperæ de eodem Festo , ut in Cathed. Rom. , & post Comm. S. Pauli fit Commem. sequ. Festi semidupl. S. Margaritæ de Cortona in Italia , & Insulis adjacentibus , de communi nec Virg. nec Mart.

Or. autem propr. Pro Antiph. S. Margaritæ ad *Magnificat* videantur dicenda sequenti die n. 11. fine.

Si Festum Cathedræ S. Petri An. 2 tiochiae ante Quadragesimam venerit in Sabbato , vel transferatur in Fer. secundam , & annus non fuerit bissextilis , legitur nona lectio de Homilia Vigiliæ S. Mathiae , & de ea fit Commem. in Laudibus post Commemorationem S. Pauli . In Quadragesima autem nona lectio erit de homilia Feriarum occurritis cum Commem. de ea , & nihil fit de Vigilia , nisi in Missa . Rubric. Breviarii hic.

Si Festum Cathedræ S. Petri An. 3 tiochiae concurrat cum Dominica Sexagesimæ ; nihil refert , dici bis Ora-

tio-

tionem de S. Paulo Apost. primo scilicet illam de ejus Commemoratione post Orationem S. Petri: deinde alteram de Dominica illa, in qua fit etiam mentio S. Pauli sub nomine Doctoris Gentium; nihil, inquam, refert: etenim id fit sub diversa ratione formali: nimurum primo sub ratione Commemoratio- nis; secundo sub ratione, & titulo Stationis, quæ, ut in Missali dicitur, in illa Dominica est ad S. Paulum. Titulus autem Stationis non est Commemoratio. Confer dicenda tr. 2. in Domin. Sexagesimæ n. 2. & Gavant. in Rubr. Brev. Secl. 7. cap. 4. de SS. Febr. die 22. & in Rubric. Missalis part. 4. tit. 5. num. 15.

Si Festum Cathedræ S. Petri Apost. haberet Octavam, quid notandum; vide 18. Januar. art. 1. n. 4. & dicenda 24. hujus art. 6. n. 12.

De Origine, & ratione hujus Festi agit Durand. in Ration. Officior. lib. 7. c. 8. ubi etiam explicat, quare hoc Festum olim dicebatur Festum B. Petri epularum? videri etiam possunt dicta 18. Januar. art. 1. num. 5.

4 In Anno bissextili nulla fit hodie mentio de Vigilia S. Mathiæ Ap. in Martyrologii lectione, ea enim celebranda est in hec non die 24. cum Festum Laudati Apostoli celeb randum in hoc casu sit die 25. ut dicemus. Itaque indicata die sequenti 23. Februarii, & die Lunæ, leguntur Festa notata sub die 23. prætermissa Vigilia S. Mathiæ Apost. quæ ibi describitur in capite.

Nota hic: Translata Vigilia in Sabbatum, non anticipari lectionem de Vigilia in lectione Martyrologii, licet anticipetur Officium cum jeju-

nio. Vid. Caval. ro. 2. part. 2. c. 37. in d. 2. num. 8. Quapropter in anno bissextili nulla fit hodie men- tio de Vigilia S. Mathiæ in Mar tyrologio, etiamsi cras sit Sab batum; atque adeo celebretur jeju- nium & Officium Vigiliae Sancti Mathiæ.

## ARTICULUS II.

### *De Missa.*

IN Festo Cathedræ Antiochenæ S. & Petri Apost. dup. maj. Missa pro pr. ut in Festo Cathedræ Romanæ 18. Januarii; Comm. S. Pauli Apost. ante quamlibet Commemorationem, etiam Dominicæ, si occurrat, aut Feriæ Quadragesimæ, si venerit in Quadrag. Porro si hoc Festum venerit in Quadragesima, fit Commem. Feriæ, & ejusdem Evang. legitur in fine. Credo. Rubr. gen. Miss. tit. II. Præfat. Apostol. Ad nomen Petri, & Pauli inclinetur caput in illis partibus Missæ, quas indicavimus 18. Januar. art. 2. & præterea nota hic: quod aliquando Festum hoc incidit in Sabbatum ante Dominicam secundam Quadragesimæ, ut ann. 1777. quo casu in fine Missæ legitur Evang. Feriæ, occurrerent. quod est de transfiguratione Christi Domini, in quo Evangelio nominatur S. Petrus, atque adeo etiam hic erit caput. inclinandum.

Si in Officio facta sit Commemo ratio, & lecta nona lectio de Vigilia S. Mathiæ Apost. ut in casu, de quo num. 2. tunc etiam in Mis sa fiet de eadem Commemoratio post Commem. S. Pauli, & Evang. ejusdem legetur in fine.

Z 2

Si

7 Si de Cathedra S. Petri reciteretur intra Quadragesimam in Vigilia S. Mathiae, tunc de Vigilia prædicta fieri tantum in Missa Commemoratio post Commem. Feriae Quadrage-

simalis, & ejusdem Feriae Evang. legetur in fine.

In Feste Cathedræ S. Petri color S param. alb. Rubric. gen. Miss. tit. 18. num. 2.

## C A P U T X I X.

### N O T A N D A XXIII. F E B R U A R I I.

#### E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missæ.*

Art. III. *De Jejunio.*

#### A R T I C U L U S I.

##### *De Horis Canoniciis.*

1 IN Cal. Rom. extra annum bissextilam fit de Vigilia S. Mathiae Apost. ( nisi hodie sit Dominica . ) Tres lectiones leguntur de communione in Vigil. Apost. Orat. ut in Breviari. hodie . Vesp. de sequenti Feste S. Mathiae Apost. dupl. 2. cl. (nisi hodie sit Sabbatum intra Quadragesimam . ) Omnia de communione Apost. Or. propri.

2 Si Vigilia S. Mathiae venerit intra Quadragesimam , nihil in Officio fit de Vigilia , sed tantum in Missa Commemoratio . Confer dicenda tr. 2. l. 4. par. 1. c. 3. nu. 2. fine . Vesperæ autem (nisi fuerit Sabbatum,) de sequi. Feste S. Mathiae cum comm. Feriae.

3 Occurrente Vigilia S. Mathiae in Feria secunda , aut tertia post Dominicam Quinquagesimæ , etiam in casu ( de quo infra art. 3. ) quod transferretur jejuniuni hujus Vigilie ,

Officium Vigilie non transfertur , sed manet affixum suæ diei vigesimaliæ tertiae , vel in anno bissextili diei vigesimaliæ quartæ ; quia non est causa Vigiliam , seu illius Officium transferendi , & ab eo separari potest jejunium . La-Croix lib. 3. par. 2. de jejunio qu. 242. & Gavant. in Rubr. Brev. Seçt. 3. c. 7. nu. 3. Et nota hic : Officium Vigilie descriptæ in Calend. Rom. recitandum esse ab iis , qui recitant Officium juxta ritum Romanum , etiam in iis Vigiliis , in quibus fortasse in loco non sit consuetudo jejunandi in tali Vigilia , puta in hac S. Mathiae ; & recitandum ibidem erit Officium Vigilie eo prorsus modo , quo Breviarii Romani Rubricæ disponunt in Vigiliis cum jejunio ; & sic etiam ibi dicendæ sunt Preces , & quidem flexis genibus . Vid. Caval. tom. 2. c. 15. in d. 2. a nu. 5. Merat. to. 2. Seçt. 5. c. 17. n. 1.

Si Vigilia S. Mathiae incidat in 4 Feriam tertiam post Dominicam Quadragesimæ , licet Officium Festi se-

Sq[ue]ntis ejusdem S. Mathiae trans-  
ferendum erit in Feriam quintam ,  
ut die sequ. n. 6. dicetur ; attamen  
hæc Vigilia , seu Officium ipsum Vi-  
gilie manet affixum suæ diei . La-  
Croix l. cit. Eo igitur casu , quo dies  
sequens Vigiliam S. Mathiae fuerit  
Feria IV. Cinerum , & ideo trans-  
feratur Festum in Choro , seu Offi-  
cium Festi S. Mathiae in Feriam  
quintam proxime sequentem ; si fa-  
ctum sit Officium Feriale de Vigilie ;  
in Vesperis recitantur preces  
Feriales cum Oratione præcedentis  
Dominicæ , non autem Vigilie .  
Rubr. gen. Brev. tit. 34. n. 5.

5 In anno bissextili , si hodie non  
fuerit Sabbatum , Vigilia S. Mathiae  
celebrabitur sequenti die 24. quia  
illius Festum in eo casu celebран-  
dum erit die 25. In eodem anno  
bissextili , si hodie fuerit Feria sex-  
ta post Dom. Sexagesimæ , &  
recitentur Vesperæ integræ de Feria ;  
quid pro Antiphona ad *Magnificat*  
notandum ? vide tr. 2. ubi de Feria  
V. post Dom. Sexages. n. 5.

6 In anno bissextili in Lectione  
Martyrologii annuncianta est hodie  
Vigilia S. Mathiae Ap. pro die seq.  
24. Annunciabitur autem prædicta  
Vigilia tantum cum clausula infra-  
dicenda n. 8. nihil vero de Festis de-  
scriptis ibi sub die 24. sed Festa ibi  
descripta legantur ipsa die 24. tam-  
quam celebranda die 25. Porro in  
anno bissextili , de quo in proœmio  
hujus Tractatus l. dictum est : dies  
24. & 25. Febr. reputantur pro uni-  
co die , veterum Romanorum mo-  
re , qui in utroque dicebant die :  
VI. Calend. Martii , idest : sexto die  
ante Calendas Martii ; unde annus  
& mensis hic nuncupatur Bissextilis :  
vid. dicta loc. cit. quo more usitur

Ecclesia Romana ; & ideo in Mar-  
tyrologio Romano , quoties annus  
est bissextilis , in duobus prædictis die-  
bus 24. & 25. Februarii legit sexto  
Calendas Martii , & omittit lectionem  
Martyrologii diei 24. modo jam  
significato .

In anno bissextili , sicut Festa in 7  
Martyrologio descripta die 24. le-  
guntur ipsa die 24. tamquam cele-  
branda die 25. sic quoque faciendum  
erit in Festis sequentibus , seu se-  
quentibus lectionibus Martyrologii ;  
sequentia nimirum Festa annuncian-  
tur ipsa die , qua descripta sunt in  
Martyrologio , sed tamquam occur-  
rentia , ac celebranda die sequenti ,  
qua & indicatur . Hujusmodi vero  
regulam legendi Martyrologium in  
Anno bissextili exemplo reddimus  
clariorē. Incipimus a die 23. nam  
die 22. quomodo sit legendum Mar-  
tyrologium ? diximus ibi n. 4.

Itaque in anno bissextili , die 23. 8  
Februarii : indicato die sequenti 24.  
(qui dicitur : sexto Calendas Mar-  
tii : ) & die Lunæ , annuciatur Vi-  
gilie S. Mathiae Apost. tantum : no-  
tata in capite lectionis diei 23. in  
Martyrologio ; & nihil legitur de  
Festis notatis sub die 24. sed annun-  
ciata Vigilia S. Mathiae , ibi termi-  
natur lectione cum solita clausula ad-  
hibenda in lectione Martyrologii ,  
nimirum : Item commemoratione pluri-  
morum SS. MM. & Confessorum , at-  
que Sanctorum Virginum . & Deo gra-  
tias . Postridie vero , ipso die 24. Fe-  
bruarii , indicato sequenti die 25. (qui  
rursus dicitur : sexto Calendas Mar-  
tii : ) & indicato die Lunæ , qui  
dies Lunæ erit idem , qui indicatus  
fuit die 23. videlicet occurrens ipso  
die 24. in Martyrologio ; leguntur  
Festa descripta sub ipso die 24. quo  
pri-

pridie, scilicet die 23. prælegi debuissent, nisi intercurrisset bissexus, & leguntur omnia, ut jacent, incipiendo nimirum a Fefto S. Mathiae.

Nota hie: quod cum in anno bissextili duplex littera Dominicalis assignetur, prior littera Dominicalis, quæ assumpta fuit in mense Januario, mutatur in aliam posteriorem a die 25., in qua celebratur Festum S. Mathiae, usque ad finem anni. Vide tabell. ad hanc rem præfix. Brev. Rom. & videri potest Merat. to. 2. ubi de ordine perpet. & gener. recit. Offic. not. 2. & 18. reg. 1. §. In anno vero bissexto.

Tum perendo in Martyrologio: 25. Febr. indicato die 26. mensis, (qui dicitur: quinto Calendas Martii,) & notato die Lunæ, qui occurrit ipso die 25. leguntur Festa notata sub eodem die 25.

— 26. — Februarii indicato die 27. (qui dicitur: quarto Calendas Martii,) & notato die Lunæ, qui occurrit ipso die 26. leguntur Festa notata eodem die 26.

— 27. — Februarii indicato die 28. (qui dicitur: tertio Calendas Martii,) & notato die Lunæ, qui occurrit ipso die 27. leguntur Festa notata eodem die 27.

— 28. — Februarii, indicato die 29. (qui dicitur: pridie Calendas Martii,) & notato die Lunæ, qui occurrit ipso die 28., leguntur Festa notata eodem die 28.

— 29. — Februarii, indicatis Calendis, seu die primo Martii, & notato die Lunæ, qui occurrit die 1. Martii, leguntur Festa notata die 1. Martii.

9 Ex his facile est intelligere, quod Festa, quæ in anno communi occurunt, & celebrantur die 24. Fe-

bruarii, eadem in anno bissextili sententur occurtere, atque adeo sunt celebranda die 25., & quæ in anno communi celebrantur die 25. in anno bissextili celebranda sunt die 26., & sic de reliquis diebus Februarii; vide dicenda 25. hujus numer. 3.

Jam ad alia ad hunc articulum 10 de Horis Canonici pertinentia procedendo, notamus, quod illa Officia, quæ semel in mense, aut hebdomada recitari concessa sunt, prohibentur in Vigiliis quibuscumque, sive cum jejunio, sive absque jejunio; vide dicta lib. 2. par. 1. c. 2. num. 3.

*Officium S. Margarite de Cortona* 11  
Ord: Min. de communi nec Virg. nec Martyr. cum oratione, lectionibus secundi Nocturni, & Antiphonis ad Benedictus, & Magnificat ac Missa propriis celebretur die 23. Februarii. sub ritu semidupl. in tota Italia. S. R. C. 5. Maii 1736. annuente Clemente XII. 11. ejusdem mensis, & anni, apud Merat. to. 1. in Gavant. ad hunc diem, & in opere ejusdem Merat. in 2. append. Decr. Miss. nu. 821. & Breviar. nu. 377. Cum simpliciter dicatur Celebrandum in tota Italia; in quæstione ponit Cavalierius tom. 1. c. 12. Comment. in Decret. 2. a n. 6. an hoc Officium valeat recitari in Insulis adjacentibus Italiae? Verum hoc Officium pro tota Italia, & Insulis adjacentibus dicitur concessum in Brevario Romano, quo ego utor, edito Venetiis anno 1753.

Itaque si hodie non fuerit Dominicana, in tota Italia, & Insulis adjacentibus recitatur Officium S. Margarite de Cortona semid. lect. 1. Noct. de Script. occur. Si autem

vc-

venerit in Quadragesima : *Mulierem fortē* : ut in Communi nec Virg. nec Martyr. 2. Noct. propr. 3. Noct. *Tbesauro*, ut in prædicto Communi.

In anno non bissextili ante Quadragesimam lectio nona legitur de Vigilia S. Mathiae Apost. ut supra n. 1. Similiter fiat in anno etiam bissextili, si hodie fuerit Sabbathum, quia Officium Vigiliae S. Mathiae anticipatur in Sabbato, licet Festum ejusdem S. Apostoli celebretur Feria secunda, seu die 25. Si autem hoc Festum S. Margaritæ inciderit in Quadrages. lectio nona erit de Homil. Feriæ occurrit.

Antiphona ad *Benedictus* & Oratio propr. reliqua de communi nec Virg. nec Martyrum.

In *Laudibus* ante Quadrag. in anno communi, seu non bissextili fiat Commemoratio Vigiliae S. Mathiae Apost. Antiph. & V. de Fer. occurrit. ut in Psalt. Orat. propria. Similiter fiat in anno bissextili, si hodie fuerit Sabbathum.

Si vero fuerit Quadragesima, fiat commemoratio Feriæ: de Vigilia autem S. Mathiae nihil sit in Officio, sed tantum in Missa commemoratio.

In anno communi, seu non bissextili Vespere integræ erunt de S. Mathiae Apost. dupl. 2. cl. ut supra n. 1. sine Commemoratione præcedentia semiduplicis, sed sic Commemoratio Feriæ, si sit Quadrag. Si vero sequatur Dominica privilegiata, (quoniam Festum S. Mathiae transferendum erit:) Vespere usque ad Capit. erunt de S. Margarita, ut in com. nec V. nec M. & a capitulo de Dom. cum Com. præc. Antiph. pr. In anno autem bissextili, quoniam Festum S. Mathiae celebran-

dum erit die 25., ideo tunc 2. Vespere integræ erunt de S. Margarita ut in communi nec Virg. nec Martyr. sed Antiph. ad Magnis. & Or. propr. quod si fuerit Quadragesima, fiat Commemoratio Feriæ. Si vero sequatur Dominica, fiat ut supra. Putat Caval. Ioc. cit. n. 5. & tom. 2. c. 34. Comm. in Decr. 25. n. 4. Si Festum S. Margaritæ de Octona concurrat cum sequenti dupl. 2. cl. quoniam deperdit Commemoratioem: Antiphonam propriam, quam habet in 2. Vesp. ad *Magnificat*, valde decere, adhiberi in 2. Vesperis pro Antiphona: *Simile est Regnum Cælorum*, quæ nullatenus est propria, sed de communi: vetum cum Antiphona propria data sit secundis Vesperis S. Margaritæ, quæ sunt certe in ritu Ecclesiæ minus solemnes; putarem etiam primis Vespere solemnioribus, tanquam propriam aptatam fuisse illam, quæ ceteroqui est de communi: idque ob non impropriam allusionem ad *Margaritam inventam*, quæ ibi legitur.

Prædictum Festum S. Margaritæ celebratur sub ritu dupl. 2. cl. eum Octava ab omnibus Minoribus, etiam Monialibus, & Tertiariis ejusdem Ordinis, nec non ab universo Clero Seculari, & Regulari Civitatis, & Diœcesis Corton. ex confectione Benedicti XIII. uti habetur apud Lucium Ferrar. in sua Biblio. V. Resolut. SS. CC. in priori ind. Decretor. n. 434.

## ARTICULUS II.

### *De Missa.*

Vigilia S. Mathiae Apost. Mis-  
sa de communi in Vigil. un. Ap-  
se.

secunda Oratio erit de B. V. *Concede*: *tertia Ecclesie*, vel pro Papa. Si autem venerit infra Quadrag. dicitur Missa de Fer. Quadrag. cum Commemor. Vig. cuius non legitur Ev. in fine, vide dicenda tr. 2. lib. 4. par. 1. cap. 4. numer. 8. In Missa Vigiliæ Sanctæ Mathiæ, aut in qua fiat de ea commemoratio, inclinetur caput ad nomen Mathiæ in Canon. in Orat. *Nobis quoque peccatoribus*, & ubique nominetur, ex Rubric. Miss. de rit. celebr. tit. 5. n. 2. vid. dicta 18. Januar. art. 2. & dicenda 20. Decembr. nu. 5. Col. param. violæ. vide infra dicenda nu. 19.

14 In tota Italia, & Insulis adiacentibus, si non fuerit Dominica, dicitur Missa de S. Margarita Coronensi semid. ut in prop. & fit Commemoratio Vigiliæ S. Mathiæ Apostoli, & ejusdem Evang. legitur in fine, si non fuerit annus bissextilis; sed & in anno bissextili similiter fiat, si hodie fuerit Sabbathum. Param. col. alb.

Etsi in Vigiliis, quæ jejunantur, si in Missa sit de Vigilia, dicantur tres Orationes (excepta Vigilia Nativitatis Domini, & Pentecostes:) ac secunda Oratio sit de Beata Virgine (ob rationem assignandam 8. Decembr. num. 5. excepta Vigilia omnium Sanctorum.) *tertia Ecclesie*; vel pro Papa; at vero si Missa sit de Festo semiduplici, secunda Oratio est de Vigilia, *tertia de tempore*. La Croix lib. 6. par. 2. qu. 64. §. 11. videlicet *A cunctis*, ut explicatur in sequenti Decreto: *Translato Festo semiduplici ad Vigiliam alicujus Apostoli, in Missa Festi tertia Oratio debet esse A cunctis.* S. R. C. 15. Se-

membr. 1736. in *Toletana*; apud Merat. Ind. Decret. Miss. nu. 694. *Translato Festo*: eadem ratio militat, *occurrente Festo*. Porro Orationes Missæ de Festo debent esse, quas Festum exposcit, non quas Missæ Vigiliæ, quæ vacat, & in Missa Festi solam habet Commemoracionem, ut animadvertis Caval. to. 2. c. 33. Comment. in Decr. 7. n. 6. Vide dicenda 31. Octobr. art. 2. n. 8. *Tertia oratio debet esse A cunctis*, quæ est secunda de tempore, quo casus possit accidere; nam licet tempore paschali 2. Oratio non sit *A cunctis*, eo tamen tempore non celebrantur Apostolorum Vigiliæ; Confer dicenda 30. Aprilis artic. 4. & tr. 2. lib. 5. par. 1. cap. 4. nu. 4. Rursus etsi tempore Adventus celebrentur Vigiliæ Apostolorum: sed si in iis Vigiliis dicatur Missa de Festo semiduplici 2. Or. est de Vigilia. Confer dicenda in Vigil. S. Andreæ Apost. 29. Novembr. art. 2. n. 10. & in Vigil. S. Thomæ Apost. 20. Decembr. art. 2. n. 6. & 7. Ab Epiphania vero ad Purificationem non occurunt Apostolorum Festa primaria, atque adeo neque Vigiliæ, præfata autem Oratio *A Cunctis*, est secunda de tempore a Purificatione ad Dominicam Passionis, & a Pentecoste ad Adventum: quibus temporibus supradictus casus potest accidere in Vigiliis Apostolorum; rite ergo in allegato Decreto dicatur absolute: *tertia oratio debet esse A Cunctis*. His autem positis, in Missa S. Margaritæ sub ritu semiduplici 2. Orat. est de Vigilia S. Mathiæ, 3. *A Cunctis*, quæ est secunda de tempore, uti notavimus, quæ correspondet suffragiis communibus Sanctorum, & in Missa de Festo semiduplici.

duplici a Lubricis prescribitur recitari, quoties illa in Officio locum habent: tempore ab Octava Epiphaniæ ad Purificationem dumtaxat excepto.

Si Festum S. Margaritæ venerit in Quadragesima, fit Commemoratio Feriæ ante Commemorationem Vigilæ S. Mathiæ, & in fine legitur Evangelium Feriæ Quadragesimæ. Confer dicenda tr. 2. lib. 1. par. 1. c. 3. n. 3. & lib. 4. par. 1. c. 4. num. 8.

<sup>15</sup> In Cathedralibus, & Collegiatis occurrente Festo duplice, vel semiduplici, aut Octava in Vigiliis, dicendæ sunt duæ Missæ Conventuales, una de Festo, altera de Vigilia; pro quibus vide dicta lib. 1. c. 2. qu. 5. & sequentib. interrogat. ac dicenda in Septembri par. 1. a n. 21. & 8. Decembr. n. 22. & tr. 2. lib. 4. par. 1. ca. 4. a num. 10. Cur dicantur duæ Missæ? vide in Septembr. cit. par. 1. n. 21. Nominne Octavæ hic intelligitur solum ipsa dies Octava, non item qualibet dies infra Octavam; vide dicenda 27. Junii art. 2. n. 6.

<sup>16</sup> In Vigiliis communibus, quæ veniunt infra Octavam non privilegiata, si fiat Officium de ea, seu de die infra Octav. tunc Missa dicitur de Vigilia cum Commemoratione Octavæ. Rubr. gen. Miss. tit. 3. n. 2. & ejusdem Octavæ Præfatione propria, si eam habeat. Vide dicenda 8. Decembr. nu. 22. & tr. 2. cit. c. 4. n. 15. & Fer. V. post Domin. I. Pentecost. num. 62. nec non Cavaler. tom. 2. ca. 15. Comment. in Decr. 3. Merat. tom. 1. par. 1. tit. 3. nu. 4. & 5. Quod si Octava habeat Credo, taceretur in Missa de Vigilia communi, quia

TOM. II.

est Ferialis; vid. Caval. tom. 5. c. 12. nu. 16. (alias per error. 17.) Merat. to. 1. par. 1. tit. 11. num. 14. & vide etiam dicenda 14. Aug. n. 3. Nec dicitur *Gloria* in Vigiliis communibus, seu Ferialibus; vid. rursus dicenda 14. Augusti cit. nu. 3. Discordat autem in dicto casu Missa ab Officio, quia huic Missæ proprie, convenit, ut cedat ea Missa, quæ infra Octavam sèpius repeatitur; populus etiam, quia Missæ, non Officio, solet adesse, cum adest Missæ de his Vigiliis, commovetur ad luctum: ut observat Gavantus in Rubr. Miss. par. 1. tit. 3. n. 2. litt. l. addit Meratus ibi n. 4. quod itidem monetur populus idem de obligatione jejunii per Missam de Vigilia.

In præfatis Vigiliis communibus, quæ veniunt infra Octavam, si fiat Officium de die infra Octavam in Cathedralibus, & Collegiatis, non sunt cantandæ duæ Missæ, sed una dumtaxat de Feria cum Commemoratione Octavæ. Vid. Caval. tom. 2. c. 15. in Decr. 3. num. 3. & dicenda 27. Junii n. 6. & die 8. Decembr. n. 22. Sed quæres: cur non dicantur duæ Missæ, una de die infra Octavam, altera de Vigilia: sicut infra Octavam omnium Sanctorum, una dicitur de die infra Octavam, altera pro Defunctis in Commemoratione omnium Defunctorum? Disparitas ex Gavant. l. cit. fine est; quia potest in Missa Vigiliæ fieri Commemoratio de die infra Octavam; de qua tamen non potest fieri in Missa Defunctorum; Vide etiam dicenda 27. Junii n. 7.

In Missa votiva, quæ celebrari aliquando potest infra Octavam in Adventu, Quadragesima, Quatuor Tempori.

*poribus, Vigiliis, & Feria secunda Rogationum, prima Oratio erit de-Missa, secunda de Octava, tertia de Feria, & non recitatur Evangelium Feria in fine, sed initium S. Joannis: In principio &c. S. R. C. 23. Junii 1736. in Einsdlen; apud Merat. ind. decret. Miss. nu. 689. Quo ad Orationes plures, sermo est de Missa votiva privata, non item de solemnni: pro qua vide Decretum notandum tr. 2. lib. 4. part. 1. c. 4. num. 18.*

18 In Choro, in Missa solemnni genuflectitur ab iis, qui non sunt Praelati, ad Confessionem cum suo Psalmo. In Missis autem Vigiliarum, quæ jejunantur ( quibusdam Vigiliis exceptis, suis locis notandis: ) genuflectunt omnes etiam ad Orationes, & dicto per Celebrantem Sanctorum usque ad Pax Domini, & ad Orationes post Communionem. Rubr. gen. Miss. tit. 17. n. 5. Et in Missa etiam Feriali, quæ substituitur Missa de Octava, est genuflecdendum in Choro. S. R. C. 27. Junii 1736. apud Merat. ind. Decret. Miss. num. 688.

19 In Missa de Vigilia paramentorum color violaceus, qui color adhibetur in omnibus Vigiliis habentibus jejunium ex Rubr. gen. Miss. tit. 18. num. 5. Cum enim jejunamus, carnem nostram crucifigentes maceramus, ut sic facta livida, Christi livoribus conformetur, cuius livo-  
re sanati sumus. *Izajæ 53. 5.* Ad quod designandum, nec non animi tristitiam indicandam, & mœorem, ob passionem Sanctorum, & propter peccata nostra, colore utimur violaceo, qui lividus est. Durand. in Ration. Offic. lib. 3. c. 18. n. 10. Ob rationem eamdem praedictus co-

lor adhibetur in aliis diebus jejuniorum in Missa, & Officio de tempore: ut in diebus jejunii Quatuor Temporum: exceptis diebus jejunii infra Octavam Pentecostes, & Vigilia in Sabbato ante Dominicam Pentecostes post benedictionem Fontis baptismalis. Rubr. gen. Miss. 1. cit. Quia tunc prævalet respectus, & ratio Festi Pentecostes, & ejusdem Octavæ. Item color violaceus adhibetur in aliis diebus afflictionis, & penitentiarum in Officiis Ecclesiasticis, ad id ostendendum, institutis, atque peractis: ut in Missa Litaniarum Majorum, & Minorum, seu Rogationum, & in Processionibus, quæ illis diebus fiunt, ac generaliter in omnibus Processionibus; exceptis Processionibus SS. Sacramenti, (de quibus alibi: ) & quæ fiunt in diebus solemnibus, vel pro gratiarum actione, ex Rubr. gen. Miss. loc. cit., vid. dicenda 3. Maji nu. 9. & die 21. Octobr. art. 2. n. 21. Colorem autem violaceum posse adhiberi in Missis etiam Defunctorum, notabimus suo loco, sub die 2. Novembr. ubi de Commemoratione omnium Def.

Si Officium, & Missa discordent, color Altaris sequatur Officium: Vestitum autem Sacerdotis color sit Missæ conformis. Pro Missa vero solemnni convenit, ut color etiam Altaris concordet colori Paramentorum Missæ. Vide dicenda 2. Novembr. n. 81.

A R.

**ARTICULUS III.**

*De Jejunio.*

**AGITUR SECTIONIBUS II.**

**Sect. I. De Obligatione jejunandi in Vigilia S. Matthei Ap.**

**Sect. II. De jejunio S. Matthei occurrente in Fer. II. aut III. post Dom. Quinquag. vel Feria V. post Dominic. Sexages.**

**SECTIO I.**

*De obligatione jejunandi in Vigilia S. Matthei Apostoli.*

20 **D**OCCUIT Joannes Beleth de divinis Offic. c. 11. post medium : in Vigilia S. Mathie Apostoli non esse jejunium institutum : quia , inquit , Festum ejus in Quadragesima frequentius solet contingere , quando aliqui semper jejunatur ; vel quia non fuit ex primitivis Apostolis ab ipso Christo Domino electis , sed post passionem Domini electus fuit ab Apostolis , & Discipulis Domini , ut constat . Ita Beleth . Similiter putavit Paludanus Patriarcha Hierosolymitanus in 4. dist. 15. qu. 4. art. 3. concl. 2. in Vigilia S. Mathie Apostoli non esse jejunium ex obligatione , nisi solum ubi esset consuetudo .

Sed dicendum est : In Vigilia S. Mathie Apostoli esse universalem obligationem gravem jejunandi . Colligitur ex C. *Consilium* , de observat. Jejunior. ubi ex Innoc. III. dicitur , quod omnium Apostolorum Vigiliae sunt in observatione jejunii celebran-

dæ , præter Vigilias Apostolorum Philippi , & Jacobi , & Beati Joannis Evangelistæ ( ob rationem suo loco assignandam . ) Verum etiam habetur expresse ex eodem Innoc. III. C. ex parte , eodem tit. de obseruat. jejun. ubi Pontifex affirmat : quod in Beati Mathie Apostoli debeat vigilia jejunari . Idipsum habetur ex Alexandr. III. C. *Quæfirvit* , de verb. signific. inferius allegando . Quamvis Cavalierius Comment. in Decr. S. C. R. to. 2. c. 15. n. 13. dicat : obligationem jejunandi in Vigiliis nonnisi a consuetudine repeti posse ; cum laudati Pontifices ipsi Alexander III. & Innocentius III. in allegatis Decretalibus non quid novi indicare , sed adniti , ne vetustus mos pereat , videantur ; & Innocentium III. Archiepiscopo Bracharense respondentem : *Consultationi tuae respondemus* : præceptum non imponere , sed proponere consuetudinem Romanæ Ecclesie ad imitandum . Quod autem idem Innocentius de Apostolorum Vigiliis habet : *Vigiliae sunt in observatione jejunii celebrandæ* : ait Caval. non Pontifici respondenti adscribendum esse , sed S. Raymundo ; qui Pontificum responsa in Decretalium libros inserens , ipsa expressa aliquando non retulit , sed contraxit , phrasemque paulo severiore illis tribuit : & constare in casu nostro , ex Raynaldo ad ann. 1206. n. 35. non levem portionem Epistolæ Innoc. III. adducente , in qua præceptum non extat , sed consilium . Ita Caval.

Sed quidquid sit de his , jam certum est : quotiescumque Ecclesia prescribit aliquid jejunium universale , eo ipso illud jejunum obligare sub

A a 2 gra.

gravi: nam Alexander VII. damnavit hanc 23. propositionem: *Fragens jejunium Ecclesiae, ad quod teneatur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia hoc fiat; quia non vult, se subjecere praecepto.* Item inter vulgaria præcepta Ecclesiæ, quæ utique obligant sub gravi, adnumeratur hoc præceptum jejunandi in Vigiliis, in Quadragesima, & Quatuor Temporibus. Si igitur alicubi non jejunatur in hac Vigilia, & quibusdam aliis jejuinis universalibus, id nonnisi ex contraria legitima consuetudine esse poterit. Vid. Caval. loc. cit. n. 14. & 17. Qui etiam eodem cit. c. 15. in Decr. 2. nu. 14. docet: ex consuetudine judicandum, an sit obligatio jejunandi in aliqua Vigilia, ubi Festum sequens, v. g. S. Mathiæ, S. Laurentii &c. non sit ex præcepto ex legitima consuetudine. Et to. 2. pár. 2. c. 37. in d. 2. n. 7. docet: annunciandas esse in lectio-  
ne Martyrologii Vigilias ibi nota-  
tas, etiam ubi non jejunetur, aut non celebretur Officium, vel Com-  
memoratio; per se enim, inquit, servandæ sunt, et si alicubi per ac-  
cidens non serventur, & ut annun-  
ciantur, sat est, quod juxta genera-  
lem Ecclesiæ Romanæ usum ea die obseruentur.

Jejunamus autem in Vigiliis Apostolorum, ut sicut illi passi sunt pro Christi Nominе, sic & nos compatiamus, si cum eis regnare velimus; ita vulgatus Alcuinus lib. de Divin. Offic. C. de Parasceve prope finem, & Durand. in Ration. lib. 6. c. 7. nu. 16. Item ut per quotidianam abstinentiam purificati, dignus celebremus sequentis Festi Iztitiam. Vulgar. Alcuinus loc. cit.

Quæ rationes militant pro cæteris Sanctorum Vigiliis, maxime Martyrum. Recole etiam dicta superius num. 19.

Nota hic: pro hac, & cæteris Vigiliis: jejunium *Vigiliarum* ex eo dictum esse, quod olim pridie ecclæsticarum solemnitorum Festivitatum populus Christianus non solum jejunium celebrabat, sed etiam in Ecclesia per aliquod noctis spatiū se continebat, vigilans in diuinis laudibus, & cælestibus meditationibus. Quæ tamen nunc nocturnæ Vigiliæ, præter unicam Nativitatis Domini, universales non apparent ob causam mox indicandam; mansit vero jejunii ritus, & cum eo nomen jejunii *Vigiliarum*; Ita Joan. Beleth cit. cap. 11. post initium, & c. 137. initio Durand. in Ration. lib. 6. c. 7. num. 8. Azor. Instit. Moral. par. 1. lib. 7. c. 20. qu. 9. Suarez de Relig. to. 2. lib. 4. de horis Canonicas c. 3. n. 10. Reginal. to. 1. l. 4. c. 12. Sect. 2. n. 13. Filliac. to. 2. tr. 27. par. 2. c. 5. qu. 10. n. 100. Bened. XIV. de Fest. Dom. c. 17. q. 5. Merat. to. 2. Sect. 3. c. 6. nu. 1. Causam vero, ob quam prædictæ nocturnæ Vigiliæ defecerint, quidam dicunt, suisse varios quoruendam pravorum Christianorum abusus, unde nocturnas Vigilias in Ecclesiis interdicere, expediens visum fuerit; vide Honor. in Gerama, l. 3. c. 6. Beleth, & Durand. l. cit. Theophil. Raynaud. tom. 12. Miscell. Sacr. Dissert. de sobria frequentatione Miser. c. 8. q. Vigilia abrogata presertim ob sacros homines. Caval. tom. 2. c. 15. n. 7. Alii vero Vigiliarum desuetudinem uni Populorum negligentia, ac oscitantia adscribunt. Vid. Baron.

ron. in not. Martyrolog. Rom. ad diem 5. Januar. in V. Vigilia. Ca-  
val. l. cit. a nu. 2. Merat. tom. 1.  
par. 4. tit. 13. n. 1. & to. 2. loc.  
cit. Vigilias autem antiquatas in Ec-  
clesia Latina undecimo, vel duode-  
cimo saeculo, eti in quibusdam Ec-  
clesiis viguerint usque ad saeculum  
decimum quintum, erudit Scripto-  
res tradunt. Vid. Emman. Azeved.  
de divin. Offic. Exercit. 16. & Ca-  
val. loc. cit. n. 6. & 7. qui nu. 8.  
testatur in quibuidam locis haec tenis  
nonnullas nocturnas Vigilias cele-  
brari consueuisse, quarum aliqua  
profert exempla; & videri etiam po-  
test Merat. to. 2. l. cit.

Nota 2. quod incidente jejunio  
in Dominicam, anticipatur in Sab-  
bato, vid. dicta l. 2. in Domini-  
ca n. 72. ubi etiam animadvertis-  
mus, non esse electionem, sed ob-  
ligationem anticipandi. Cur autem  
in Dominica non principiatur jeju-  
nium, diximus ibi n. 73.

Nota 3. quod cum Festum S. Ma-  
thiae Apost. in anno bissextili cele-  
bretur die 25. Febr. ideo in eo an-  
no pro ejusdem Sancti Vigilia non  
est presenti die 23. sed sequenti die  
24. jejunandum, sicut etiam Offi-  
cium Vig. faciendum; nisi dies 24.  
sit Dominica, tunc enim more so-  
lito jejunium simul cum Offic. Vigili-  
z anticipatur in Sabbato, ut dictum  
est. Extra hunc casum vero erit die  
24. celebrandum in anno bissextili.  
Constat ex Alexandr. III. C. Quæ-  
sus de Verb. signific. ubi: Fe-  
stum vero Beati Mathie, juxta con-  
suetudinem Ecclesiasticam, Vigilia ea-  
tenus præcedat, ut nec pro bissexto,  
nec pro qualibet alio modo inter se,  
et solemnitatem, aliam diem admit-  
tat; in qua utique Vigilia (nisi ve-

nerit in Dominica) jejunium celebre-  
tur: ipsum autem Festum, sive fiat  
in præcedenti die, sive in sequenti (qui  
duo quasi pro uno reputantur) nullus  
error, sed consuetudo Ecclesie tonea-  
tur. Atque id quidem optime sta-  
tuit Pontifex, cum Festum S. Ma-  
thiae celebretur die 25. ejusdem Vi-  
giliam non die 23. sed 24. cele-  
brandam. Nam eti in Bissexto dies  
25. & 24. pro uno habeantur, non  
expedit tamen, diem 23. haberi tan-  
quam immediate præcedentem res-  
pectu diei 25. In Vigiliis enim at-  
tendenda est ratio præparationis ad  
Festum, quoad fieri possit, proxi-  
mioris, juxta ecclesiasticam consue-  
tudinem, que ob solum casum oc-  
currentis Dominicæ consuevit per  
unum diem universaliter anticipare  
Vigilias, quemadmodum supra no-  
tavimus. Sed & idem privilegium  
nunc esse Vigiliæ S. Joannis Bapti-  
stæ concessum, ob respectum fo-  
lemnitatis SS. Corporis Christi, pro  
casu, quo in illam incidere: suo  
loco videbimus; quin etiam in Ap-  
pendice ad calcem Diarii c. 7. art.  
3. docebimus: idipsum existimari  
permisum in solemnitate maxima  
alicuius loci particularis, puta in  
Festo Patroni principalioris occur-  
rente in Vigilia universali.

An autem triplex peccatum com-  
mittat, qui transgreditur jejunium  
in Vigilia S. Mathie occurrente in  
Quadragesima, & insuper in Feria  
Quatuor Temporum? intelligi po-  
potest ex dicendis in Septembr. par.  
1. Sect. 3. Subf. 5.

SE

## S E C T I O II.

*De Jejunio S. Matthei occurrente Fer.  
II. aut III. post Dominic. Quinquag.  
vel Fer. V. post Dom. Sexages.*

## S U B S E C T I O I.

*An absolute possit Episcopus tollere  
obligationem Jejunii in dicto  
casu?*

22 Qu. I. An incidente Vigilia S. Mathiae Apost. in Fer. secundam, vel tertiam post Dominicam Quinquagesimam, Episcopus possit pro tota sua Dioecesi dispensare integre, seu relaxare, & omnino tollere obligationem jejunii, & abstinentiae a carne pro illa vice, & pro illo casu, ad vitandum scandalum, & occasionem peccandi, in transgressione præcepti jejunii, & abstinentiae a carne, quam multi acciperent ex Bacchannalibus?

R. Pro casu incidentiae prædicti jejunii in Feriam secundam prædicam, ad affirmandum inclinabat quidam Theologus apud Gobat to. I. tr. 5. cap. 3. Sect. 2. n. 112. ex eo motus, quod simplex translatio jejunii in Sabbatum præcedens, ad duos videlicet intermedios dies Feso, utpote insueta in Ecclesia non bene feret. Sed hanc potius scđitatem dixerim, quam opinionem. Acutum hominem miror, qui insolitam damnavit anticipationem, ut cumque tamen salvantem substantiam jejunii; non damnavit tamen omnino inauditam in Episcopo potestatem solvendi pro sua Dioecesi præceptum universalis Ecclesiae, in destructionem jejunii.

Merito ergo ipse Gobat nro. 118. & 119. fatetur, se non posse inclinare eo, quo inclinabat ille Theologus; atque ita pro resolutione questionis propositæ dicendum omnino est; non posse Episcopum, absolute loquendo, dispensare integre, seu relaxare, sive tollere obligationem jejunii universalis, jurisque communis, etiam si pro una vice, in tota sua Dioecesi; sed debere habere recursum ad Summum Pontificem. Ratio est, quia ad legis relaxationem requiritur potestas super eam; At Episcopus est inferior respectu Legis universalis Ecclesiae seu Pontificiae urgentis totam Ecclesiam. Ergo non potest Episcopus relaxationem facere Jejunii universalis Ecclesiae, sed illam obtinere a Superiori, scilicet a Pontifice Summo; uti habetur C. De Romani, de elezione. Clem. & aliis non pannis Juiris, & Glossæ locis, quæ citat Diana to. 3. Edit. Coord. tr. 2. de potest. Episcop. resol. 88. §. 2. Ita etiam Sylvester in V. Jejunium qu. 7. Reginal. lib. 4. c. 17. Sect. 5. nu. 224. Azor. Instit. Moral. par. I. lib. 5. c. 15. qu. 7. & lib. 7. c. 18. qu. 2. Gobat. I. cit. nu. 118. Tambur. in Decal. I. 4. c. 15. de jejun. §. 7. n. 58. Caval. to. 2. c. 15. in d. 5. n. 13. & alii.

Dixi: *non posse in tota sua Dioecesi* 23. Primo, quia Episcopo permittitur pro aliquo in particulari, non quidem disponendo absolute, & eximendo simpliciter a lege jejunii, sive ex toto, sive in his, vel illis diebus; sed singulariter alicui iusta de causa indulgendo, ne hoc, vel illo die jejunet. Et ratio hujus permissionis, & concessionis est, quia secus non esset satis prospectus Fidelis-

delibus, si ad Romanum Pontificem oporteret omnino recurrere in hujusmodi necessitatibus quotidie occurrentibus, cum, ob loci distantiam aut alia impedimenta, frequenter contingat, ut ad illum recurri nequeat. Vid. dicenda tr. 2. lib. 4. par. I. c. I. art. 2. qu. 4. n. 13.

Rufus, dixi: Episcopum non posse *absolute loquendo*: nam secundo concedi debet, posse Episcopos cum certa, & gravi causa pro tota etiam sua ipsorum Diocesis aliquando dispensare integre in aliquo jejunio juris communis, aut carnium abstinentia; quando scilicet casus est repentinus, & non patitur moram, atque recursus ad Pontificem haberi non valeat, nec jejunium potest transferri. Quod per se patet. Vid. dicenda tract. 2. loc. cit. quæst. 3. num. 7.

Extra casum hujusmodi, negatur itaque, posse Episcopum in tota sua Diocesi relaxare jejunium juris communis, seu præcepti Ecclesiae universalis; atque adeo in quæstione præsenti negatur, posse Episcopum relaxare prædictum jejunium in tota sua Diocesi: quia etiamsi recte transferri non valeret in Sabbathum præcedens, uti contenditur, (quod tamen falso esse patebit ex dicendis inferius,) non est tamen necessitas relaxandi illud per Episcopum: quia non est necessitas sæpe occurrens, nec agitur de dispensando cum uno, vel altero, sed cum tota, ac tanta communitate, quanta est integra Civitas, vel etiam Diocesis. Denique casus præcaveri facile, & commode potest, recurrente tempore opportuno ad summum Pontificem.

Verum videamus; an saltem posset Episcopus prædicta de causa

jejuniū hoc transferre in aliū diem?

## S U B S. II.

*An possit Episcopus transferre Jejunium in dicta casu?*

**Q**u. II. An incidente jejunio Vi. 24 giliae S. Mathiae Apost. in Feriam secundam, aut tertiam post Dominicam Quinquagesimæ, Episcopus possit in tota sua Diocesi, aut integra Civitate transferre obligationem jejunii, & abstinentiæ a carne in aliū diem, ad vitanda scandala, & occasionem peccandi, seu transgrediendi præceptum jejunii, & abstinentiæ, quam multi acciperent ex occasione Bacchannalium?

**R.** In hac quæstione divisi sunt Doctores: Nos tribus Paragraphis subsectionem hanc subdividentes, in primo exponemus sententiam affirmativam, in 2. negativam, in 3. sententiam proponemus tenendam in praxi post jam emanatam Encycliam Benedicti XIV. An. 1751.

## §. I.

*Exponitur sententia affirmativa.*

**A**d concedendam Episcopo facultatem, de qua quæritur, inducit sequens argumentum. Potest Episcopus jejunia in jure communi, aut in aliqua Constitutione Pontificia extra jus commune, pro certis diebus indicta, transferre in tota etiam sua Diocesi, ex gravi, & rationabili causa. Sed ratio vitandi scandala, & transgressionem plurimorum quoad hoc jejuniū in tota Diocesi, est gravis, & rationabilis cau-

**causa.** Ergo hoc jejunium potest Episcopus transferre in tota etiam sua Diœcesi in casu , & ratione prædictis . Major hujus Syllogismi continet doctrinam communiter admisam a Doctoribus . Ita Cajetanus , & Sylvester apud Reginald. lib. 4. c. 17. Sect. 5. n. 224. Viva de Jubilæo quæst. 8. art. ult. n. 2. prope finem , qui citat præter Cajetanum , etiam Butrium , Laymanum , & alios ; Tamburinus in Decalog. lib. 4. c. 5. de jejun. §. 7. nu. 58. & rursus in præc. eccles. tr. 4. de 4. præc. c. 11. n. 16. Raynaud. to. 15. Heterocl. par. 1. Sect. 3. pun. 3. num. 33. cum aliis . Azorius Institut. Moral. par. 1. lib. 7. c. 18. qu. 4. cum Innocentio , Hostiensi , Joan. Andrea , Butrio , & Abbatे in C. Confilium , de obseruat. jejunior. Fagundez in 4. præcept. Eccl. lib. 1. c. 9. num. 4. Felix Potestas Exam. Confessar. to. 1. par. 3. de 2. præc. Eccl. n. 2822. Pelliz. man. Regul. to. 1. tr. 5. c. 5. qu. 27. nu. 64. ubi etiam docet cum Cajet. & Nald. quod , transference Episcopo jejunium in alium diem , teneantur Religiosi se conformare in tali jejunio , quo ad ejus translationem . Quod autem quomodo intelligendum sit , infra dicemus n. 30. Minor facti Syllogismi per se patet : quæ enim gravior , & rationabilior causa dari potest , quam ratio vitandi peccata , & quidem multorum ? Ii enim , de quibus maxime timetur transgressio hujus jejunii , occasione baccanalium , nedum sunt homines viliores , qui tamen ipsi maximam Civium partem constituunt ; sed & Primates , quorum intemperantiana difficilius est cavere , ut notavit Benedictus XIV. in sua Encyclica infra reponenda .

Hanc sententiam affirmativam docet Gavant. in Rubr. Brev. Sect. 7. c. 4. ad hanc diem , ubi habet : Si Vigilia S. Matthei incidat in ultimum diem Bacchanalium , potest Episcopus transferre jejunium in Sabbatum præcedens , ne visuletur jejunium . Ita Gavant. qui solum mentionem facit de ultimo die Bacchanalium , seu de Feria tertia post Dominicam Quinquages. citans pro se Dianam ; at suppar ratio militat pro jejunio incidente Feria secunda . Eandem sententiam affirmativam docet La-Croix l. 3. par. 2. qu. 242. ubi ait : Justa causa est cur Episcopus dispensem , ad vitanda scandala , & peccata populi ; si Vigilia S. Matthei incidat in unum diem e Bacchanalibus . Citat pro se Leymannum , Castropalaum , Gobat , & alios innominatim , subditque non dissentire Dianam p. 3. tr. 6. R. 66. quamvis p. 10. t. 16. R. 7. afferat , inquit , Gavantum , & Leandrum in contrarium . Adducit deinde La-Croix exempla translationis hujusce factæ a nonnullis Episcopis , quæ quæst. 3. proferemus .

Verum animadverto hic I. quod La-Croix dicens : si Vigilia S. Matthei incidat in unum die e Bacchanalibus : non intelligit nisi solam Feriam secundam , & tertiam post Dominicam Quinquagesimæ ; Confer dicenda inferius quæst. 4.

Animadverto 2. quod et si idem La-Croix dicat : Episcopus dispensem : non intelligit , ut dispensem relaxando obligationem jejunii : sed transferendo ; ut colligi potest ex eo , quod Auctores , quos pro se allegat , non loquuntur de relaxatione , sed de translatione : tantum enim dicunt , posse transferri ; ut patet ex iis , quæ quæstione præcedenti protulii-

tulimus ex Gobat, qui est unus ex citatis hic a La-Croix, in qua quæstione audivimus Gobatum impugnantem opinionem illam singularem de totali relaxatione; & infra videbimus approbantem solum translationem, de qua etiam tantummodo loquitur Layman, ut statim patebit. Constat insuper ex exemplis, quæ idem La-Croix adducit; quæ quidem non sunt dispensationis absolutæ, seu relaxationis, sed translationis.

Animadverto 3. quod licet La-Croix scripsiterit: a Diana p. 10. tr. 16. R. 7. afferri Gavantum, & Leandrum in contrarium: attamen cum Leandro, non Gavantum, sed Cardinalem de-Lugo afferit Diana ibi in contrarium; ut videre est in ipsius Dianæ sententia, quam ex eo loco pro parte negativa adducemus, verbisque referemus ejusdem. Et vero Gavantum apertissime sententiam affirmativam docere, modo vidimus supra. Afferit quidem Diana l. cit. Gavantum: at non in contrarium quoad translationem jejunii Vigiliæ S. Mathiæ, aut alterius cuiuslibet: sed tantum afferit illum in contrarium, quoad transferenda Festa Sanctorum; nam Diana l. cit. sibi primo loco proposuerat hanc quæstionem: An Episcopus possit transferre Festum alicujus Sancti? Et respondens ad hujusmodi quæstionem, afferit primo sententiam affirmativam Gobati; deinde profert suam sententiam negativam, dicens: Sed ego puto non esse discedendum a sententia negativa, quam docet Gavantus; nam cum dicta Festa fuerint a Pontifice instituta, non potest Episcopus &c. Deinde respondet ad quæstionem alteram, quam proposuerat de jejunio in Vigilia Sancti Mathiæ; in

TOM. II.

qua tamen responsione nequidem nominat Gavantum. Ut ista exponeamus, necesse visum est, ne quis testimonium nostrum, quod pro sententia affirmativa ex Gavanto supra protulimus, falsum esse putaret, legens apud La-Croix: Gavantum a Diana, pro sententia negativa citari. Fuit itaque Patris La-Croix vel mentis distractio, aut facilis halucinatio, propter propinquitatem prædictarum quæstionum, quibus in una, & eadem citata resolutione Diana respondet.

Sed institutum nostrum prosequentes, audiamus Laymannum, & Gobatum, qui item affirmativæ sententiae favent. Layman itaque lib. 4. tr. 8. c. 3. nu. 9. docet ex Abbe in Rubr. de observat. jejuniior. nu. 10. Si jejunium ab Ecclesia præceptum incidat in Festum solemne peculiariter in aliqua Diœcesi, vel Civitate celebrari solitum, posse auctoritate Episcopi jejunium in alium, v. g. præcedentem diem transferri. Quia etiam ratione fortasse aliquis respondere poterit: si Vigilia S. Matthei incidat in Feriam secundam, vel tertiam Quintagesimæ, justam fore causam, ut Episcopus tale jejunium in præcedens Sabatum transferat; si animadvertis bominis ejus loci, ita comparatos, & ad intemperantiam iis diebus proclives esse, ut plurimi, nisi dicta commutatio fiat, jejunium violaturi sint, etiam cum carnium esu, non sine scandalo. Siquidem ob speciem causam pro una vice in lege universalis jejunii dispensare, aut commutare, ad Episcopum pertinere debet: cum ejus Officium sit, spirituali Subditorum saluti invigilare, scandala informorum tollere. Hæc Layman; qui etiam remittit ad Gobat. in 4. d. 16. qu. 3. art. 3. dub. 2.

B b

Go-

Gobat autem tr. 5. Cas. 3. Sect. 2. num. 111. proponit quæstionem: An, quando Festum S. Mathiæ occurrit ipso die Cinerum, transferenda sit Vigilia e Feria tertia post Quinquagesimam in diem aliquam posteriorem; aut anteriorem? Ad quæstionem hujusmodi respondet primo n. 112. proponendo opinionem quæstione præcedenti explicatam illius Theologi Pragensis, qui putabat: jejunium S. Mathiæ occurrentis in Feria secunda post Dominicam Quinquagesimæ, posse relaxari ab Episcopo in tota sua Diœcesi; occurrentis vero in Feria tertia posse transferri in Feriam quartam sequentem: Num. autem 113. exponit, quænam fuerit praxis nonnullorum Episcoporum Germaniæ, in quibus affert exempla etiam translationis factæ: deinde num. 114. probat: videri, hoc jejunium occurrentis in Baccanalibus debere transferri; probat autem sic: *Usus non faciendi mutationem, est dupli ex causa occasio plurimorum peccatorum mortalium.* Prima, quod circumstantia temporis inducat innumeros ad peccandum lethaliiter contra præceptum de abstinentia, tum a dupli refractione, tum ab esu carnium. Supponens deinde in nonnullis Diœcesibus fieri translationem; ut probet, & in cæteris faciendam, addit: Altera; quod, cum sciant subditi, fuisse ab aliis Episcopis factam mutationem illius Vigilie, fulminent in suos Ordinarios non sequentes hic vestigia aliorum, ex quodam contemptu indebiti, ut ajunt, rigoris, præfracte rumpunt repagula legis ecclesiastice. Quare non possem damnare generatim illos, qui bactenus fuerunt in Germania Autiores faciendi mutationem; et si omnes improbet Raynaudus

mox citandus.. Deinde numero 115. fatetur, non displicere sibi opinionem illam Doctoris Pragensis citati, de transferendo jejunio, Vigilia S. Mathiæ incidente Feriam tertia ante Cineres, in ipsam proxime sequentem diem Cinerum; & inter alia ait: quod, cum ipsum Festum quoad Chorum transferatur ex præcepto Rubricatum in Feria V. post Cineres; quidni ergo transferatur etiam quoad forum? Idque insinuare conatur exemplo, & ratione; ut videbimus, capite sequenti, art. 3. Sect. I. n. 8. Translato autem Festo in foro, quidni, ait, & transferatur Vigilia ejusdem? ut scilicet accessorium sequatur motum sui principalis. Ita discurrit Gobat. Verum nos l. cit. hujusmodi translationem Festi in foro faciendam esse, negabimus; video rationem hanc pro nulla habemus; ad insinuandam translationem Vigilie, seu jejunii, & abstinentiæ a carne.  
Deinde Gobat n. 117. objicit sibi Theophilum Raynaud. dicentem: non esse præsumendum, quod Summus Pontifex habeat tantam rationem Excarnaliorum, ut velit fieri mutationem Vigilie, utpote qui sciat hanc solere incidere in Excarnalia, & tamen eam non excipiat a communi Regula; sicut excipit quasdam alias. Hanc objectionem vult Gobat non obesse praxi suarum Provinciarum, in quarum favorem responderet: dici posse: forte non esse in aliis Provinciis tantum periculum violandi hanc Vigiliam in dicto casu, quantum est in Septentrionalibus. Hic quoque monet: se dixisse: sibi non displicere illam opinionem transferendi jejunium in Feriam IV. Cinerum: nolle tamen, se esse au-

to-

forem recedendi ab omnium Ecclesiarum Matre Roma..

Denique num. 119. ait, quod, si sit morale periculum, ne plurimi Subditorum violent esu carnium Vigiliam S. Mathiae occurrentem in Bacchannalibus, scilicet Feria 2. vel 3. post Dominicam Quinquagesimæ, si nullo medo dispensetur; poterit Vigilia transferri in Sabbatum præcedens: *Si enim ( inquit ) Urbanus VIII. declaravit, quando Vigilia S. Joannis Baptiste occurrit in Feste Corporis Christi, eam esse anticipandam; si similiter Ratisbonenses Vigiliam omnium Sanctorum non celebrant.* 31. Octobris, utpote qui est facer S. VVolfango Patrono Dicæsano, sed 30. imo 29. quando Festum istud cadit in Feriam. 2. sicut contigit an. 1661. non appareat, cur periculum longe plurimorum peccatorum mortalium, partim ex malitia, partim ex infirmitate committendorum, non præbeat Episcopo justam causam faciendi illam anticipationem; sicuti re ipsa fecerunt anno 1626. Sede vacante, Reverend. Capitul. & 1637. Illustriss. D. Episcopus Constant. Joannes .. Non vult quidem Raynaudus, ut paulo superius vides, fieri comparationem Vigilia antineralis, cum hic nominatis, sed judicium tot eruditorum Germanorum sufficienter defendit hasce responsiones nostras. Haecen Gobat, cui consentit Pasqualigus in praxi jejuni. Eccl. Decisi. 180.

Hanc affirmativam sententiam sustinet Pelliz. to. 1. man. Regul. tr. 5. c. 5. qu. 27. nu. 64. ubi docet: cum Episcoporum intersit, invigilare subditorum saluti, & auferre scandala pusillorum; congruum vide ri, quod incidente jejuno Vigiliæ S. Mathiae Ap. in Feriam secundam,

aut tertiam. Quinquagesimæ, illud Episcopi transferant in Sabbathum præcedens, si animadvertant suos Subditos illis diebus esse ita proclives ad intemperantiam, ut plurimi, non translato hoc jejunio, illud violaturi sint, etiam cum Carnium esu, & quidem non sine scandalo; ita Pelлиз. qui etiam docet, ut initio negotavimus, quod, translato auctoritate Episcopi ex aliqua justa causa in sua Diocesi jejunio, teneantur Religiosi in hujusmodi translatione se accommodare, & conformare reliquæ Communitati illius Dicæsis, jejunando nimirum, quando populus jejunat, seu transferendo jejunium in diem ab Episcopo designatam pro sua Dicæsi. Quod autem quomodo intelligendum sit? dicemus §. 3. nu. 30. Eamdem sententiam affirmativam tuetur Tamburinus de præc. Eccl. tr. 4. de 4. præc. c. 11. n. 16.

Ad extremum Diana licet to. 3. Edit. Coord. loco inferius citando sententiæ negativæ plane adhæreat: attamen tom. 4. tr. 6. de jejun. resol. 37. proposito dubio: An Vigilia S. Mathiae incidente in ultimum diem Bacchannalium possit Episcopus transferre tale jejunium in Sabbathum præcedens: postquam adduxerit affirmativam sententiam Laymanni a nobis relatam; ita prosequitur: *Sic Layman, & alii viri docti: quorum sententia forsitan alicui probabilis videbitur, non obstante, quod sine esu carnium esset violandum dictum jejunium. Nam militat etiam ratio commutationis supradictæ, ad vitandum scilicet peccatum, licet fractio jejunii cum esu carnium sit gravius peccatum.* Hæc Diana, quibus verbis significare videtur: sibi non omnino disipli cere sententiam affirmativam de trans-

latione jejunii Vigiliæ hujus in di-  
go casu, & non audere vocare cer-  
to improbabilem. Ideoque puto pro  
sententia affirmativa eum fuisse alle-  
gatum a Gavanto, ut supra dixi;  
fumiliter Tamburinus loco citato di-  
cit: Laymanno adhærere Dianam;  
etiam Pasqualigus pro sententia af-  
firmativa citat absolute Dianam; li-  
cet de hoc ipse Diana conqueri vi-  
deatur to. 3. Edit. Coörd. loco in-  
ferius citando; nam dicit: Lean-  
drum obseruasse, a Pasqualigo non  
debuisse Laymannum, & se pro sua  
ipsius affirmativa sententia absolute  
adduci.

Sed jam ut verbo innuam, quid  
ipse sentiam de tanta Doctorum  
concertatione; dico, quod si non ob-  
starent prædictæ translationi jejunii  
pro casu ipso Vigiliæ S. Mathiæ Ju-  
ra inferius recitanda; aut si in casu  
versaremur inopinato, valerent o-  
mnia haec tenus disputata. Verum res  
non est jam integra Episcopis, ut  
ex dicendis constabit.

## §. II.

*Exponitur, & discutitur sententia  
negativa.*

26 **L**EANDER a SS. Sacramento de  
præcept. Eccl. tr. 5. disp. 10.  
qu. 42. sententiam negativam, ut  
longe probabiliorem tuerit sic: Pri-  
mo, quia ratio, quæ ad transferendum  
jejunium dictæ Vigiliæ affinatur, non  
videtur rationalis, nec sufficienter ju-  
sta; nam alias etiam posset (Episco-  
pus) in alium diem transire quodli-  
bet jejunium incidens in diem quem-  
cumque Festum, cum etiam multa  
committantur peccata in jejuniis inci-  
dentiibus in Festa; ergo . . . Secun-

do, quia a seculo non est auditum,  
prefatum Vigiliæ jejunium translatum  
fuisse in aliam diem ab aliquo Episco-  
po, esto, quod causa vitandi peccata  
in violatione dicti jejunii semper stetit  
eadem. Tertio, quia prædicta trans-  
latio jejunii non esset ita conformis  
dispositioni Juris: squidem hoc, solum  
propter occurrentiam alicujus Festivita-  
tis ab Ecclesia instituta, permittit,  
aut præcipit, quod jejunium in illam  
incidentis transferatur: ut constat ex  
cap. Consilium, de observat. jejun.  
Tandem, quia causa, quam Contrarii ad  
defendendam suam opinionem assignant,  
prævisa est a Summis Pontificibus, &  
tamen non instituerunt translationem di-  
cti jejunii: non ergo alia ratione, nisi  
quia ad id non invenere sufficientem cau-  
sam: alias illam instituissent, sicut in-  
stituerunt translationem Vigiliæ S. Joan-  
nis Baptista incidentis in Festum Cor-  
poris Christi, anticipando illam in Fe-  
ria quarta antecedenti, Leo X. & Ur-  
banus VIII. Hæc Leander. Verum ad  
has rationes dici potest primo: fal-  
sum esse, ad transferendum jejunium  
Vigiliæ hujus in posito casu, non  
videri causam rationalem, & suffi-  
cienter justam, eam, quæ assigna-  
tur. Quænam enim rationabilior,  
& justior causa videri potest, qnam  
tollere scandala plurimorum, & vi-  
tare tot peccata? Profecto non si  
solum pauci, sed si plurimi subditos  
sit morale periculum, ne violent  
Vigiliam istam, contendunt Au-  
tores sententiae affirmativæ, jeju-  
num debere transferri; licet vero  
paucioris partis non multa, majoris  
tamen maxima est ratio habenda.  
Profecto, ut infra videbimus, hanc  
rationem maximi ponderis aestimavit  
Benedictus XIV. in sua Encyclica  
infra recitanda. Ratio autem, quæ a  
Lean-

Leandro assignatur, ad probandum, quod causa vitandi scandala prædicta, non sit rationalis & justa, ad transferendum jejenum hoc, non videtur satis apta: Illa sic habet: Nam alias etiam posset (Episcopus) in alium diem transferre quodlibet jejenum incidens in diem quemcumque Festum, cum etiam multa committantur peccata in jejuniis incidentibus in Festa. Nulla hæc ratio est: Enimvero latissima est disparitas, maximum discrimen inter jejenum occurrens in diebus ultimis Bacchannalibus, & quodcumque aliud incidens in diem quemlibet Festivum. Falsum enim est, experientia ipsa teste, in quodlibet die Feste esse æquale morale periculum, ne jejenum violetur a tot hominibus, a quot, ne violetur, timeri merito potest in ultimis diebus Bacchannalibus; licet permittatur, in quocumque die Feste posse timeri, ne jejenum violetur ab aliquibus, hi tamen certe numquam constituent notabilem multitudinem; adeoque non debet haberi respectus ad illos: non enim paucorum, sed plurimorum est ratio habenda: ut supra dicebamus. Quod si & aliud jejenum incidat in Festum aliquod adeo solemniter, ac tantæ communis Festivitatis, publicæque lætitiae, ut sit æque morale periculum, ne jejenum violetur a plerisque, ut ponitur in controverso præsenti casu; concedunt Leandro adverfarii sequelam propter similem rationem.

Falsum est secundo, quod dicitur: a sæculo non esse auditum, Vigiliæ jejenum fuisse translatum in aliam diem ab aliquo Episcopo. Hoc falsum est, ut constat ex exemplis §. præcedenti allegatis ex

Gobat, & rursus patebit ex affrendis Subsec. sequ. §. 3.

Quo ad dispositionem Juris, quæ objicitur, cui scilicet non videatur conformis prætensa translatio; eo quod hoc, solum propter occurrentiam alicuius Festivitatis ab Ecclesia institutæ permittat, aut præcipiat, quod jejenum in illam incidentis transferatur: dici posset, quod licet hunc tantummodo casum expreßerit Jus pro causa transferendi jejunia: non ideo tamen inferri potest, prohibuisse pro similibus, rationabilibus, & justissimis causis, cujusmodi est allegata causa transferendi in positio casu jejenum hujus Vigiliæ. Porro in eo casu, non ob respectum Bacchannalium, sed ob respectum jejunii, & reverentiam Vigiliæ, ne videlicet violetur, & scandalosa transgressione contemnatur occasione Bacchannalium, illud assertus transferendum. Ex qua quidem etiam causa, notante ipso Benedicto XIV. in laudata Encyclica, fortasse in Jure disponitur translatio jejunii a die Solemnitatis Ecclesiasticæ magnæ: non solum scilicet ad excludendam jejunii, Vigiliæque mœstitudinem, verum etiam ad evitandam transgressionis pericula; cum populus in hujusmodi Solemnitatibus magnis, quantumvis ecclesiasticis, puta in Festis Patronorum principaliis, sanctam lætitiam nesciat, sed ad externam simpliciter difficiat, atque carnalem. Confer dicenda in Vigilia Paschæ, seu in Sabbato Sancto numer. 367. fine. Jam vero, ubi est eadem ratio, ibi est eadem legis dispositio, non quidem extensive, sed comprehensive; ut communis doctrina fert apud Viva in prop. 34. damn. ab Alexandre VII. numeri

8. Con-

8. Confer dicenda 25. Decembris  
num. 107.

Denique ad ultimum Leandri argumentum dici potest, Pontifices vidisse quidem, transgressionem Jejunii facile oboriri in aliquibus locis occasione Bacchannalium, sed cum eam non universalem, neque admodum urgentem, ex factis quæsitis judicare debuerint, idcirco non putasse, sufficientem haberri causam ad universalem, stabilem, & veluti legitimam in Jure stabiendam hujusmodi Jejunii translationem. Sunt enimvero plura loca præsertim minus numerosa; quemadmodum oppida, in quibus bacchannalis licentia esse non solet tanta, ut timeri possit violatio jejunii a multis, quanvis fortasse etiam in his erunt aliqui, qui violabunt. In hujusmodi casu, & locis non est ratio, & causa transferendi jejunium a sua die. Ergo non oportuit instituere translationem universalem in toto Orbe Catholico. Nec item periculum est indefensibile, seu non semper timeri potest etiam in locis, ubi Bacchannalia exsolvi soleant licentia magna, ut accidit in Civitatibus maguis; cum etiam in his possit dari casus, quo aliquo anno Bacchannalia exsolvantur sine licentia immoderata; imo absque ulla; ut proculdubio accideret, si eodem tempore propter sacras Missiones, seu Conciones, & Exercitia spiritualia aliquorum celebri immorum Concionatorum, seu Missionariorum universa Civitas commota esset ad pœnitentiam; vel propter aliquid Dei flagellum, puta frequentes tempestates magnas, aut ingentes terræmotus, esset populus Dei timore concussus, unde potius crederetur servaturus jejunium, sponte

susceptum, quam præceptum violatus. Jam vero, quæ tunc ratio transferendi ibi jejunium hoc incidens in Bacchannalia? Nulla prorsus. Ergo nec oportuit instituere translationem stabilem, veluti Canonicam.

Et hinc etiam plane dignoscitur: exemplum ab eodem Leandro memoratum translationis jejunii a Pontificibus institutæ, Vigiliæ Sancti Joannis Baptistæ occurrentis. in Festo Corporis Christi non esse ad rem; ibi enim translatio facta est præcipue propter lætitiam Festi, & solemnitatem magnam ejusdem, quæ causa est universalis, & indefensibilis ipsi Festo connexa; confer dicenda inferius §. seq. n. 33. Contra vero hic: translatio dicitur facienda tantummodo ad vitandum periculum transgressionis occasione Bacchannalium, quæ causa non videtur universalis, & potest esse, & abesse.

Leandrum sequunt sunt ex iisdem rationibus Diana to. 3. cont. Coord. tr. 2. R. 88. §. 3. & Felix Potestas to. 1. par. 2. de 2. præc. Eccl. num. 2823.

Pro sententia negativa Cardinali quoque De-Lugo allegat Diana l. cit. ubi testatur, illum fuisse in voto Innoc. X. non debere dictum Vigiliam transferre in aliam diem. Sed hæc Cardinalis de Lugo authoritas non allegatur ad rem. Profecto allegari non potest contra sententiam tantum volentem: obligationem jejunii Vigiliæ S. Mathiae incidentis in Feriam 2. vel 3. Quintagesimæ posse transferri ubi, & quando Episcopi judicaverint expedire, ad vitanda scandala, & peccata multorum, ob transgressionem prædicti jejunii occasione Bacchannalium: Sed tantum valere posset contra volunt-

lentes ex jure universalis Ecclesiæ ubique generaliter : vel etiam stabili , ac firma lege hoc jejunium in dicto casu incidentiæ transferendum . Quod profecto , Cardinalis De-Lugo fuit in voto , ne fieret : & merito ut ipsi supra probavimus , §. denique ad ultimum Leandri argumentum .

Pro sententia negativa stat quoque Theophilus Raynaudus to. 15. Heterocl. Spirit. par. 1. Sect. 3. pu. 3. de elect. Sanctor. num. 35. hoc ductus argumento , quia non est præsumendum , quod Summus Pontifex habeat tantam rationem Excarnaliorum , ut velit fieri mutationem Vigiliae , utpote qui sciat , hanc sole re incidere in Excarnalia , & tamen eam non excipiat a communi regula , sicut excipit quasdam alias . Sed hoc argumentum jam fuit ever sum superius contra Leandrum . Quapropter & Raynaudi auctoritas pro sententia negativa , & similiter aliorum , qui passim iisdem argumentis haec tenus explicatis , & impugnatis utuntur , ex datis responsionibus infirmari videtur .

Sunt qui allegant declarationem quamdam S. C. R. que anno 1694. in una Ariminensi declaravit : Vigilia S. Mathiae occurrente eo anno in Feria tertia post Dominicam Quinquagesimæ , non potuisse ratione carnisprivii anticipari jejunium , sed eadem prædicta Feria tertia fuisse servandum . Sed nec ipsi ideo sententiam affirmativam omnino infringunt . Declaratio enim hujusmodi non versatur circa quæstionem præsentem . Quæstio hic non est : utrum in casu prædicto anticipari jejunium possit ratione carnisprivii ? vel ratione Bacchannalium ? sed an possit ratione vitandi scandali , & periculi

transgressionis ipsius jejunii occasione Bacchannalium ? & an id possit fieri ab Episcopis in suis respectivis Diœcesisibus , ubi judicaverint expedire ? Quæ quidem quæstio est plane a priori diversa . Et quamvis eodem fortasse animo facta fuerit petitio apud S. C. tamen cum valde diver sum sit petere translationem jejunii ratione Carnis privii , & Bacchannalium , & petere ad vitanda scanda la , & facillimam violationem ipsius jejunii præcepti : ( siquidem pri mum videtur indecens & alienum ab Ecclesiæ gravitate ; alterum vero prudens , & maxime decens pruden tem Ecclesiæ Sanctitatem ) inde fieri potuit , ut S. C. quæ præcisa petitionum verba , & quæstionis propositæ statum inspicere solet ; petitioni juxta priorem formulam factæ negative responderit : simplex enim ratio carnis privii , quæ in quæstione Sacrae Congregationi proposita ad ducebatur , non est sufficiens ad faciendam translationem jejunii a sua die . Contra vero , ratio ( de qua nulla facta est mentio in Decreto allegato ) vitandi scandala , & pericula transgressionis præcepti jejunii occasione Bacchannalium , nisi transferatur , est satis valida , ad facien dam translationem . Hinc La-Croix qui lib. 3. ut supra vidimus , sententiæ affirmativæ subscriperat , deinde lib. 6. par. 2. qu. 310. §. 27. adhuc eidem affirmativæ sententiæ adhærens , solum subdit propter allegatum Decretum : illud servandum esse : Si aliter non disponatur per Ordinarium ex justis causis , & legitima potestate . Plane significans : Decretum hujusmodi intelligendum non esse de casu , quo Episcopus judicet justis de causis expedire , transferri jeju-

jejunium; & ita hunc Auctorem intelligit Benedictus XIV. in sua epistola Circulari de translatione hujus jejunii italice scripta ad Episcopos Ecclesiasticæ Ditionis, quam inferiorius describemus, ubi loquens de sententia stante pro translatione jejunii, hæc habet: *Quest' è il sentimento . . . del La-Croix nel tom. I. lib. 3. p. 2. nu. 1273. il che ripete nel to. 2. al lib. 6. num. 2083. ove soggiunge, che quantunque nel 1694. fosse decretato dalla Congregazione de Riti, non doversi anticipare il digiuno nell' ultimo Sabbato del Carnvale, quando cade la Vigilia di S. Mattia nell' ultimo giorno del detto Carnevale . . . ciò però debba aver luogo, quando il Vescovo non crede espediente al bene dell' Anime l' anticipare il digiuno, ma non mai quando ha giusti motivi per farlo anticipare. Hæc laudatus Ponifex, qui tamen deinde commemorans sententiam negativam, eam probabiliorem vocat, meliusque fundatam.*

### §. III.

*Deciditur Quæstio, & statuitur, quid tenendum in praxi.*

27 **D**ICENDUM I. Occurrente Vigilia cum jejunio S. Mathiæ Apost. in Fer. 2. vel 3. Quinquagesimæ servandum esse jejunium eadem ipsa die, qua occurrit: nec esse ratione simpliciter Carnisprivii, seu imminentis observantiaæ Quadragesimalis transferendum, seu anticipandum. Id declaratum habetur a S. R. C. enimvero: *Quæstum est a S. Rit. Congreg. declarari: an Vigilia S. Mathiæ Apost. occurrens hoc anno in Feria tertia post Dominicam Quinquage-*

*sme, possit ratione carnis privii anticipari cum jejunio? Et eadem S. Congreg. respondit negative; & jejunium praedicta Feria tertia servandum. 23. Januar. 1694. in Ariminien. apud Salmantic. to. 5. tr. 23. c. 2. pu. 5. §. 1. n. 93. Caval. to. 2. cap. 15. d. 5. Merat. ind. decr. Miss. nu. 508. & Brey. nu. 185. & meminerat, atque allegaverat to. 2. Sect. 3. c. 4. ad hanc diem, & habetur in particulari Bullario Innocentii XII.*

Quæstio hæc jampridem ab Alessandro III. videtur fuisse decisâ verbis a nobis supra Sect. I. laudatis, nimisrum ait laudatus Pontifex relatus. C. Quæstivit. de verb. significat. Festum vero Beati Mathiæ, juxta consuetudinem ecclesiasticam, Vigilia eatenus præcedat, ut nec pro bissexto, nec pro quolibet alio modo inter se, & Solemnitatem, aliam diem admittat, in qua utique Vigilia (nisi venerit in Dominica,) jejunium celebratur, &c. Ad hæc autem inquit Caval. loc. cit. n. 3. Fallor, si hic non videoas jam solutum dubium, super quo præsens emanavit Decretum, videlicet, ratione carnis privii anticipari non posse jejunium Vigiliae S. Mathiæ. Vigilia S. Mathiæ ita bujus Festum debet præcedere, ut nec pro bissexto, super quo Alexander prædictus consultus fuerat, nec pro quolibet alio modo, inter se & Solemnitatem, aliam diem admittat. Quomodo itaque ratione Excarnaliorum jejunium anticipari umquam poterit? Dictio quolibet modo: est universalis omnes causus comprehendens, ut in I. omnes, ubi Glossa verb. Quaslibet. C. De Quadriennali præscript. notat Menob. & eo maxime quod solum exceptum habet casum occurrentis Dominicæ, ac per

*per consequens quoscumque alios excludit.* Hæc Caval. qui num. 10. bene animadvertisit, in allegato Sacrae Congregationis Decreto non solam anticipationem hujus jejunii ratione carnis privii declarari esse prohibitam, verum etiam postpositionem, dum declaratur, prædicta causa non obstante, jejunium hujus Vigiliæ servandum esse ea ipsa die, in qua occurrit; *Quomodo enim ( ait ) unquam hac Decreti pars servari posset, si dicti jejunii fieret postpositio.* Deinde ratio, ob quam anticipatio vetatur, cum æque militet pro postpositione, etiam hanc reddit illicitam, ut idem Caval. observat. Non sit autem expressa mentio postpositionis, sed anticipationis, quia consultatio de anticipatione processit; & ob hanc etiam rationem non sit mentio Feriæ secundæ, quia nimis de Feria tertia, in qua eo anno jejunium hujus Vigiliæ occurrerbat, Sacra Congregatio fuit requisita; ceterum sive in Feria tertia, sive in Feria secunda Quinquagesimæ hoc jejunium occurrat, transferri non poterit ratione simpliciter carnis privii.

Profecto sola ratio carnis privii, seu imminentis abstinentiæ, & jejunii Quadragesimalis, non est valida ad inducendam translationem jejunii hujus, & multo magis non est valida ratio Bacchannalium; imo propter ludos bacchanales est ratio maxima jejunandi. Et vero olim erat jejunium universale indictum die prima Januarii, hoc ipso, quod ea die similes præsentibus Bacchinalibus exerceri consueverint ludi, & popularis letitiæ signa; ut præter alios tradit S. Isidorus Episcopus Hispalensis lib. 1. de Eccl. offic. cap. 40.

TOM. II.

ubi sic scribit: *Jejunium Calendarum Januariarum propter errorem Gentilitatis instituit Ecclesia. Janus enim quidam Princeps Paganorum fuit, a quo nomen Mensis Januarii nuncupatur. Quem imperiti homines veluti Deum colentes, in Religionem honoris postoris tradiderunt, diemque ipsum Scanis, & luxuriae sacraverunt. Tunc enim miseri homines, & quod pejus est, etiam fideles, sumentes species monstruosas in ferarum habitu transformati: alii famineo gestu demutati virilem cultum effeminant; nonnulli etiam de fanatica adbuc consuetudine quibusdam ipso die observationum auguriis profanantur: perstrepunt omnia saltantium pedibus, tripulantium planibus, & quod bis turpis est nefas, nexis inter se utriusque sexus choris, inops animi, furens vino turma miscetur. Proinde ergo Sancti Patres, considerantes maximam partem generis humani eodem die hujusmodi sacrilegiss, ac luxuriosis infidere, statuerunt in universo Mundo per omnes Ecclesiæ publicum jejunium, per quod agnoscerent homines, in tantum id prave agere, ut pro eorum peccatis necesse sit omnibus Ecclesiæ jejunare.* Hæc egregie Isidorus; confer Meratum tom. 1. par. 4. tit. 3. n. 21. Durum ergo ne videatur, esse prohibitum transferre jejunium Vigiliæ S. Mathiæ Apost. propter Bacchannalia, quandoquidem horum causa jejunare oportet, etiam quando in illis prædictum jejunium non occurreret.

Dicendum tamen est secundo: 28 quod si fuerit prudens timor transgressionis præcepti jejunii, & abstinentiæ: ut quidem communiter poterit in hujusmodi casu timeri: hoc ipso aderit sufficiens causa, & ratio transferendi jejunium, & absti-

C c nen.

uentiam Vigiliæ S. Mathiæ occurrerentis in Feria secunda, vel tertia Quinquagesimæ: cum exceptione tamen sequenti Conclusione apponenda. Constat ex superius laudata, & inferius describenda Epistola Benedicti XIV. circa præsentem quæstionem ad Episcopos Ecclesiasticæ Divisionis, in qua Pontifex affirmat, quod si anticipari solet jejuniū incidens in Festum aliquod solennissimum, puta principalis Patroni Locci, ad celebrandam Festivitatem ejusdem lætitia congruenti, exclusa jejuniū mœstitia: potiori longe ratione poterit anticipari jejuniū, ne exponatur periculo scandalosæ, publicæ, & fere communis irreverentiae, seu transgressionis; quam item causam fortasse, ait, inesse in ipsa translatione jejuniū ratione Ecclesiastice Festivitatis magnæ: nimisrum putat laudatus Pontifex, jejuniū translationem fieri, non ad excludendam simpliciter jejuniū mœstitudinem a Festiva Solemnitate; verum etiam ad vitanda pericula transgressionis ejusdem jejuniū in die lætitiae publicæ. En eius verba: *Rispettemmo in terzo luogo, che se si anticipava il digiuno per far schennizzare la Festa con una proporzionata allegrezza, esclusa la mestizia del digiuno; con molto maggior ragione potevasi anticipare il digiuno, per non esporlo al pericolo d'una scandalosa, pubblica, e quasi comunissima irreverenza; tanto più, che mantrando nelle viscere dell'affare, non dovrebbe apparire irragionevole il dire, che quasi corre la stessa ragione fra i predetti casi, ed il nostro, anticipandosi forse anebe in esso il digiuno, non meno per escludere la mestizia dalla Solennità, che per timore, che il ditta digiuno non si offri in*

*un giorno di pubblica allegrezza. Hoc Pontifex.*

Dicendum 3. Occurrente Vigilia 29 cum jejunio S. Mathiæ Apost. in Feria secunda, vel tertia post Dominicam Quinquagesimæ, ubi Episcopi ad vitanda pericula transgressionis præcepit jejunii, & abstinentiae, judicaverint expedire illa transferri in sua Diœcesi; debere eos a cursum habere opportuno tempore ad Summum Pontificem pro facultate dispensandi, seu transferendi. Ita declaravit laudatus Pontifex Benedictus XIV. in eadem præfata Epistola, ubi ait: *quod cum jejuniū Vigiliæ S. Mathiæ sit ex præcepto Pontificio celebrandum, atque etiam præcise ex eodem Pontificio jure statutum sit, celebrandum illud esse die immediate præcedente Festivitatem ejusdem: facile intellegi valeat, nequam posse ordinariam auctoritatem illud, etiam occurrens ultima die Bacchannalium, trasferre in Sabbatum præcedens Vigiliam S. Mathiæ; cum non possit auctoritas ordinaria derogare, vel dispensare in rebus a Romanis Pontificibus, aut canonico jure statutis: Se la Vigilia col digiuno per la Festa di S. Mattia fu con precesto ordinata da Innocenzo III. . . . se prima d'Innocenzo III. il Pontefice Alessandro III. interrogato, . . . rispose, dovere mai sempre la Vigilia (di S. Mattia Apostoli) celebrarsi nel giorno precedente alla Festa, eccettuato il caso, in cui cadesse nel giorno di Domenica. . . . Non vi vuol molto a comprendere, non potere l'autorità ordinaria trasportare al Sabbatho precedente la Vigilia di S. Mattia, ancorchè cada nell'ultimo giorno del Carnvale; non potendo l'autorità ordinaria,*

*o de-*

o derogare, o dispensare nelle cose stabilitate da' Romani Pontefici, o dal Diritto Canonico. Così abbiamo risposto a i Vescovi, e Prelati, che ci anno richiesto, se potevano trasportare la Vigilia di S. Mattia al Sabbato precedente? Senza però lasciare d'insinuare a loro, che arrivando la nostra autorità Pontificia a quel segno, a cui non arriva la di loro autorità ordinaria, ben volontieri davamo la licenza di potere in quest'anno anticipare la Vigilia di S. Mattia col digiuno, facendola celebrare nel Sabbato di Quaresima, e così staccandola per questa volta dal giorno immediato precedente alla Festa di S. Mattia: essendo pur troppo persuasi, che doverdosi fare nell'ultimo giorno di Carnevale, sarebbe quasi inevitabile la transgressione del precesto Ecclesiastico ec. Hoc verba Pontificis in Epistola Italica ad Archiepiscopos, & Episcopos Ecclesiasticas Dictionis, quam etiam hic per extensem describere juvat.

#### BENEDICTUS PAPA XIV.

Mercabilis Brator Salutem, &  
Apostolicam Benedictionem.

INTRO il giorno primo di Gennaio  
del 1748. spedimmo una lettera Circolare a tutti gli Arcivescovi, e Vescovi del nostro Stato temporale Pontificio, per potre il dovuto riparo a tre gravissimi inconvenienti, che pur troppo succedevano nel tempo del Carnovale. Il primo era quello, che nell'ultima notte di Carnevale tanto s'incontravano le veglie, i balli, ed i giuochi, che s'ineccava il principio del primo giorno di Quaresima; in maniera, che succedeva alle volte, il

vedere, che dal ballo, dal giuoco, e dalla veglia partendo le persone, andavano a dirittura, benché senza maschera al volto, con gli abiti però, co' quali si erano mascherati, alli Chiesa, per sentire Messa, e prendere le Ceneri; portandosi di poi a Casa, e dormendo nel proprio letto per lo meno tutta la mattina del primo di Quaresima. Il secondo inconveniente era, che in alcuni luoghi dello Stato temporale Pontificio permettevasi l'uso della maschera, anche ne' giorni di Venerdì, e negli altri Festivi di precesto. Il terzo inconveniente era, che anche nella mattina delle Feste in alcuni luoghi dello stesso Stato, ed anche ne' dopo pranzi nel tempo de' Vespri, e della Dottrina Cristiana permettevasi a Saltimbanchi il fare il loro mestiere nelle Piazze, e pubbliche Contrade. Dammo i dovuti ripari a predetti scandali nell'accennata Lettera, che è la 45. nel tom. 2. del nostro Bollettario, e quanto in essa fu ordinato, viene anebe oggi da Noi pienamente confermato, inculcandone l'obbedienza a i Cardinali Legati, a i Governatori dello Stato, ed a ciaschedun Vescovo nella sua Diocesi.

Questo però non è il solo motivo, per cui abbiamo creduto dover da Noi spedirsi la presente nostra Lettera Circolare. Se ne aggiunge un altro, che riguarda l'anno corrente, cioè il Carnevale di quest'anno 1751., nel di cui ultimo giorno cade la Vigilia col digiuno di S. Mattia Apostolo, ed acciò ciascheduno de' Vescovi del nostro Stato resti pienamente informato; sogniungeremo quanto in appresso, informando di quanto è seguito in questo proposito.

Prima che incominciasse l'anno corrente 1751. da varie parti anche re-

mote dell'Italia, ci sono arrivate lettere di vari Vescovi, e Prelati, che considerando, cadere in quest' anno la Vigilia di S. Mattia Apostolo col digiuno nell' ultimo dì del Carnevale, dopo averci esposto, che sarebbero stati inevitabili, ed anche pubblici, e forse ancora comuni gli scandali della violazione del digiuno, sapendosi pur troppo, non avere la baldanza Carnevale-sca verun ritegno, particolarmente nell' ultimo giorno, e nella notte dell' ultimo giorno del Carnevale; proponevano il seguente temperamento, di trasportare in quest' anno la Vigilia di S. Mattia, anticipandola nel Sabbato precedente, ultimo giorno della Settimana di Sessagesima; appoggiando questo loro temperamento all' opinione d' alcuni Autori, che insegnavano, potere il Vescovo colla sua ordinaria autorità nella sua Diocesi, concorrendovi una grave, e legittima causa trasportare da un giorno all' altro i digiuni, ed anche le Feste di precesto, ed individualmente potere colla stessa sua autorità ordinaria, pel timore di scandali, e della pubblica violazione del precesto del digiuno, cadendo la Vigilia di S. Mattia nell' ultimo dì del Carnevale, trasportarla al Sabbato precedente.

Non credemmo di dover trascurare la sopradetta istanza, o di darcene per non intesi, lasciando all' acqua libero il corso senza mettervi il riparo; essendo Noi per la notizia che abbiamo delle intemperanze carnevalistiche, pienamente persuasi, che lasciando le cose, come sono, e non pensando a qualche temperamento, il digiuno ingiunto nella Vigilia di S. Mattia sarà negletto, e forse anche publicamente: e che volendosi castigare i delinquenti, non caderà il fastigo, che sa-

pra alcuni pochi miserabili, restando immuni le persone potenti, o perchè vi sarà modo di fare, che le loro mancanze non arrivino alle orecchie de' Superiori; o perchè anche giungendo i fatti alla loro notizia, non lascierà la prudenza della carne di suscettire loro, che non temple per simili cause prendere impegno, e guastare la buona corrispondenza, tanto necessaria pel buon governo, colle persone potenti del Secolo, e però rispondemmo come in appresso.

Primo, non essere timor panico, ma ben fondato; che cadendo in quest' anno il digiuno colla Vigilia di S. Mattia nell' ultimo dì del Carnevale, farà disprezzato, e negletto.

Secondo, non essere cosa nuova, che concorrendo una legittima causa, si trasportino la Vigilia, ed il digiuno a qualche altro giorno antecedente. Ciò si vede nella Vigilia di S. Giovanni Battista, qual Vigilia cadendo nel Giovedì del Corpus Domini, il digiuno s' anticipa nel Mercoledì precedente, giusta la Costituzione: Cum evenire. la 232. del Pontefice Urbano VIII. senza che nel Mercoledì si faccia veruna menzione della Vigilia nell' Officio, e nella Messa, giusta il Decreto della Congregazione de' Riti approvato dalla Santa Memoria di Clemente XI. che è il 9. del suo Bollario fra i Decreti della detta Congregazione. Ciò pure si vede nella Festa solenne di qualche Santo principale Protettore della Città, e Diocesi; imperocchè se nel dì della Festa cade qualche digiuno, questo si trasporta al giorno precedente, come bene osserva il Cardinal Gaetano nella sua Somma in verb. *jejunium*. Quod ad tertium §. De rationabili, e vanno proseguendo coll' allegare altri concordati il Sanchez lib. 5. Consilior.

lior. cap. dub. 5. num. 27. il Leandro oper. mor. p. 3. tr. 5. disp. 10. qu. 39.

Non parlammo del caso, in cui caddendo questa Festa solenne nel Lunedì, ed avendo questa Festa Vigilia, e digiuno, si trasporta il digiuno al Sabato precedente, secondo il testo della Decretale nel Cap. ex parte de observantia jejuniorum, sapendo Noi, che per altri superiori motivi, e per confondere l'eresia de' Manichei, che nimici della vera Resurrezione di Cristo, in disprezzo di essa digiunavano la Domenica, fu dalla Chiesa Cattolica proibito a' suoi seguaci il digiuno nella Domenica, come ben osserva il Silvio in 2. 2. D. Thomæ quest. 147. art. 5. quest. 8.

Ma considerando gli altri sopradetti casi, riflettemmo in terzo luogo; che se si anticipava il digiuno per fare solennizzare la Festa con una proporzionata allegrezza, esclusa la mestizia del digiuno; con molta maggior ragione potevasi anticipare il digiuno, per non esporlo al pericolo d'una scandalosa, pubblica, e quasi comune irriconvenienza: tanta più, che entrando nelle viscere dell'affare, non dovrebbe apparire irragionevole, il dire, che quasi corre la stessa ragione fra i predetti casi, ed il nostro, anticipandosi forse anche in esse il digiuno non meno per escludere la mestizia della Solennità, che pel timore, che il desto digiuno non si osservi in un giorno di pubblica allegrezza.

Ai tre divisati punti succedendo il quarto, che confessava sol vedersi, se dovendosi anticipare il digiuno di S. Mattia nel Sabato di Sessagesima ciò possa farsi da Vescovi nella loro Dioceſi colla loro autorità ordinaria, senza verun bisogno della nostra Ponti-

ficia: riflettemmo, essere due le opinioni degli Autori. Uno dà tutto all'autorità ordinaria del Vescovo nella sua Dioceſi, purchè vi concorra una grave, e legittima causa, l'evidente pericolo della violazione del digiuno, che succederebbe pur troppo nell'ultimo dì del Carnevale, se in effo si dovesse digiunare. Quest'è il sentimento del Gobat nella sua Teologia Sacramentale tract. 5. cas. 3. Sec. 2. in append. numer. 3. &c seq. del La-Croix nel 10. 1. lib. 3. p. 2. n. 1273. il che ripete nel 10. 2. al lib. 6. n. 2083. ove soggiunge, che quantunque nel 1694 fosse decretato dalla Congregazione de' Riti non doversi anticipare il digiuno nell'ultimo Sabato di Carnevale, quando cade la Vigilia di S. Mattia nell'ultimo giorno del detto Carnevale (come può vedersi nel Decreto 92. inserito nel Bollario d'Innocenzo XII. qual Decreto viene anche per extensum riferito da i Salmaticensi nel Corso Morale 10. 5. tr. 22. cap. 2. punct. 1. num. 93.) ciò però debba aver luogo, quando il Vescovo non crede espiciente al bene dell'Anime l'anticipare il digiuno; ma non mai quando ha giusti motivi per farlo anticipare.

L'altro poi contrario all'anticipazione del digiuno, sostiene, non potere il Vescovo nella sua Dioceſi ordinaria, ancorchè la Vigilia di S. Mattia cada nell'ultimo giorno del Carnevale. Così con molta energia scrivono Teofilo Rainardo, Heteroclit. Spiritual. 10. 19. pag. 273. num. 34. il Merati; ad Gavantum 10. 2. part. 1. Sec. 7. c. 4 sub num. 23. 6. si Vigilia. Il Cavalerio ad decreta Congregation. Sacrorum Rituum part. 2. 10. 1. pag. 139. & sequ. Il Diacono in Edit. Coord. 10. 3. tr. 3. qu.

'88. n. 3. il Leand. part. 3. tract. 5.  
disp. 10. quæst. 42. il Moncell. in  
formul. legal. part. 2. tom. 16. for-  
mul. 4. n. 12. il Ferraris nella Bi-  
blioteca Canonica tom. 4. in verb.  
jejunium 26.

Non può negarsi, che questa seconda opinione non sia la più comune, ed anche la più ragionevole, e meglio fondata. Imperocchè, ciò che fanno delle ragioni portate da i predetti Autori per confermare il loro assunto, alle quali non sarebbe molto difficile il rispondere adeguatamente; se la Vigilia col digiuno per la Festa di S. Mattia fu con precesto ordinata da Innocenzo III. nel Cap. ex parte de observantia jejuniorum, ove sopra la controversia insorta, e mossa da taluni, che volevano, non doversi far la Vigilia, né digiunare in onore di S. Mattia per la ragione, che quantunque fosse stato Apostolo, non era però stato chiamato a dirittura dalla voce di Cristo; se prima d'Innocenzo III. il Pontefice Alessandro III. interrogato da quelli, che anche in quel tempo osservavano la Vigilia col digiuno per la Festa di S. Mattia, come dovevano regolarsi nell'anno bisestile? rispose dovere mai sempre la Vigilia celebrarsi nel giorno precedente alla Festa, eccettuato il caso, in cui cadesse nel giorno di Domenica: Festum B. Mathiae, juxta consuetudinem Ecclesiarum, Vigilia eate-  
nus præcedat, ut nec pro bissexto, nec quolibet alio modo, inter se, & solemnitatem, aliam diem ad-  
mittat; in qua utique, nisi Vigilia  
venerit in Dominica die, jejunitum  
celebretur. Così si legge nel Capit.  
Quæslivit, §. Festum de verborum  
significatione. Decretale dello stesso  
Pontefice riferita ancora nell'appendice  
al Concilio terzo Lateranense cap. 22.

pag. 1718. to. 10. de' Concilii della Collezione Laboana, e altresì appre-  
so il Martene de antiquis Ecclesiæ ritibus, to. 3. lib. 4. c. 31. n. 23. Non vi vuol molto a comprendere, non potere l'autorità ordinaria trasportare al Sabbatho precedente la Vigilia di S. Mattia, ancorchè cada nell'ultimo giorno del Carnevale; non potendo l'autorità ordinaria o derogare, o dis-  
pensare nelle cose stabilité da' Romani Pontefici, e dal Diritto Canonico, to-  
me si è da Noi dimostrato nel nostro Trattato de Synodo Diocesana nel lib. 7. c. 30.

Così abbiamo risposto a i Vescovi, e Prelati, che ci anno richiesto, se po-  
tevano trasportare la Vigilia di S. Mattia al Sabbatho precedente. Senza però lasciare d'insinuare a loro, che ar-  
rivando la nostra autorità Pontificia a quel segno, a cui non arriva la di-  
lato autorità ordinaria; ben volentie-  
ri davamo loro la licenza, di potere in quest' anno anticipare la Vigilia di S. Mattia col digiuno, facendola cele-  
brare nel Sabbatho di Siffagessima, e così staccandola per questa volta dal giorno immediato precedente alla Festa di S. Mattia: essendo pur troppo per-  
suasi, che dovendosi fare nell' ultimo giorno di Carnevale, sarebbe quasi ine-  
vitabile la trasgressione del precesto ec-  
clesastico; ed essendo anche convinti dell'obligo, che abbiamo, di dare tut-  
to l'ajuto, e la mano a nostri fratel-  
li, acciò tengano lontano dalle loro Dioceſi le offese di Dio. È noto a cia-  
sccheduno, che fino da' tempi Apostolici nelle Chiese si facevano onesti Conviti, chiamati Agape, così ben descritti da Tertulliano nel suo Apo-  
logetico al cap. 39. È noto altresì,  
che segregavansi dalla comunione de'  
fedeli quelli, che si astenevano dal fro-  
quen-

quentarli, per qual motivo fu anche detestata la condotta degli Eretici Eustaziani nel Sinodo Gangrense al Can. 11. Ed è noto finalmente, che per li disordini, che s'incominciarono a scorgere nelle Agape, furono le stesse proibite dal Concilio Laodiceno al Can. 28. e dal Concilio terzo Cartaginese al Can. 30. Chiunque risletterà colla dovuta attenzione alla sopradetta condotta dell'Ecclesiastica Disciplina, che pe' disordini seguiti non ha avuta difficoltà di levare per sempre un'antica Apostolica usanza, non dovrà punto maravigliarsi, se in vista di irreparabili disordini, non per sempre, ma per una volta sola si varia il giorno del digiuno, restando però l'obligo di doverlo adempiere nel giorno surrogato. Ci saremmo potuti prevalere di molti, e molti altri esempi di deroghe ancora più forti a i precetti ecclesiastici, che s'incontrano negli Annali della Chiesa; ma abbiamo prescelto quello delle Agape, come più prossimo, ed adeguato al caso nostro, giacchè in quello, ed in questo si tratta del vizio della gola.

Rispondendo a i sopradetti Vescovi, e Prelati, abbiamo di più incaricato l'esortare gli Ecclesiastici Secolari, e Regolari a non prevalersi dell'anticipazione del digiuno; ma a digiunare nella vera Vigilia di S. Martia, che è lo stesso giorno, nell'ultima di del Carnevale; non dovendosi credere di loro, che sieno immersissimi disordini Carnavalschi, come per lo più sono i Secolari.

Ecco quanto abbiamo risposto a chi è ricorso a Noi, per sapere, come doveva regolarsi quest'anno nell'ultimo giorno di Carnevale, in cui cade la Vigilia di S. Martia. Ora con questa nostra notifichiamo il tutto agli Arci-

Vescovi, e Vescovi del nostro Stato, acciò tattano di loro temendo nella sua Diocesi, o Città la trasgressione del precesto del digiuno nell'ultimo dì del Carnevale, possa prevalersi del rimedio additato, nel modo, e forma di sopra espressi, dandogli in ciò un ampia licenza; e quando di ciò non tema, lasci l'affare nel suo corso naturale. E mentre ci raccomandiamo alle vostre Orazioni, Venerabile Fratello, diamo a Voi, ed al Grogge alla cura vostra commesso l'Apostolica Benedizione.

Datum Roma apud S. Mariam Magorem die 30. Januarii 1751. Pontificatus Nostri anno undecimo.

Hæc Laudatus Pontifex. Optime 30 autem disposuit: hortandos Clericos Regulares, & Seculares, ut non utantur hujusmodi permissione anticipandi jejunium occasione Bacchanalium; in his enim deficiebat, aut certe præsumi non debebat ratio allegata vitandi scandala, & occasionem peccatorum. Et vero quam indecorum esset, si sicut populus, sic & Sacerdos! Quid? quod olim, ut constat ex veteribus monumētis, quorum nonnulla proficit Metatus to. I. par. 4. lit. 5. nū. 2. Clerici observatiā quadragesimalem incipiabant a Dominica Quinquagesimæ; ut eorum vita, quæ a Laicorum conversatione discreta esse debet, talis in jejunio appareret. Vide dicenda. II. 2. lib. 4. par. I. cap. I. art. 6. nū. 56. Et licet prædicta lex confuetudine contraria sit abolita, tamen testatur Lessius de justit. lib. 4. c. 2. dubit. 9. n. 63. & Merat. loc. cit. multos pleros virtuosos, maxime Regulares abstinentiam carnium a Quinquagesima inciperet.

Ita effans Pontifex, & Episcopus

pus non exciperet Clericos , seu in Litteris , & notificatione translationis prædicti jejunii . in casu præfato non exciperet expresse Clericos a dispensatione , nec eosdem hortaretur , ne huicmodi privilegio utantur ; nihil tamen minus nequaquam oportet eos prædicto privilegio uti ; & melius ficeret quivis etiam ex Laicis , qui nollet frui , sed jejunium servaret in ipsa Vigilia , in qua pro universalis Ecclesia demandatur . Etsi enim aliquando sit obligatio utendi suo privilegio , non tamen in hoc , & simili casu , quia minimum non est privilegium habitativum , sed potestativum , ut dicitur ; super quo videri potest La-Croix lib. I. de legib. qu. 139. §. 16. Privilegio autem potestativo utimur , quando volumus . Tambur. in Decal. lib. 2. c. 5. §. 2. n. 34.

Et quamvis Cajetanus , Naldus , & Pellizzarius laudati superius docent : Regulares quoque teneri se accommodare translationi jejunii factæ ab Episcopo in sua Dioecesi : id utique non procedit in casu , quo Episcopus transferat jejunium per modum Simplicis permissionis , ut quidem accidit hic , & patet ex mente ipsius Pontificis Benedicti XIV.

Ex descripta Pontificia Encyclica patet Veritas supra positaæ Affirmationis , quod , quidquid antea in utramque partem disputaverint Theologi , utrum licet Episcopo jejunium Vigilie S. Mathiae incidens in Feriam secundam vel tertiam Quinquagesimæ in aliam diem transferre ; nunc vero res non sit integra Episcopo , citra casum inopinatum , aut quo fieri nequeat recursus ad Summum Pontificem . Quin etiam nota , quod , cum laudata Encyclica verbis jo-

expendendis difficultibus pro Jejuniio incidente in Feriam tertiam seu ultimam diem Bacchannalium ; multo minus censemur est , licere Episcopo transferre jejunium incidens in Feriam secundam , qua certe minoribus exposita est periculis transgressionis : adeoque dicendum est ; multo magis in hoc casu urgere necessitatem recursus ad Summum Pontificem , ut translatio fiat ; quamvis & ipsam faciendam esse ex quadam aquitate insinuat in eadem Encyclica , ubi videmus Summum Pontificem anticipare jejunium Feriarum tertiarum non in Feria secunda præcedenti , sed in Sabbato ante Quinquagesimam . Sed jam contra illud , quod in laudata Encyclica insinuat , ne Clerici utantur prædicta facultate :

Dices I. Nemo potest privilegio 31  
sibi cum aliis communis renunciare sine Superioris licentia ; uti habet Sa V. Gratia nu. 29. La-Croix lib. I. de legib. quæst. 139. §. 30. , & Quintanadvenas , plures alios citant. I. singular. tr. 7. de celebr. Miss. singul. 35. n. 4. Ergo nisi expresse Episcopus excludat Clericos a privilegio translationis jejunii , tenentur hi anticipare . Et similiter quivis etiam ex Laicis , si Episcopus expresse non dixerit : se optare , ut non utantur privilegio transferendi .

R. Non esse hanc proprie dictam renunciationem privilegii ; sed simpliciter non usum . Porro ad renunciationem privilegii requiritur acceptatio concedentis , ut docet La-Croix I. cit. In casu autem nostro nulla adest . Videantur etiam dicenda in responsi ad objectionem sequentem . Adde , quod privilegium concessum in hoc casu est privilegium Simpliciter potestativum , ut su.

**S**upra dicebanus, atque adeo confitens in voluntate utendi; & vero etiam Episcopus exceptionem praedictam non faceret expresse, vel motionem non apponaret, optare se, Clericos eo privilegio, & concessione non uti; nihilotamen minus pie, prudenterque presumitur, Episcopum id optare. Porro non potest omnino credi, Episcopum, & Pontificem velle cogere ad anticipandum jejunium a Vigilia sua translatum nonnisi causa Bacchannalium, hoc est ad vitanda scandala, seu occasionem transgrediendi praeceptum jejunii, & abstinentiae a carnibus; atque adeo in easu, quo ægre, & veluti ex necessitate ad indulgendum, permisso datur anticipandi.

**D**ices 2. Clericus tenetur uti privilegio fori, ne scilicet trahatur ad forum Sæculare: *C. Si diligenter, de foro competenti*: Et privilegio Canonis; ne videlicet percutiatur: *C. contingit de sent. excommun.*, ergo similiter potest esse obligatio utendi praedicto privilegio anticipationis jejunii.

**N**ego consequentiam. Ex multis disparitatibus, quæ assignari possent, hanc profero: Clericus non utendo dictis privilegiis irrogat injuriam Statui Clericali, cuius status potius sunt privilegia praedita: quemadmodum essent in ipsis allegatis textibus juris: & ideo illis uti tenetur. Vid. La-Croix lib. 3. par. 2. qu. 2. §. 2. num. 6. Et similiter quicumque non utendo privilegio sibi cum aliis concessio, irroget illis injuriam, tenetur eo uti. Videatur Azorius Instit. Moral. par. 1. lib. 5. cap. 22. qu. 10., & sic intelligendi sunt Auctores docentes: neminem posse privilegio sibi cum alijs com-

TOM. II.

muni renunciare: quemadmodum in precedenti objectione dicebatur; ut patet apud ipsum Quintanadv. ibi cum aliis allegatum cit. singul. 35. n. 5. & 6. Contra vero, qui non anticipat dictum jejunium, nulli facit injuriam, imo prius ædificationem, pluribus justam confusionem Ecclesie decorem, Apostolicæ Festivitati honorema.

**D**ices 3. Anticipante Episcopo jejunium incidente in Fekum Patroni principalis loci, est obligatio anticipandi, ut nos ipsi contra Chavetteam docebimus 23. Julii, artic. 3. quæst. 1. Ergo similiter in casu præsenti.

**N**ego consequentiam. Latissima est disparitas: nam ut loc. cit. docebimus, in illo casu privilegium anticipationis est potius Festivitatis, quam populi. Porro, ut ibi animadvertemus, in illo casu jejunium transfertur præcipue in gratiam, & honorem Festivitatis ipsius Ecclesiastice, cui non congruit mœstitia jejunii, idque ex Spiritu vere Ecclesiastico. Contra vero in casu præsenti, privilegium anticipationis nonnisi ob respectum populi fit, ad vitanda nimirum pusillorum scandala, & occasionses peccatorum; unde patet, nonnisi meram esse permissionem indulgentis benigne Matris Ecclesiæ, propter duritiam cordis multorum, in quibus refriguit charitas, & eviguit Spiritus pristinæ severitatis.

**D**uabus questionibus hactenus agitatis circa jejunium hoc occurrens ultimis diebus Bacchannalibus, utile est subneстere tertiam. Cum enim statuerimus in dicto casu, ubi transgressionis scandala timeantur, fore ad Pontificem opportuno tempore recur-

recurrendum pro translatione ; si Pontifex diem non assignet translationi concessas, in quem diem erit ab Episcopis transferendum ? Sit itaque

## SUBSECTIO III.

*In quem diem, transferendum sit Jejunium in dicto casu?*

34 Quo. III. Facultate accepta a Summo Pontifice transferendi jejuniū Vigilie S. Mathiae ob pericula transgressionis occasione Bacchanalium, cum occurrat in Feria secunda, vel tertia post Dominicam Quinquagesimæ, in quem diem transferri possit ?

Antequam punctum hoc stabiliamus, nostrataque sententiam profaramus, varias quoad hoc Doctorum opiniones referre, & examinare juvabit. Quamvis enim ex descripta Benedicti XIV. Encyclica liqueat iam, Sabbato præcedenti Dominicam Quinquagesimæ Jejunium in hoc casu esse addicendum : non tamen eruditio vacat, quid Alii opinati fuerint scire, quidve ponderis eorum Opiniones habeant, expendere.

## §. I.

*Prima Opinio.*

*Translatio a Feria III. in precedentem Feriam II.*

**P**RIMA opinio fuit, cuiusdam apud Benedictum Chiavetta Consult. canon. tom. 2. consult. 190., ubi hoc habet: Iacedit Fastum S. Mathiae Apost. Feria 4. Cinerum, & ideo ultimo die carnisprivii vnde Carnevale erat servandum jejuniū, quod quia

difficile reddebatur fidelibus, fuit quidam Canonicus, qui Episcopo proposuit, ut indicaret jejunium Feria secunda post Quinquagesimam, ut sic possent Cives edere carnos in Feria tertia.

*Rejicitur prima Opinio.*

Sed hanc opinionem non approbo: quia non penitus; ne dicam, quia nullo modo obviat scandalo, & periculo transgressionis prædicti jejunii. Profecto aut simile, aut parum ab simile periculum est; cum simili, aut parum ab simili sit causa non servandi abstinentiam in illis duobus diebus ultinis Bacchanalibus, nimirum in Feria 2. & 3. ante Cineres; ut ex ludis in populo, & modo agendi, in prædictis duobus diebus patet. Ergo cum tota ratio transferendi jejuniū istud, sit ablatio Scandali, & Vitatio transgressionis; non bene transferetur a Feria tertia in Feriam secundam; quia ita parum prudenter consilium Observantia intentæ Jejunii, & pusillorum scandalo, quod unice cavitur in facta translatione.

## §. II.

*Secunda Opinio.*

*Translatio a Feria III. in Fer. IV. Cinerum.*

**S**ECUNDA opinio fuit illius Doctoris Pragensis questione prima allegati, de qua Gobat l. ibi cit. n. 112. qui videlicet judicabat: Occurrente Vigilia S. Mathiae in Fer. 3. ante Cineres, optime illam transferri in Feriam IV. sequentem, in ipsum scilicet diem Cinerum; quia sicut-

scuti tunc Festum S. Mathiae a Feria 4. transfertur in Feriam quintam post Cineres quoad Chorum; ita recte transferretur Vigilia, seu jejunium in Feriam 4. Cinerum. Gobat num. 116. inquit, se fatari, non displicere sibi opinionem hanc: etenim, ait, non videtur dari aliud rationabile medium inter haec duo extrema; scilicet ex una parte, usus non faciendi mutationem, est duplice ex causa plurimorum occasio peccatorum mortalium; (quam nos exposuimus Subs. 2. §. 1. num. 25. ubi de sententia ejusdem Gobat pro translatione jejunii hujus.) Ex alia parte, usus separandi per interjectionem triduum Vigiliam a Festa, ut esset, si a Feria 3. praedicta transferretur in Sabbatum præcedens, est gratus quidem plerisque, at valde alienus ab antiquissima, universalissimaque consuetudine, ergo non imitandus; *C. Ridiculum* 5. dist. 12. Ita Gobat n. 114. & 115. Deinde numero sequenti subdit; quod cum ipsum Festum quoad Chorum transferatur ex præscripto Rubricarum in prædictam Feriam V. Quidni transferatur etiam quoad forum? Quandoquidem non solum plurimi Episcopi hoc factitant circa Festum Annunciationis; sed etiam per se est congruum, ut Chorus, Forumque jungantur, sicut quisque clare videt: ut scilicet accessorium sequatur motum sui principalis. Hac Gobat n. 116. ubi tamen fatetur, se agnoscere Laymarum lib. 4. tr. 8. c. 3. num. 9. & teste Diana p. 3. tr. 6. Resol. 66. alios viros doctos magis probare translationem in Sabbatum, sicut & probat, ait, Pasqualius, teste eodem Diana p. 10. tr. 16. Resol. 7. dissentiente tamen

sunt Leandro. Denique m. 17. finemonet, quod licet dixerit: sibi non displicere illam opinionem: nolit vero se auctorem esse recedendi a Matre Roma. Hoc tamen dicere potius pro translatione simpliciter, quam pro die, in quem sit facienda.

*Rejicitur secunda Opinio.*

Sed haec rationes nullae sunt. Non valet illa Doctoris illius Pragensis, ducta ex eo, quod Officium Festi S. Mathiae in dicto casu transferatur in Feriam V. post Cineres: enimvero si jejunium Vigilie non habet per se ullam connexionem cum Officio; ipsius etiam Vigilie, multo minus eam habet cum Officio Festi in cuius honorem Vigilia celebratur; unde ex eo quod Officium Vigilie S. Mathiae transferatur in dicto casu in Feriam V. post Cineres; non sequitur, jejunium (ex suppositione, quod transferri possit) posse reponi in Feria IV. Cinerum.

Jejunium igitur Vigilie per se non habet ullam connexionem cum Officio, etiam ipsius Vigilie, unde aliquando separantur, aliquando Officium Vigilie plane omittitur, juxta varias Rubricarum dispositiones. Profecto Vigilia Nativitatis Domini occurrente in Dominica, jejunium anticipatur in Sabbato, Officium vero Vigilie in ipsa Dominica recitatur. Occurrente Vigilia Nativitatis S. Joannis Baptiste in Feste SS. Corporis Christi, jejunium anticipatur in Fer. IV. proxime præcedenti; Officium vero Vigilie plane omittitur; ut suis respective locis norabimus. Et similiter omittitur Officium Vigilie universalis, anticipato jejuno, ubi in Vigilia universalis occurrat Festum so-

leonne principalis Patrōni, loci ut in Appendix ad calcem Diarii docebimus c. 7. ubi de SS. Patronis. Et licet occurrente Vigilia cum jejunio in Dominica, Officium una cum jejunio anticipetur in Sabbato, excepta Vigilia Nativitatis Domini, ut innuimus; id autem non est ob ~~simultaneum~~ respectum ullum, quem habent inter se jejunium, & Officium Vigiliæ; sed fit ob respectum Dominicæ. Quemadmodum eam jejunium a Dominica transfertur, ne Resurrectionis gaudium, quod in Dominica recolitur, minuatur; ut suo loco, de jejunio in Dominica agentes observavimus: ita similiter Officium Vigiliæ a Dominica excluditur, quia nec ei competit mœstia, quam præferebat Officium Feriale Vigiliæ; unde est, quod, occurrente Vigilia non privilegiata in Feso primæ classis, ratione Solemnitatis, vel ipsa Vigiliæ Commemoratio retinetur. Officium vero Vigiliæ Nativitatis Domini, quemadmodum & Officium Vigiliæ Epiphanie etiam in Dominica recitatur, quia est Festivum, non Feriale, nec indicat mœstiam, sed potius Solemnitatem. Quare autem occurrente Vigilia ex consuetis in Dominica, Officium anticipetur in Sabbato, & non omittatur, quemadmodum omittitur occurrente Vigilia Nativitatis S. Joannis in Feso Corporis Christi? dicemus 22. Junii artic. 1. n. 2.

Itaque, ut dicebamus, repositio Officii S. Mathiæ in Feria V. post Cineres, non est ratio reponendi jejunium Vigiliæ S. Mathiæ in Feria IV. Cinerum, ex suppositione quod transferri possit a Feria tertia ante Cineres.

Quod autem Gobat concedit: jejunium hoc reponi posse in Feria IV. Cinerum, saltem si cum Officio simul Festum S. Mathiæ transferatur in foro in Feriam V. post Cineres: Ei quidem favet Cavaler. tom. 2. c. 15. Comment. in Decr. 5. licet enim moneat n. 12. non posse jejunium Vigiliæ S. Mathiæ transferri in Fer. IV. Cinerum, si solum Officium Festi transferatur in Feriam V. post Cineres: attamen n. 11. docet: ubi legitima ferat consuetudo transferendi Festum S. Mathiæ una cum Choro, & foro in Feriam V. post Cineres, licitum esse, imo & debere etiam transferri jejunium in Feriam IV. Cinerum: runc enim, inquit, censetur, Festum occurrere in die, in quem quoad Chorum, & forum legitimate translatum supponitur: & ideo in die praecedenti præmitti etiam debet ejusdem Vigilia; juxta consuetudinem Ecclesie, quæ semper in die antecedenti ad Festum in foro præmittit Vigiliam, tamquam proximam præparationem ad digne Festum celebrandum. Sed respondeatur; hujusmodi translationem prædicti Festi in foro, seu etiam consuetudinem transferendi prædictum Festum in foro in Feriam V. post Cineres, si ea fieret fine transferendi jejunium, reprobata venire per ipsam prohibitionem transferendi jejunium; ut facile est intelligere. Neque facultas transferendi jejunium, infert facultatem transferendi Festum in foro, ut patet ex praxi Ecclesie, & ex supra dictis. Sola autem, quæ remanet, translatio Festi in Choro, non est sufficiens ut simul cum ipsa transferatur jejunium, ut etiam patet ex dictis, & melius pate-

patebit ex dicendis sequenti die artic. 5. Sect. 1. n. 8. ubi etiam videbimus, exemplum Translationis Festi Annunciationis a Gobat allegatum, esse nullum, & procedere ex falso supposito. Si vero Festum S. Mathiae aliebui in Choro, & foro in Feria V. post Cineres ex aliqua justa ratione, & vere legitima confuetudine celebraretur, ibidem posse & ejusdem Vigiliam in Ferias IV. transferri non diffitemus Cavalerio, ducki exemplo Vigiliae S. Bartholomaei Apostoli, quo etiam utitur idem Auctor; sed casus non patrocinatur praesenti causae, cum sit extra praesentem questionem; non enim querimus: an jejunium S. Mathiae fieri possit Feria IV. Cinerum, ubi ejusdem Festum in foro in sequenti Feria V. legitime celebretur? Sed querimus: ex suppositione quod Festum S. Mathiae in foro celebratur Feria IV. Cinerum; an Jejunium ejus Vigiliae, quae tunc certo est Feria III. transferri possit in aliud diem, & quemnam?

Denique ad rationem illam, quam priori loco assignat idem Gobat, petitam ex eo, quod usus separandi per interiectum triduum Vigiliam a Feste, ut esset, si a Feria tertia praedicta transferretur in Sabbatum præcedens, est gratus quidem, ut ipse ait, plerisque, sed valde alienus ab antiquissima, universalissimaque confuetudine; ergo non imitandus &c. Respondetur: quod translatio jejunii a Feria tertia in Feriam IV. Cinerum, longe gratior evadere debet plerisque; cum aliunde sit in praedicta Feria obligatio jejunandi, quæ tamen non est in Sabb. ante Dominicam. Quinquagesimæ: & aliena non minus ab antiquissima, &

universalissima consuetudine Ecclesie, quæ obligationem jejuniæ quando transfert, anticipat, non postponit. Posito ergo, quod Festum in foro S. Mathiae occurrere in Feria IV. Cinerum in sua relinquatur sede, eum transferri non debeat: non est secundum consuetudinem Ecclesie, jejuniū prædictum a Feria tertia transferre in Feriam IV. Quod si manente Feste Fori in Fer. IV. Cinerum, in ipsa eadem fieri velit Jejunium pro Vigilia S. Mathiae: valde absolum esset, Festum S. Mathiae simul cum ejusdem Vigilia celebrare; ut fieret, si jejunium Quadragesimale Feria IV. Cinerum simul intenderetur, in honorem S. Mathiae, seu pro ejusdem Vigilia celebrari. Videri possunt dicenda 13. Decembr. art. 4. n. 6.

### §. III.

#### Tertia Opinio.

*Translatio a Fer. II. vel III. in Sabbatum præcedens.*

TERTEA Opinio est communior Art. 36  
etorum docentium posse optimè transferri jejunium S. Mathiae a Fer. 2. vel 3. Quinquagesimæ in Sabbatum proxime præcedens. Gavantus a nobis laudatus Subsect. 1.  
§. 1. loc. ibi cit. ait. Si Vigilia S. Mathiae incidat in ultimum diem Baccharalium, potest Episcopus transferre jejunium in Sabbatum præcedens. Uc. Adduximus ibidem Laymannum docentem: Si jejunium ab Ecclesia præceptum incidat in Festum solemne peculiariter in aliqua Diaœcis, vel Civitate celebrari solitum, posse auctoritate Episcopi jejunium in aliud v. g. præcedentem diem transferri. Qua etiam

etiam ratione fortasse aliquis respondere poterit: Si Vigilia S. Mathiae incidat in Feriam secundam, vel tertiam Quinquagesimæ, justam fore causam, ut Episcopus tale jejunium in praecedens Sabbatum transferat. Etiam Gobat 10. 1. tr. 5. Cas. 3. Sec. 2. n. 113. afferens nonnullas praxes de sua Germania pro translatione Vigilie S. Mathiae, inter alias testatur, quod anno 1621., & 1632. quando illud Festum (S. Mathiae) incidit in Fer. IV. Cinerum, nonnulli Illustrissimi Domini Ordinarii nihil plane mutarunt; alii, siue plures Vigiliam transfulerunt in Sabbatum ante Quinquagesimam. & quidem utroque illo anno Vigiliam anticipaverunt Sabbato ante Quinquagesimam Constantienses: at Eichstadiani solo anno 1632. Brixinenses solo anno 1621. (Deinde) annis 1626. & 1637. quibus idem Festum obiba-  
tur Feria 3. Quinquagesimæ, Constan-  
tienses in Sabbatum antecedens trans-  
fulerunt Vigiliam. Rursus num. 116.  
postquam promovisset opinionem il-  
lam superius expositam, & refuta-  
tam translationis a Feria tertia in  
Feriam quartam Cinerum, subdit:  
Agnosco tamen Laymannum lib. 4. tr.  
3. c. 3. n. 9. & teste Diana par. 3.  
tr. 6. R. 66. alios Viros doctos ma-  
gis probare translationem in Sabba-  
sum, sicut & probat Pasqualigo. De-  
nique nu. 119. docet, quod si fue-  
rit morale periculum, ne plurimi  
Subditorum violent esu carnium vi-  
giliam praedictam, si nullo modo  
dispenseretur, in hoc casu poterit Vi-  
gilia transferri in Sabbatum praec-  
dens. Deinde tom. 2. cr. 4. par. 2.  
c. 7. qu. 17. n. 131. ita habet:  
Postremo in quibusdam Germaniae Epis-  
copatibus solent Episcopi, quando Vi-

gilia S. Mathiae occurrit in Feria ter-  
tia post Quinquagesimam, eam trans-  
ferre in Sabbatum praecedens. Hæc  
Gobat.

Conforme testimonium dat La-  
Croix lib. 3. par. 2. qu. 244. di-  
cens: Si Festum S. Mathiae incidat  
in diem Cinerum, statutum est in Dic-  
tæ Colonensi, Monasteriensi, Vien-  
nensi, aliisque, auctoritate Ordinarii,  
ut jejunium etiam a Religiosis antici-  
petur priori Sabbato; & idem est se-  
Festum incidat in diem Martis.

Admittitur praedita tertia Opinio.

Hæc tertia opinio videtur admit-  
tenda, utpote communior, & il-  
li favet etiam auctoritas Benedicti  
XIV., qui ann. 1751. Episcopis ro-  
gantibus permisit anticipare in sua  
iporum Dicæsi in dicto casu jeju-  
num Vigiliæ præfatæ in Sabbato præ-  
cedenti; de qua facultate supra di-  
ctum est qu. præced. Item anno  
1773. cum morarer in Civitate Interamensis Pontificiæ Ditionis, oc-  
currente Vigilia S. Mathiae in Fe-  
ria tertia post Dominicam Quinqua-  
gesimæ, Episcopus, facultate accep-  
ta a Clemente XIV. transferendi  
jejunium, transfult illud in Sabba-  
tum proxime præcedens.

Non esse autem transferendum,  
seu anticipandum Officium Vigiliæ,  
sed illud manere suæ affixum diei:  
animadvertisimus superius articul. 1.  
num. 3.

SUBS.


S U B S. IV.

*De Casu, quo Vigilia cum Jejunio  
incidat in Feriam V. post Do-  
minicam Sexagesimæ.*

37 Qu. IV. Quoniam Bacchannalis licentia laxior esse solet etiam in Fer. V. infra Sexagesimam vulgo *Giovedì grasso*, præ cæteris præcedentibus bacchannalibus diebus: ideo proxime ad quæstiones hactenus agitatas, quæri potest: an ea quæ diximus pro translatione facienda jejunii hujus occurritis ultimis duobus diebus bacchannalibus, vide licet in Feria secunda, & tertia post Dominicam *Quinquagesimæ*, intelligi, ac diei similiter possint de Feria V. prædicta? si in ea incidat Vigilia S. Mathiae, aut aliquod locale jejunium: ut accidit Romæ, quando prædicta Feria V. occurrit die prima Februarii, qua die Clemens XI. ut singulis annis celebra retur memoria liberationis a periculo terræmotus, quo Urbs Romana

afflicta fuit: statuit jejunium quotannis esse servandum; pridie nimirum dici Festi Purificationis Beatæ Mariæ Virginis; ut refert Benedictus XIV. de *Synodo Diacon. lib. 13. c. 4. nu. 7. fine.*

R. Negative: primo, quia revera non militant omnes, & eadem rationes, quas militare vidimus pro illis duobus ultimis diebus bacchannalibus. Secundo quia nulla de hac die controversia instituitur apud Audtores hactenus citatos; ita ut nec in dubium venerit. Solum apud La-Croix lib. 3. part. 2. qu. 242. nu. 1273. hæc invenio: *Si Festum S. Matthei incidat in diem Veneris ante Quinquagesimam, Agenda Monasteriensis sub Ernesto edita an. 1592. statnebat, ut jejunium servaretur ipso Festo S. Matthei, scilicet die Veneris; sed usus iste exdevit, & alia editiones Agendae id non habent; binc Anno 1702. quando casus iste erat, observatum est ab omnibus jejunum die Jovis, secundum morem universalis Ecclesie.*



C A.

## C A P U T   X X .

## N O T A N D A   X X I V .   F E B R U A R I I .

## E X P L I C A N T U R   A R T I C U L I S   V L .

Art. I. *De Observantia Festi S. Mathie Apostoli.*

Art. II. *De Horis Canoniciis.*

Art. III. *De Missa.*

Art. IV. *Notanda in Festo S. Mathie occurrent. in die Cinerum.*

Art. V. *De quadam superstitione.*

Art. VI. *Notanda pro hac die in Anno, & Mense bissextili.*

## A R T I C U L U S   I .

*De Observantia Festi Sancti Mathie Apostoli.*

**V**N Anno, & Mense communi, seu non bissextili hodie est Festum S. Mathie Apostoli, sed in anno, & mense bissextili celebratur sequenti die 25. **C.** Quæfuit, de verb. signific. ut notavimus die præced. art. 3. **Sext.** i. num. 21. Est autem ex præcepto universali, uti habetur ex traditione & constat ex Constit. Urbani VIII. incip. Universa; quam allegavimus die 1. Januarii num. 1. ubi inter Festa, ex obligatione gravi universaliter servanda, ponitur Festum S. Mathie Apostoli. Similiter **C.** Pronunciandum, i. dist. 3. de Consecr. & C. conquestus de Feriis, generaliter ponuntur Festa duodecim Apostolorum. Intelliguntur autem Festa, quæ constat, esse principalia, non item alia, quæ sunt accessoria; nam de aliquibus Apostolis secundaria quædam Festa celebrantur, quæ tamen non sunt sub præcepto universali in foro: ut de S. Petro utraque Cathedra Antiochena, & Romana; & Vinculorum Festum.

De S. Paulo, Conversio ejus, & peculiaris Commemoratio ejusdem, quæ fit post Festum Petri, & Pauli; & de S. Joanne Evangelista, Festum *Ante portam Latinam* vocatum; ut animadvertiscant Azor. Institut. Moral. par. 2. lib. 1. cap. 24. initio. Suar. de Relig. tq. 1. tr. 2. lib. 2. c. 9. n. 9. & alii.

Apostolorum Festivitates sunt antiquissimæ; verisimile esse, inquit, Azor. l. cit. duodecim Apostolorum Festa celebrari cœpisse statim atque Apostolis eorum discipuli successerunt. Suarez locò cit. allegat Clementem Romanum lib. 8. Constit. Apostolic. c. 33. dicentem: *In diebus Apostolorum vacant, Magistri enim vestri fuerunt.* Ubi significat jam tunc fuisse Apostolorum Festa sub præcepto constituta; ait Suarez: sed moderni Critici negant prædictum opus Constit. Apostolic. esse Clementis Romani, et si communiter quidem tribuatur Scriptori eruditio, qui sèculo saltem tertio fluerit; qui nimirum Constitutiones illas collegerit ex pluribus Conciliis ante Nicænam Synodum celebratis. Vid. Merat. to. 1. par. 1. in præliminari. n. 26. De Festo SS. Apolo-

stolorum Petri , & Pauli affirmat idem Suarez n. 11. non videri dubium , quin eorum primarium Festum a die Martyrii ipsorum fuerit Romæ , & in universa Ecclesia Latina magna veneratione celebratum . Videri tamen possunt dicenda 31. Decembr. art. 1. n. 2.

Param. col. rub. , ex Rubr. gen. 5  
Miss. tit. 18. n. 3.

An , & quale peccatum sit , non dicere Præfat. propri. & utrum debet suppleri , ubi error advertatur ? examinabimus tr. 2. in Dom. Resurrectionis , art. 3. ubi de Missa qu. 1. & 2.

## ARTICULUS II.

### *De Horis Canonicis.*

3 IN Anno communis , seu non bissexili hodie recitatur Officium S. Mathiae Apost. dupl. 2. cl. rubr. gen. Brev. tit. 9. & in dnob. tabell. excerpt. ex rubr. gen. Brev. lect. 1. & 3. noctur. & Or. propr. lect. 2. Noct. de comm. Apostol. 2. loco , reliqua de eodem communi : omisso Alleluia , cum sit post Septuagesimam . 2. Vespere de eodem Festo , ut in 2. Vesp. de comm. Apostolorum Or. propr.

Si hoc Festum venerit in Quadrages. 9. lect. de homil. Fer. & ejusdem Commem. in Laudib. & Vesp.

## ARTICULUS III.

### *De Missa.*

4 IN Festo S. Mathiae Apost. dupl. 2. cl. Missa propr. si venerit in Quadrage. fit comm. Feriae & ejusdem Evang. legitur in fine . Credo . Rubr. gen. Miss. tit. 11. Præf. Apostol. In Canone in Oratione Nobis quoque peccatoribus , inclinetur caput ad nomen Mathiae , similiter in Epistola , seu lectione de A&ibus Apost. & ubi alias nominetur . ex rubr. Miss. de rit. celebr. tit. 5. nu. 2. vide dicta 18. Januar. art. 2. n. 7.

TOM. II.

## ARTICULUS IV.

*Not. in Festo S. Mathiae occurrente in die Cinerum .*

### EXPLICANTUR SECTIONIBUS II.

Seç. I. *De Horis Canonicis , Missa , & observantia Festi.*

Seç. II. *De Collatione Ordinum.*

## SECTIO I.

### *De Horis Canonicis , Missa , & observantia Festi .*

OCURRENTE Festo S. Mathiae A- 6 postoli in die Cinerum , transfertur in Feriam V. sequentem , seu in primam diem non impediatam , transfertur quidem quoad Chorūm , seu Officium ; arguitur ex Rubr. Brev. in Fer. 4. Ciner. & ex Rubr. gen. Brev. tit. 10. de Translat. n. 1. & clare habetur tit. 34. de precib. num. 5. & animadvertisit Gavant. in Rubr. Brev. Seç. 7. c. 4. n. 23. Ratione dabimus tr. 2. in Fer. 4. Ciner. n. 4.

Sed in dicto casu transferturne 7 Festum etiam in foro , seu quoad obligationem audiendi Missam , & abstinenti a servilibus : ubi hoc secundum pro isto , & multis aliis Festis non sit sublatum ?

R. Gobat tr. 5. cas. 3. Seç. 2.  
E c nu.

**Art. 136.** ait : quod in hoc casu , cum ipsum Festum quoad Chorum transferatur ex praescripto Rubricatum in predictam Feriam V. quidni ergo transferatur etiam quoad forum ? & allegat exemplum plurimorum Episcoporum , qui Festum Annunciationis incidens in ultimum triduum hebdomadæ majoris , transfatum ideo universaliter quo ad Chorum , transfluerant etiam quoad forum . Confirmat ex eo , quia per se est congruum , ut Chorus , forumque jungantur .

**3** Verum omnino dicendum est : incidente Festo S. Mathiae Apostoli in die Cinerum , licet illud transferatur quoad Chorum , non debere tamen ideo transferri quoad forum , seu quoad obligationem audiendi sacram , & vacandi a servilibus : cum nulla sit causa translationis hujusmodi faciendæ . Et profecto exemplum Festi Annunciationis a Gobat pro se allatum , jam probat contrarium ; illud enim , sicut etiam Festum S. Josephi , quando incidit in Fer. V. majoris hebdomadæ , ex Pontificia Constitutione transfertur , quoad forum , ut suo loco notabimus ; & quamvis ex eadem Pontificia Constitutione transferatur etiam quoad forum Festum Annunciationis incidens in Feriam VI. , vel Sabbatum majoris hebdomadæ , ut etiam suo loco notabimus , id tamen non fit ex eo , quia Officium transferatur in Choro : aliter translatum quoque fuisset a Feria V. Cenæ , & a præcedentibus Feriis ejusdem majoris hebdomadæ : in iis enim si Annunciationis Festum occurrat , transfertur in Choro , juxta Rubricas . Quapropter exemplum a Gobat adductum Festi Annunciationis

nis in foro translati ex falsa suppositione procedit : supponitur enim , per Episcopos a triduo majoris hebdomadæ tunc translacrum fuisse in foro , eo quod Officium transferbatur in Choro . Quo si fuisset causa ; transfluerint quoque , occurrente in Feria secunda , vel tertia , vel quarta majoris hebdomadæ . At certe nunquam Episcopi a prædictis Feriis Annunciationis Festum transfluerunt in foro ; ergo causa transferendi illud ab ultimo triduo majoris hebdomadæ non fuit , quod Officium transferbatur in choro ; sed quia non poterat in foro commode & congrue celebrari quoad assistentiæ Missæ , cum in Feria V. Cenæ Domini , & Sabbato Sancto tantummodo Missa solemnis consueverit celebrari ; in Parasceve autem Missa penitus non celebretur . Nunc vero nova Pontificia constitutione ( suo loco exponenda ) universaliter observanda statutum est , quod occurrente Annunciationis Festo in Feria V. Cenæ , non transferatur in Foro , sed præter Missam solemnem aliquæ insuper Missæ privatæ juxta numerum , & commodum populi celebrentur ; occurrente autem eodem Festo in Parasceve , aut Sabb. S. transferatur in foro in Fer. 2. post Dom. in Albis , ob peculiares rationes , que militant pro dictis duabus Feriis , suo loco explicandas . Congruentia vero illa , quam idem Gobat allegat conjungendi Chorum , & forum , attendi quidem debet , per se loquendo , ut communiter attenditur ; non tamen ubi aliquid obstat ; nunc etenim passum ex usu Ecclesie separantur , ut hic patet ex dictis quoad ipsum memoriam Annunciationis exemplum . Itaque incidente Festo S. Mathiae A. post.

post. in diem Cinerum, ea ipsa die celebrandum est Festum in foro; ita ut in ipsa die Cinerum sit obligatio audiendi Missam, & vacandi a servilibus; uti accidit, & servatum est anno 1762. Et sic etiam La-Croix lib. 3. par. 2. de jejun. num. 1273. testatur, quod in sua ipsius Regione in pluribus Dioecesibus, incidente Festo S. Mathiae in diem Cinerum, auctoritate Ordinarii statutum fuerit, illud observari in foro in die Cinerum. Item Thom. Tambur. de Sacram. lib. 7. de Ordin. c. 10. n. 14. & 15. affirmat, sive supponit Festum S. Mathiae incidentis in Febr. IV. Cinerum esse de pracepto in foro praedicta ipsa die; ut patebit ex eius sententia, quam mox Sectione sequenti referatur, quoad Ordines conferendos in casu praedictarum incidentiarum.

## S E C T I O N.

## De Collatione Ordinum.

**T**AMBURINUS de Sacram. lib. 7. de Ordin. c. 10. n. 14. sequentem agitas quæstionem, quam solvit numerus 15. Contingit in annorum decursu, ut aliquando incidat in Feriam quartam Cinerum: Festum de pracepto S. Mathiae, (simile quid evenire potest aliis diebus;) in qua non fiat Officium duplex S. Mathiae, sed simplex: Feria illius privilegiata. Quero jam: an liceat eo die conferre Ordines Minores, vel cum Brevi Pontificio supradicto Majores? Ratio dubitandi est, quia Minores ex Urbano VIII. debent conferriri in die Dominico, vel Festivo de pracepto; (vide dicenda in Septemb. par. I. n. 37.) Et ex Brevi Pontificio, in tribus diebus Festiis. Cum

ergo dies Festivi de pracepto, præter Dominicam, solaane esse sub Officio duplice: in Feria autem quarta Cinerum praedicta non fiat Officium duplex, sed Ferie privilegiata; satis dubitari posse, videtur, an nibilominus tunc conferriri dictos Ordines, concedatar? Respondeo: de hac difficultate alius interrogatus, negative respondi, quia nihil tunc visum fuit, collective requiri Festum duplex. Et Festum de pracepto. Nunc vero melius rem expoundendo, affirmative respondeo. Nam intentio Pontificis principale est, ut ejusmodi Ordines dentur in diebus apud Fideles solennibus: Et ad hoc sufficit, diem esse de pracepto. Confirmatur: quia tum Urbanus VIII. in Pontificali novo, tum Brevia illa Pontifica solum dicunt, conferri debere eos Ordines diebus Festiis: nihil de Officio, an sit duplex, nec ne; vel an sit correspondens Festo, an non. Confirmatur iterum ex Leandro de Ordin. d. II. qu. 3. qui in Brevibus praedictis, ait, venire omnia Festa, quæcumque sint, modo ab Ecclesia servari mandentur. Nota: illud: quæcumque sint. Haec Tamburinus, quem etiam laudat La-Croix lib. 6. part. 2. de Sacr. Ord. qu. 331. §. 5.

## A R T I C U L U S V.

## De quadam Superstitione.

**Q**u. An sit superstitionum illud, id quod nonnullæ mulierculæ faciunt in Festo S. Mathiae? Nimirum hederæ folia aquis imponunt, ut cognoscere possint, cuinam debeant nubere.

**R.** Affirmative. Busemb. lib. 3. par. I. tr. I. c. I. dub. 4. resp. 4. resol. I.

E e 2 A R.

## ARTICULUS VI.

*Not. pro hac die in Anno, & Mensa bissextili.*

II QUANDONAM Annus, & Mensis Februarius sit bissextilis; & cur ita dicatur? explicavimus in Proemio hujus tractatus primi.

In Anno bissextili, hodie, nisi occurrat Dominica, est Vigilia S. Mathiae Ap. pro qua videnda sunt dicta praecedenti die; Festum vero celebratur cras; vide dicta praecedenti die art. 3. Sed. I. n. 21. §. *Nota tertio.* Sed etiam universaliter loquendo, Festa, quæ in Anno, & Mensa communi celebrantur hac die 24. Februarii, in Anno bissextili celebranda sunt die 25. Unde habes, quod Festum occurrentis in Anno bissextili die 25 Februarii, in Anno communi occurrit die 24. quia dies 25 Februarii in Anno bissexto consideratur tanquam dies 24. (juxta computationem latinam, & ecclesiasticam; et si aliter sit juxta vulgarem; vide dicta in Proemio hujus tractatus primi n. 5.) & utraque dies habetur pro una, utramvis dicendo VI. Calendas Martii. Et quidem aliter fieri non potest: ut observat Cavaletius to. I. cap. 10. Comment. in Decr. I. n. 5. nam cum le&thorn; Martyrologii Romani diei 25. Febr. assignata, in Anno bissextili non legatur pro die 25 sed ad diem 26 differatur, & sic de reliquis: extra controversiam ponitur, quod Sanctorum iis diebus occurrentium Festivitas, cuius celebratio sequitur electionem Martyrologii, quæ propterea ab hujus Rubricis pridie legi mandatur, in anno bissextili in se-

quentem diem differtur, atque censetur occurrentis; vide dicta 23. hujus a n. 6.

Itaque Festum in Anno communi occurrentis die 24 hujus, in Anno bissextili occurrit, & est celebrandum die 25. & quod in Anno communi occurrit die 25. in Anno bissextili occurrit die 26. & quod in Anno communi occurrit die 26. in Anno bissextili occurrit die 27. & quod in Anno communi occurrit die 27. in Anno bissextili die 28. & quod in communi die 28. in bissextili die 29. & licet juxta computacionem vulgarem videantur occurrere die diverso: at vero juxta computacionem Ecclesiasticam eodem die occurrunt: unde & sub eadem Calendarum annunciatione signantur: scuti enim die 25. Februarii in Anno bissexto dicitur VI. Calendas Martii; ita & reliquis sequentibus diebus Calendarum annunciatione respondet eadem, ac erat in anno communi. Quod Cavaletius cit. n. 5. confirmari, testatur, praxi, & usu particularium Ecclesiarum, apud quas sic celebrantur Festa propria, siquæ dictis diebus ultimis Februarii occurrentia habent. Unde, inquit, Tarvisii Festum. Patrocinii B. Mariae, quod ibi concessum est celebrari die 25 Februarii, in quo olim tota Civitas, & fere universa Dicenses horribili contremuit terræmotu: in Anno intercalari die 26. recolitur; & a Carmelitis Festum S. Avertani Episcopi, quod in Anno communi recolitur die 25. in Anno bissextili celebratur die 26 & ab Eremitis S. Augustini Translatio ejusdem Sancti Doctoris, quæ in Anno communi die 27. Februarii, eadem in Anno bissextili die 28 recolitur.

Acce-

Accedit Declaratio S. C. R. i. Martii 1681. in una Canon. Regul. Lateran. quam dabimus sequenti die 25. n. 3. Hinc idem Cavalerius n. 7. reprehendit quosdam Calendario-rum particularium Directores, qui secus agere consueverint: annotan-tes videlicet tam in Anno communi, quam in bissextili eadem die vulgari e. g. 26. Februarii Officia celebranda Sanctorum.

Ex dictis autem facile est collige-re; de Officio duplice primæ classis, in Anno communi occurrente die 25. Februarii, recitandum esse in Anno bissextili die 26. etiam si fuerit Dominica privilegiata 2. cl. (se-clus si 1. cl.) Enimvero, licet videatur Officium translatum a die 25. in 26. & in Dominicis etiam com-munibus non fiat de translato etiam 2. cl. juxta Rubr. gen. de translat. Festor. (vid. Caval. tom. 2. c. 14. Comment. in Decr. 1.) attamen hæc non est translatio proprie di-cta, de qua Rubricæ loquuntur; sed, ut diximus, Festum pro Anno bis-sextili tanquam in sede sua occur-rens die 26. & sic de reliquis die-bus ultimis Februarli. Quapropter, quemadmodum Festum S. Mathiæ occurrens in Anno communi die 24. Februarii, in Anno bissextili censem-tur occurrens die 25. & ea die ce-lebratur, ubi est duplex primæ cl. etiam si incidat in Dom. secundæ cl. puta Quinquagesimæ; ita similiter faciendum in subsequentibus diebus mensis ejusdem, quo ad alia Festa Sanctorum duplicita primæ classis, si incident in Dominicam secundæ classis.

Cum ex dictis appareat, in com-putatione Ecclesiastica diem 24. in Februario Bissextili haberi tanquam

non adjectam; hinc consequenter docet Cavalerius to. i. c. 10. Com-ment. in Decr. 1. n. 8. quod si e. g. Cathedra S. Petri Antiochenæ alicubi foret Titularis, aut ex par-ticulari Indulso haberet Octavam: hæc sicut in Anno communi, ita & in bissextili eodem die terminari de-beret, scilicet die primo Martii: quia sicuti dies 24. & 25. per fi-ctionem Juris reputantur una dies, quamvis physice habeant singulæ suam partitionem horarum viginti quatuor: ita cohaerenter etiæ Octava prædicta physice, & revera per no-vem duret dies; adhuc Ecclesiastice censetur per octo dumtaxat conti-nuari dies; quin obstet etymologia Octavæ, quæ in contrarium adduci posset: Ita ille; qui id ipsum dice-ndum, docet, de quocumque alio Sancto habente Octavam per illos dies: & affert Guyetum, qui l. 2. c. 2. qu. 13. de Sancto, cujus na-tale diei 23 Februarii foret affixum, docet; quod in Anno bissextili dierum infra Octavam, (si forte habeat,) adeoque Octavæ ipsius nulla facienda est variatio: sed quod ea aduc aque incides in 2. Martii. Nota tamen quod in hoc casu non dicendas es-sent in duobus consecutivis diebus infra Octavam eadem lectiones in Nocturnis, sed variandas, sumendo illas ex diebus, in quibus non factum est, aut non fiet de Octava.

Quomodo hodie legendum sit in Anno, & Mense bissextili Marty-rologium pro die sequenti, indica-vimus 23. hujus n. 8. ubi etiam no-tavimus, litteram Dominicalem in Anno bissextili esse mutandam a se-quenti die S. Mathiæ, juxta Regu-lam Breviarii Romani.

Quo: hio l. quonam die celebra- 13 dum

dum sit in Anno communi Natale Sancti, qui obierit in Anno bissextili die 24. Februarii?

R. Ex Guyero l. cit. quem refert Cavalerius cit. tom. I. c. 11. Comment. in Decr. I. n. 12. celebrandum est die 23. Februarii, illicque diei stabiliter est affigendum cunctis Annis non bissextilibus. Cavalerius autem ait, quod si responderetur ferio, talis Sanctus magis consignandus esse, videatur, diei 24. quia cum in Anno bissextili unum diem consecatur facere cum die 25. & non cum praecedenti 23. sane magis spectat, & sapit de die illius Natalitia, quam dies 23. quia tamen, subdit, non bissextilibus dies 24. semper occupata manet per Festum S. Mathiae: & Sanctus, de quo agitur, pridie Sancti Mathiae caelestem petuit Patriam: idcirco, inquit, hac de causa pro Annis non bissextilibus diei 23. consignari posse, videtur, simul cum Vigilia S. Mathiae, in Anno intercalari, seu bissextili transferendus quoad Officium, & lectionem in Martyrologio ad diem 24. in qua revera ad lucem sublimatus fuit eternam. Ita Cavalerius; qui proinde pensatis omnibus, judicat, in dicto casu congruentius esse, celebrare Festum praedicti Sancti semper in die proxime praecedente Festum S. Mathiae Ap. eoquod obierit in die proxime praecedente praedictum Festum: atque adeo in Anno communi celebrandum esse die 23. at in Anno bissextili die 24. Februarii.

Verum ego existimo: Natale Sancti, qui obierit in Anno bissextili die 24. Februarii, recolendum esse die 25. in Anno bissextili: in Anno autem communi die 24. Mo-

veor ex eo, quia hujusmodi Sanctus obiit *sexto Calendas Martii*. Ergo ejusdem Festum celebrandum est quotannis sexto Calendas Martii. Atqui in Anno communi dies 24. Februarii est VI. Cal. Mart. in Anno autem bissextili dies 25. Ergo praedicti Sancti Natale, nisi aliud obseruat, recolendum est in Anno communi die 24. Februarii; in Anno autem bissextili die 25. Et licet etiam dies 24. dicatur tunc VI. ante Calendas Martii: at reputatur, facere usum cum sequenti die 25. unde, ut supra dictum est, pro nullo habetur; & Sancti, qui in die 24. occurunt, & celebrantur in Anno communi; occurunt, & celebrantur die 25. in anno bissextili. Quod si Sanctus sit inferioris ritus Feste Sancti Mathiae, erit alia dies illi stabiliter designanda, & similiter si fit ritus aequalis, sed tamen inferioris dignitatis, ut notabimus sequenti die.

Qu. II. Utrum in anno bissextili dies 24. & 25. Februarii compa-

tandae sint pro unica, quando praesigitur certa etas, vel certum tempus, ut est v.g. in Novitatu, in Professione religiosa, in Ordinatione &c.

R. Aliqui sentiunt, computandas esse pro duabus diebus; quod reputatur probabile. Alii autem dicunt: computandas esse pro unica die; quod judicatur satis probabile. Alii demique docent, computandas esse pro unica die in favorabilibus, scilicet in odiosis; quam sententiam, dicit, esse veriorem, Sanch. de Matrim. tom. I. l. 2. disp. 24. n. 18.

Ex varietate harum opinionum consurgit responsio varia apud Auditores in questionibus, in quibus sermo sit de anno, vel mensis bissex-

Textili. Nonnulla juvat exempla proponere.

25 Si quis natus , vel admissus ad Novitiatum die 24. Februarii , postea anno bissextili compleat etatem , vel Novitiatum : posse profiteri die 24. dicunt aliqui ; quod probabile reputatur ; sed probabilitas aliorum sententia judicatur , docentium non posse profiteri nisi die 25. Vide Sanch. eit. disp. 24. n. 22. Dianam in Edit. Coord. 10. 2. tr. 5. R. 102. , & 10. 7. tr. 1. R. 158. §. 3. La-Croix l. 4. qu. 3. §. 1. n. 13. Em. Rodrig. in sum. par. 2. c. 8. n. 7. fine . Leand. a SS. Sacram. in Sept. Eccl. Sacr. par. 2. tr. 6. disp. 6. qu. 20.

26 Si quis natus die 23. Februarii post 24. annos expletos velit ordinari 23. Februarii in anno bissextili : non tenetur computare 23. horas , & amplius , que adhuc superaddendae sunt intra paucos dies : sed illa die poterit ordinari , si natus fuit ante 24. annos paulo post medium noctem , & hora nona , aut decima diei ordinandus sit : quia nondum Ecclesia connumerat illum fere integrum diem , quem post paucos dies numerabit . Si tamen natus fuit paulo ante medium noctem Calend. Martii : secundum aliquos tenetur computare diem bissextilem illius anni : quia iam illum computat Ecclesia : ac proinde non potest ordinari die 29. Februarii , etiamsi jam omnino transferit annum diem 365. , quia eo anno numerat 366. dies ; ita quidem aliqui . Alii autem negant , teneri computare diem bissextilem in hoc exemplo . Vid. Leand. l. cit. & Dian. eit. R. 202.

17 Suspensum per annum posse celebrare in ultima die anni bissextilis : docet Sylvester V. Bissex. quem se-

quistur Henriquez in Summ. lib. 13. c. 35. n. 2. , sed oppositum censet probabilius La-Croix lib. 7. qu. 46. §. 7. nu. 402. , tum quia duo illi dies in Februario habentur pro uno ; tum etiam quia suspensionem ferens ad annum , intelligit usque dum anno sequenti securat , & absolvatur hic dies , & per accidens est , quod ille annus habeat dies 366. Sanch. cit. n. 18. cum multis aliis docet : suspensum per mensum , si incipiat mensis Februarius bissextilis , posse celebrare ultima die Februarii . Vid. dicta parte 1. hujus libri 3. c. 1. a n. 2 Interim est animadvertisendum , hujusmodi assertione intelligendam esse , quando suspensio esset absolute per mensum , focus autem , quando esset determinata per mensum Februarii : tunc enim cum dies accrescens ratione bissexti , sit vere dies Februarii , non licet ultima Februarii die celebrare ; quod fatetur , ac monet ipsem Sanchez l. cit. fine . Quod si non exprimatur mensis nec determinatae , nec absolute , sed solum exprimatur certus dierum numerus , puta si dicatur : sit suspensus diebus vigintinovem : tunc nullum erit dubium , computandum esse diem bissexturn , quia est verus dies , & sic dies 24. & 25. Febr. erunt duo dies ; ut etiam notat Sanch. l. eit. , unde in tali casu si incipiat mensis Februar. bissextilis , non poterit quidem , hujusmodi suspensus a celebratione , celebrare ultima die Febr.

Utrum possit , comedere carnes die 24. Februarii incidente in Feriam sextam in anno bissextili , qui ortus est die 24. ejusdem mensis septimo ab ea anno ? Examinavimus lib. 2. ubi in Fer. VI. art. 1. qu. 8. Interrog. 2. num. 49.

C A.

## C A P U T   X X I.

N O T A N D A   X X V .   F E B R U A R I I .

## ARTICULUS UNICUS.

*Notanda in Anno Bissextili.*

**T**N anno bissextili Festum S. Matthiæ Ap. celebratur hodie, etiam in foro. Vide dicta 23. hujus art. 3. n. 21. §. Nota 3. & 24. ejusdem art. 1. n. 1. De iis, quæ pertinent ad Festum S. Matthiæ, regimus die præcedenti. Quomodo sit hodie legendum Martyr. in anno bissexto docuimus 23. hujus, art. 1. n. 8.

Observat Caval. to. 1. c. 10. in Decr. 1. n. 5. Festum S. Matthiæ in anno bissextili occurrere, & celebrari eodem prorsus die, quo in anno communio; quia licet in anno communio celebretur die 24. & in anno bissextili die 25. at hic dies 25. in anno bissextili consideratur tamquam dies 24. & dies 24. qui fuit interjectus, tamquam interjectus non fuisset, censetur. Videantur, quæ de anno, & mente bissextili differuiimus die præcedenti, art. 6. & in procemio tractatus hujus. Porro, si anno communio hac Festum celebratur VI. Cal. Martii, in anno bissextili celebratur item VI. Gal. Martii. Vide dicta præcedenti die l. c.

*Officium particulare alicujus Dicecisis, vel Religionis, quod occurrit die 25. Februarii, est transferendum in anno bissextili ad primam diem non impeditam Officio novem lectione. (nisi esset Fest. Tituli, seu Patroni Ecclesie:) ut fiat Offic. S. Matthie Apostoli. S.R.C. 7. Decemb. 1680. in una Can. Reg. Lateran. apud Caval. to. 1. c. 10. Decr. 1. & apud Mer. Ind. Decr. Brev. n. 132.*

Pro Festo S. Matthiæ Ap. decisum fuit, quod in anno bissextili propria dies sit vigesima quinta Febr. qua alias est vigesima quarta; ita ut, si alicubi habeatur assignata dicta dies vigesima quinta pro aliquo Sancto minoris ritus, & dignitatis, iste sit transferendus illo anno in proxime sequentem diem non impeditam. Nunc queritur: an idem intelligi debeat de aliis Sanctis, seu Officiis occurrentibus in tribus sequentibus diebus Februarii? Responsum fuit: *Affirmative.* S. R. C. 1. Mart. 1681. in una Canon. Regul. Lateran. in opere Merati in 2. Append. Decr. Breviar. n. 360.

Animadvertisendum ergo est, quod si alicubi etiam pro Anno bissextili die 25. Februarii notaretur aliquod Festum, istud esse deberet in anno communio occurrentis die 24. in Festo S. Matthiæ: (Nam si in anno communio occurreret die 25. ex dictis in anno bissextili notandum esset sub die 26.) Cum autem ex Rubr. 10. de translat. n. 6. occurrentibus eodem die Festis pluribus ritus, vel dignitatis inæqualis, fiat de majori, seu digniori, minus digno translato: sequitur, Festum, seu Officium particulare alicujus Dicecisis, vel Religionis occurrentis in anno bissextili die 25. Februarii, & in anno communio die 24. atque adeo occurrentis semper in Festo S. Matthiæ Apostoli, si fuerit ritus inferioris, vel dignitatis inferioris, transferendum esse in primam diem non impeditam Festo novem Lectionum: uti deceratur in priori Decr. juxta

juxta Rubricas generales ; cumque impedimentum sit perpetuum , hujusmodi translato designanda erit alia dies fixa . Confer dicta die p̄ced. art. 6. n. 13. fine .

Idem intelligi debet de aliis Sanctis , seu Officiis occurrentibus in sequentibus ultimis diebus Februarii : ut declaratur in posteriori descripto Decreto . Atque adeo sicut Festum S. Mathiae in anno communi oc-

currens die 24. Febr. censetur in anno bissextili occurrentis die 25. : ita ut si aliqui &c. , similiter Festum alterius Sandi occurrentis in anno communi die 25. Februarii censendum est occurrentis die 26. in anno bissextili : ita ut si aliqui &c. & sic de reliquis sequentibus diebus mensis ejusdem : Vid. dicta die p̄cedenti articul. 6. numer. 12.



## NOTANDA MENSE MARTIO.

## P A R S I.

## NOTANDA MENSE MARTIO IN GENERE.

## EXPLICANTUR §. §. III.

- §. I. De numero dierum.
- §. II. De Reservatione Benefic. & Alternativa.
- §. III. De Indulgentiis.

## §. I.

## De Numero dierum.

**M**ARTIUS habet dies triginta sive pra unum; Vide dicta par. I. hujus lib. 3. c. 1. Olim apud veteres fuit primus Anni Mensis, similiter apud Hebreos; vid. dicenda in Septemb. par. I, n<sup>o</sup> 45.

## §. II.

De Reservatione Beneficiorum,  
& Alternativa.

**T**N Reservatione Beneficiorum ex Regula Cancellariæ Mensis Martius est Episcopalis; at in Alternativa est Papalis. Vide dicta part. I. hujus lib. 3. c. 6.

## §. III.

## De Indulgentiis.

**Q**UONIAM Feriæ sextæ Mensis Martii communiter vel omnes, vel majori ex parte occurrentes infra tempus venerabilis observantiaæ Quadragesimalis, peculiari quadam ratione a Fidelibus consueverunt ad-

dici recolendæ memorie Dominicæ Passionis: ideo passim in pluribus Ecclesiis inveniuntur privilegiatae concessionibus Indulgenciarum, circa quas notandum est

## Decretum Innocentii XI.

Cum a S. Congregatione Indulgentiis, sacrificio Meliusis præposita, Camericensis Archiepiscopus quassivisset, qua vis, O sententia clausulæ? (qua bode Brevides Indulgenciarum apponis solet:) Volumus autem, ut si alias Christi fidelibus dictam Ecclesiam quolibet anni die visitantibus aliqua alia Indulgentia perpetua, vel ad tempus nondum clausum duratura, concessa fuerit, præsentes litteræ nullæ sit. S. Congregatio re-diligentius examinata, clausulam sic explicandam censuit, si videbitur Sanctissimo Domino Nostro. Ea minime contineri Altaria privilegiata pro Defunctis, neque Indulgencias, aut certo Personarum generi concessas, ut Confraternitati, Regularibus, & Capitulo: aut certum pium opus in ipsa Ecclesia peragentibus, ut Litanias, alias ve hujusmodi preces recitantibus, ac iis, qui Christiana Doctrina erudituntur, vel alios erudiunt, & qui San-

etij-

Eiffimi Eucharistie Sacramenti expoffi-  
tioni cum oratione quadraginta hora-  
rum interfunduntur: neque Stationum Ur-  
bis, & septem Altarium Indulgentias  
instar septem Altarium Basilicae Vati-  
cane concessas: neque dominum que  
pro unica vice concedantur. Ceterum  
si alia Indulgentia five plenaria, non  
non plenaria, in perpetuum, vel ad  
tempus, tum ab eodem, tum ab alio  
Romano Pontifice generatim Christi-  
fidelibus Ecclesiam, vel aliquod ejus  
abtare, fuit Capellana clementibus  
eodem Marti tunc, vel diverso concessa  
fuerit, de qua non fiat in Litteris  
Apostolicis mentio: has litteras ob illa-  
jactam clausulam esse prorsus irritos,  
ac nullas. Datum die 23. Junii 1676.  
De his autem facta relatione ad San-  
ctissimum Dominum nostrum die 18.  
Martii 1677., sententiam Congre-  
gationis approbavit. Affixum, & publi-  
catum Oc. Vide La-Croix lib. 6.  
par. 2. qu. 193. §. 3. Cavaler. to.  
3. c. 14. Comment. in d. 9.

Declaratio S. C. Indulgentiarum.

Postea tamen eidem Sacrae Congre-  
gationi delatum fuit: non paucos ef-  
fe, qui predidicato Decretum (Inno-  
centii XI. jam descriptum) non re-  
ste intelligentes, ubi scudent, quod, si  
in aliqua Ecclesia jure concessae. Reperiun-  
tur Indulgentiae, que pro Feriis sextis  
mensis Martii dari solent, & po-  
stea in eadem Ecclesia alia indulgen-  
tia concedatur, cum appositione in Bre-  
vi supra memoratae clausulae: Volu-  
nus &c. Indulgentia, que postremo

loco data est, validia sit. Quapropter  
ut omnis imposterum erroris occasio au-  
fugatur, radens S. C. habita die 18.  
April. 1716. declaravit: Indulgen-  
tiam ultimo loco concessam ob sepe di-  
ctam Clauſulam & Voluntus autem  
&c. Litteris Apostolicis insertam, esse  
nullam. Ita in Decreto edito par-  
2. Magni Bullarii Romani Contin-  
uationis Luxemburgi pag. 446.,  
ut refert Zacharias in suis Animad-  
vers. ad La-Croix loc. cit.

Decretum Benedicti XIV.

Cum vero ex frequenti concessione In-  
dulgentiarum pro ipsis Feriis sextis  
Martii, seu Quadragesimae, frequens  
pariter sequatur nullitas reliquorum  
Brevium, que de stylo cum restricti-  
onis postea expedientur; idcirco eadem  
Sacra Congregatio re maturius perpen-  
sa, ad tollendas quascumque dubia-  
tes, ac Brevium nullitates, quibus  
Christi fideles quandoque decipi possent;  
die 9. Februarii 1745. censuit, bu-  
jusmodi Indulgentias. Feriis sexta-  
ram mensis Martii, seu Quadragesi-  
ma excipendas esse, ita ut alias quilibet  
impedire moqueatur, ac proprie-  
prafato Elencho Indulgentiarum exce-  
ptarum. die 23. Iunii 1676. ab ea-  
dem Sacra Congregatione edito adden-  
das esse. De quibus facta per me in-  
frascriptionis Secretarium die 13. ejus-  
dem mensis SS. Domino relatione,  
Sanctitas Sua votum S. C. approban-  
do, benigne annuit Oc. Apud Luc.  
Ferrar. V. Indulgentiae, art. 4. num.  
27. Edit. Rom. anni 1767.

P A R S     I I .  
M E N S I S     M A R T I I .

N O T A N D A     S I N G U L I S     S I G I L L A T I M     D I E B U S .

C A P U T     I .

N O T A N D A     L     M A R T I I .

**A R T I C U L U S     U N I C U S .**

*De Decretis Pontificiis legendis.*

**P**RIMA die Martii legatur in publica mensa Regularium, vel in Capitulo, ad hoc specialiter convocato, Decretum Alexandri VII. contra haereticam pravitatem incipiens: *Licet alias.* Videri possunt dicta lib.

i. cap. 7. de Ben. & lest. ad mensam, fine. Confer La-Croix lib. 2. qu. 59. §. 1. Utrum sint suspecti de heresi, ac denunciandi Inquisitoribus, qui hujusmodi Decretum legere omittant, aut legi impediant? examinabimus tr. 2. in Domin. 1. Quadrages. Sect. 4. Subs. 2. §. 2. qu. 23. & 24.

C A P U T     I I .

N O T A N D A     I I I .     M A R T I I .

**A R T I C U L U S     U N I C U S .**

*De Horis Canonitis.*

**T**N Calend. Rom. Vesp. de sequent. & Festo secund. S. Casimiri Conf.

de comm. Conf. non P. or. autem propr. & fit Commens. S. Lucii P. & M. simpl. Orat de comm. annis M. 2. loco. Quod si veniat in Quadrages. fiat comm. Fer. ante Feslam simpl.

C A .

# C A P U T III.

## N O T A N D A IV. M A R T I I.

### E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S II.

**A r t . I .** *De Horis Canonici s .*

**A r t . II .** *De Missa .*

### A R T I C U L U S I .

*De Horis Canonici s .*

**I** N Calend. Rom. S. Casimiri Conf. 1. semid. lect. 1. Noct. de Script. occurr. , si autem venerit in Quadrag. *Justus* , de comm. Conf. non Pontif. 1. loco . 2. Noct. propr. 3. Noct. de prædicto comm. 1. loco . Si venerit in Quadrag. 9. lect. de hom. Feriæ . In laudibus fit Commem. S. Lucii P. & M. Orat. de comm. unius M. P. 2. loc. Quod si fit intra Quadrag. fit Comm. Feriæ ante Comm. S. Lucii ; reliqua de comm. Conf. non Pontif. Or. propr. 2. Vesp. de eodem Festo cum Commem. Feriæ , si sit intra Quadrages.

### A R T I C U L U S II .

*De Missa .*

**I** N Festo S. Casimiri Confessor. 1. mid. Missa *Os justi* , de comm. Conf. non Pont. 1. loc. Or. propr. Comm. S. Lucii P. & M. & 3. Or. *A cunctis* . Si autem fuerit Quadrag. fit Comm. Feriæ occurr. ante Comm. Feriæ simplicis , & ejusdem Feriæ legitur Evang. in fine . Col. param. alb.

Si hodie ocurrat Feria secunda 3 post Dom. secundam Quadrag. Or. *Postcommunio* pro Commem. S. Lucii sumatur ex Missa *Statuit* , de comm. unius M. P. 1. loco ; ut servetur Rubr. gen. Miss. tit. 7. n. 8. Si autem de S. Lucio celebretur sub ritu duplice , tunc varietur *Postcommunio* Feriæ ; dicatur autem *Postcommunio* Feriæ tertiae post Dom. 2. Quadrag. vide dicenda tr. 2. ubi de Fer. 2. post prædictam Dom. Sect. 2.

C A .

## C A P U T . IV.

## N O T A N D A VI. M A R T I.

## ARTICULUS UNICUS.

*De Horis Canonicis.*

**T**N Calend. Rom. Vespere de seq.  
**A**& Festo S. Thomae de Aquinto Conf.  
 & Eccl. Doct. de comm. Conf. non

Pontif. Antiphona ad Magnif. O  
 Doctor. Or. propr. & fit Comm. SS.  
 MM. Perpetuae, & Felicitatis, ut in  
 Brev. 7. hujus; si autem fuerit Qua-  
 dragesima; fit Commem. Feriae ante  
 Commemorationem prædicti Festi  
 simplicis.

## C A P U T . V.

## N O T A N D A VI. M A R T I.

## EXPLICANTUR ARTICULUS III.

**A**rt. I. *De Horis Canonicis.***A**rt. II. *De Missa.***A**rt. III. *De Indulgentiis.*

## A R T I C U L U S . I.

*De Horis Canonicis.*

**T**N Cal. Rom. S. Thomae de A-  
 quino Conf. & Eccl. Doct. dupl.  
 lect. 1. & 3. Noct. cum Reg. de comm.  
 Doct. non Pont. 2. Noct. & Orat.  
 propr. reliqua de comm. Conf. non  
 Pont. & fit Commem. SS. MM.  
 Perpetuae, & Felicitatis, ut in 1.  
 Vesp. si celebretur in Quadrag. le-  
 gitur 9. lectio de homil. fer. & e-  
 jusdem fit Commemor. ante Com-  
 mem. SS. simpl. In 2. Vesp. a Ca-  
 pit. de sequ. Festo dupl. S. Joann.  
 de Deo Conf. de comm. Conf. non  
 Pont. Or. propr. & fit Comm. præc.  
 Antiph. ad Magnif. O Doctor. Or.  
 prop. postea Fer. si in Quadr. venerit.

Sanctum Thomam ritu Doctoris  
 Ecclesie decoravit S. Pius V. anno  
 Domini 1587. tertio Edus Aprilis,  
 Pontificatus sui anno secundo, ut  
 resert Baronius in Martyrol. ad hanc  
 diem, ubi haec habet in laudem  
 tanti Doctoris: *Vix quisquam enar-  
 rare sufficeret, quot Vir Sanctissimus,  
 atque eruditissimus, Theologorum præ-  
 coniis celebretur, quantumque ejus il-  
 libatae doctrinae a SS. Patribus in SS.  
 Oecumenico Tridentino Concilio confi-  
 dentibus fuerit acclamatum: jureque  
 ob eam causam a Sanctissima memo-  
 riae Pio quinto Romano Pontifice in-  
 ter celebriores Doctores Ecclesie fuit  
 adnumeratus, dum bujus diei celebri-  
 tatem iisdem sacris solemnibus peragi-  
 voluit, quibus Bonifacius Octavus Pa-  
 ppa Sanctorum quatuor Doctorum Gre-  
 gorii,*

*garii, Ambrosii, Augustini, & Hieronymi Festivitates celebrandas confinuit. Hæc Baron.*

- 2 *Allegavimus i. 4. Januar. art. I. n. 31. Decretum S. C. R. hujus tenoris: Si occurset Officium novem lectionum de pluribus Sanctis Virginibus, & Martyribus ad die, quo radit Festum simplex ejusdem qualitas, servanda est pro Commemoratione simpli. Cir Antiphona: Huncum est enim Regnum Cœlorum, us. in Festa SS. Perpetuae, & Felicitatis Virginum, & Martyrum: Quænam circa hoc Decretum notanda sint? dedimus, ubi etiam animadvertisimus: in eo, quod Decretum SS. Perpetuam, & Felicitatem dñncipiat Virgines: esse mendum in textu, vel ex Typographorum incuria, vel ex peccatum errore facile inventum. Ex Actis enim Martyrii earum constat, eas non suisse Virgines.*

## ARTICULUS II.

### *De Missa.*

- 3 *vn Feste S. Thomæ de Aquino Conf. & Eccl. Doct. dupl. Missa ut in propr. & fit Comm. SS. MM. Perpetuae, & Felicitatis; si autem sit Quadragesima, fit Commemoratio Feria ante Commem. simpl. cuius etiam Feria legitur in fine Evangel. Dicitur Credo. Reuba gen. Miss. tit. 11. Col. param. alb.*

- 4 *Si Feria secunda post Dom. tertiam Quadrag. occurrerit hac die 7. Martii, pro Commem. SS. MM. Perpetuae, & Felicitatis varianda est oratio Postcommunio; quia est eadem cum Postcommunione Missæ Feria predictæ tum formaliter; idem enim omnis peritur in utraqno,*

*ut legenti patet: tum sere etiam materialiter: quod videtur sufficere, ut Jocum habeat Rubrica gen. Miss. tit. 7. n. 8. vid. dicenda 23. Julij art. 1. in 2. Recitatetur autem Postcommunio, quæ habetur in Missa de comam. unius M. non Virginis: quod autem ibi est in singulari, dicatus in plurali. Ubi vero legitur Missa de laudatis SS. MM. varietur Postcommunio prædictæ Feriæ secundæ, dicatur autem Postcommunio Missæ sequentis Feriæ tertiae; vide dicenda in simili, ubi de Fer. 2. post Dom. 2. Quadrag. n. 7.*

*Qu. hic: Utrum nomine Felicitatis posito in Canone Missæ in Orati Nostri quoque peccatoribus, veniat S. Felicitas, de qua hodie Commemoratio habetur una cum S. Perpetua; vel altera S. Felicitas Mater septem Fitorum, cuius Commemoratio fit die 23. Novembr. Si enim S. Felicitas, quæ in Canone Missæ nominatur, est hæc, de qua hodie Commemoratio habetur, ad eius nominis invocationem, quemadmodum ad nomen S. Perpetuae, caput est hodie inclinandum in Missa, conformiter ad Rubr. gen. Miss. de ritu celebr. Miss. tit. 9. n. 2.*

*R. Putat Biel apud Gavant. in Rubr. Miss. par. 2. tit. 9. n. 3. S. Felicitatem in Canone nominatam, esse Matrem septem Fitorum, cuius Commemoratio fit die 23. Novembr. Idem sustinet Lactantius Randolphi Ordinis Prædicatorum in opusculo de Mysteriis Missæ. Sed ipse Gavant. loc. cit. Baron. in not. Martyrol. hodie, aliquique sentiunt S. Felicitatem in Canone nominatam, esse hanc, quæ passa est simul cum Sancta Perpetua, cui in ipso Canone loco prædicto conjungitur, & de qui-*

quibus hodie Commemoratio habetur, quæque a S. Augustino frequenter summis, dignisque laudibus celebratur.

Itaque stando in sententia Baronii, Gavanti, & aliorum; in Canonone in Orat. *Nobis quoque peccatoribus*, inclinetur hodie caput ad nomen S. Felicitatis, quemadmodum ad nomen S. Perpetuae, & rursus ubicumque in Missa nominentur, conformiter ad allegatam Rubr. Miss-

sal. Vide dicta 18. Januar. art. 2.  
num. 7.

### ARTICULUS III.

*De Indulgentiis.*

**TEN** Festo S. Thomæ Aquinatis Or. 6  
dinis Prædicatorum Indulg. plen.  
in qualibet Ecclesia ejusdem Ordini-  
nis. Paulus V. Const. 84. pag. 702.  
to. 5. Bullar. ejusdem Ordinis.

## C A P U T VI.

### N O T A N D A V I I L M A R T I I.

#### EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Indulgentiis.*

### ARTICULUS I.

*De Horis Canonicis.*

**TEN** Calend. Rom. S. Joannis de Deo Conf. dupl. S. R. C. approbatæ Innocentio XIII. 25. April. 1722. apud Merat. in Gavant. Sect. 7. cap. 5. ad hanc diem. lection. 1. Nocturn. in Quadrag. *Beatus vir*, de comm. Conf. non Pont. 2. loc. *Extra Quadrag.* de Script. occur. 2. & 3. Noct. & Or. propr. reliqua de communi prædicto.

In Quadrag. fit Comm. Feræ in landib. & nona lectio legitur de hom. ejusdem Fer. In 2. Vesper. a cap. de Sequ. Festo S. Franciscæ Vi-  
dus Romanæ dupl. de comm. nec Virg. nec Martyr. Or. propr. & fit

Commem. præced. postea Feræ, & fit Quadrag.

### ARTICULUS II.

*De Missa.*

**TEN** Festo S. Joannis de Deo Conf. 2  
dupl. Missa ut in proprio, & fit Commem. Fer. si venerit in Qua-  
drag. & ejusdem legitur Evangel. in fine. Col. param. alb.

### ARTICULUS III.

*De Indulgentiis.*

**TEN** Festo S. Joannis de Deo Funda- 3  
toris Ordinis Fratrum Hospitalita-  
tis interventium infirmis Indulg. ple-  
nar. in Ecclesiis eorumdem Fratrum.  
Innoc. XII. Const. 10. pag. 134. to. 9.

CA.

# C A P U T . V I I .

N O T A N D A . I X . M A R T I I .

## E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I I .

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Indulgentiis.*

### A R T I C U L U S I .

*De Horis Canonicis.*

¶ VN Calend. Rom. S. Franciscæ Vi-  
duæ Romanæ dupl. de præcepto  
ex Innocentio X. Vid. Caval. in  
Comment. Decret. S. C. R. to. 1.  
c. 9. d. 1. In 1. Noct. in Quadrag.  
lectiones de Parabolis Salomonis :  
*Mulierem fortem*, ut in comm. nec  
Virg. nec Mart. sed extra Quadrag. de  
Script. occurrit. 2. Noct. propr. 3. Noct.  
*Thefauro*; reliqua , ut præd. comm.  
Orat. autem propr. Si celebretur in  
Quadrages. 9. lect. erit de homil.  
Feriæ , & ejusdem fiet in Commem.  
in Laudibus. In 2. Vesper. fit Com-  
mem. sequ. Festi semid. SS. Qua-  
draginta MM. de comm. plurim.  
MM. Or. autem propr. & fit Com-  
mem. Fer. Quadrag. si sit Quadrag.

### A R T I C U L U S I I .

*De Missa.*

¶ VN Festo S. Franciscæ Vidue dupl. 2  
¶ Missa Cognovi , de communii nec  
Virg. nec Martyr. Orat. propr. &  
fit Commemoratio Feriæ , si cele-  
bretur in Quadrages. & ejusdem le-  
gatur Evang. in fine . Col. param.  
alb.

### A R T I C U L U S I I I .

*De Indulgentiis.*

¶ VN Festo S. Catharinae Bononien- 3  
sis Virg. Ordinis S. Claræ , In-  
dulgent. plen. in Ecclesiis Minorum  
Observantium S. Francisci . Clem.  
XI. Const. 196. pag. 352. to. 10.  
part. L

## C A P U T   V I I I .

N O T A N D A X . M A R T I I .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

Art. I. *De Horis Canoniciis.*Art. II. *De Missa.*

## A R T I C U L U S I .

*De Horis Canoniciis.*

**1** VN Calend. Rom. SS. Quadragesima  
¶ Martyrum semid. lect. 1. Noct.  
de Epist. ad Rom. Fratres , ut in  
comm. plurim. MM. 2. Noct. propr.  
3. Noct. ut in præd. comm. 2. lo-  
co , 9. lectio de Hom. Fer. Quadr.  
occur. & de ea fit Commem. in  
Laudib. reliqua de prædicto commu-  
ni. Orat. propr. 2. Vesp. de eodem  
Festa, & fit Commem. Feria.

## A R T I C U L U S I I .

*De Missa.*

**2** VN Festo SS. Quadragesima MM. se-  
mid. Missa propr. comm. Feria  
Quadragesimæ & eiusdem Evangel. in  
fine , 3. Orat. de tempore . Col.  
param. rub.

**3** Occurrente Festo SS. Quadragesi-  
ta MM. in Feria quinta post Dom.  
Quinquag. seu Feria quinta post Ci-

neres , cum 'Oratio secreta Feriæ V.  
prædictæ sit similis Orationi secretae  
de his SS. MM. ideo in hoc casu  
ad Commemorationem Feriæ varian-  
da est secreta Oratio secundum Rubr.  
gen. Miss. Rom. tit. 7. n. 8. Vid.  
dicenda 23. Julii art. 1. n. 2. Jam  
vero in hoc casu poterit sumi Ora-  
tio secreta Feriæ sextæ post Cœ-  
res : ut docet Gavant. in Rubr. Mis.  
part. 1. tit. 7. litt. q. & consentit  
Hippolytus Tonellius in Enchiridio  
de cærem. Miss. lib. 2. c. viii. nu.  
21. & cum Bauldry Meratus to. 1.  
par. 4. tit. 6. n. 21. videri possunt  
dicenda 11. Novembr. articul. 3.  
num. 5.

Similiter fiat in simili casu , quo  
sit Postcommunio varianda : nimi-  
rum in casu quo Festum hoc inci-  
dat in Feriam tertiam post Domini  
primam Quadragesimæ , cuius Feria  
Postcommunio est similis Postcom-  
munioni Festi præsentis . Igitur pro  
Commemoratione Feriæ tertiaz præ-  
dictæ dicatur Postcommunio Feriæ  
quartæ proxime sequentis .

C A-

# C A P U T I X.

N O T A N D A X I . M A R T I I .

## A R T I C U L U S U N I C U S .

*De Horis Canoniciis.*

**T**N: Calend.. Rom.. Vesp: de sequ..  
Festo dupl.. S.. Gregorii P.. Con-

sess.. & Eccl.. Doctor.. ut: in comm..  
Conf.. Pontif.. Antiph.. ad Magnifi..  
cat. O Doctor Or.. prop.. & fit Comm..  
mem.. Fer.. Quadrages..

# C A P U T X.

N O T A N D A X I I . M A R T I I .

## E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S . I I I .

**A**rt.. I. *An Festum S.. Gregorii Pap.. Confess.. & Eccl.. Doctor.. sit ex precepto servandum in Foro?*

Art.. II.. *De Missâ ..*

Art.. III.. *De Indulgentiis ..*

## A R T I C U L U S I .

*An Festum S.. Gregorii Pap.., Confess.. & Eccl.. Doctor.. sit ex precepto servandum in Foro?*

**F**ESTUM S.. Gregorii P.. & Confess.. & Ecclesiae Doctoris. plerique voluerunt , servandum esse ex præcepto juris communis ; similiter Augustini , Hieronymi , & Ambrosii .. Sed dicendum est : Festos dies quatuor Doctorum Ecclesiae Gregorii , Augustini , Hieronymi , & Ambrosii non esse ex obligatione gravi universaliter celebrandos in foro . Colligitur ex Constit. Urbani VIII. incip. Universa , an. 1642. in qua enumerantur omnia , & singula Festa ex obligatione gravi universaliter ob-

servanda ; at nulla sit mentio prædictorum Forum . Vid.. dicenda in Appendice ad calcem Diarii cap.. 7. n. 5. Videri etiam potest Azor.. Instit.. Morali.. par.. 2.. lib.. 1.. c.. 25.. qu.. 3.. & Suar.. de Relig.. to.. 1.. tr.. 2.. lib.. 2.. c.. 9.. n.. 22..

## A R T I C U L U S I I .

*De Horis Canoniciis ..*

**T**N: Calend.. Rom.. S.. Gregorii P.. 2.. Conf.. & Eccl.. Doctor.. dupl.. lect.. 1.. Noct.. cum R.R.. de comm.. Doct.. Pont.. 2.. & 3.. Noct.. & Or.. propr.. 9.. lectio de homili.. Fer.. & ejusdem Commem.. in Laudib.. Reliquia de comm.. Conf.. Pont.. 2.. Vesperæ de eodem .. Antiph.. ad Magnif.. O Doctor , & fit Comm.. Fer..

G g 2 No-

3 Nota hic: in Lect. 2. Noct. asse-  
ri , S. Gregorium constituisse , ut  
in Missa Kyrie eleison novies repe-  
retur . At vero Benedictus XIV. de  
Sacrif. Miss. lib. 2. c. 4. n. 7. hæc  
habet : ( Quis ab Oriente hæc ver-  
ba *Kyrie eleison* in Occidentem in-  
vexerit ? Viri docti disputant . Vul-  
garis olim opinio fuit : Sanctum Gre-  
gorium Magnum ea Missæ addidisse ;  
sed falsitatis arguitur , quod con-  
stat , sexaginta ante Sanctum Gre-  
gorium annis ea ab Apostolica Se-  
de , & ab Italæ Provinciis esse u-  
surpata ; nam Concilium Vasense  
anno 529. habitum , to. 4. Concil.  
pag. 168o. ait : *& quia tam in Se-  
de Apostolica , quam etiam per totas  
Orientales , & Italæ Provincias dali-  
tis , & nimium salutaris consuetudo  
est intronissa , ut Kyrie eleison fre-  
quentius cum grandi affectu , & com-  
punctione dicatur ; placuit etiam nobis ,*

*ut in omnibus Ecclesiis nostris ista tam  
sancta consuetudo , & ad Matutinum ,  
& ad Missas ; & ad Vesperas Deo  
propitio intronissatur . ) Hæc apud  
laudatum Pontificem . Confer Me-  
ratum toth. I. par. I. tit. 8. nu-  
mer. 7. Porro Ecclesia in rebus  
meri facti ad Religionem non spe-  
ciantibus juxta Apostoli consilium ,  
unumquemque in suo sensu abunda-  
re permittit ; ut observat Eman-  
Azevedus de Divin. Offic. Exercitat.  
38. versus finem .*

### ARTICULUS III.

#### *De Missa.*

**T**N Festo S. Gregorii Papæ , Conf. 4  
**I** & Eccl. Doct. dupl. Missa prop. Commem. Feriæ , & ejusdem Evang. in fin. Credo . Rubr. gen. Miss. tit. II. Col. param. alb.

## C A P U T X I.

### N O T A N D A XVI. M A R T I I.

#### ARTICULUS UNICUS.

*De Horis Canoniciis .*

semidupl. de comm. Confess. Pont.  
Or. autem propr. fit Commem. Fer.  
Quadrages.

**T**N Calend. Rom. Vesp. de sequ.  
**I** Festo S. Patritii Episcop. & Conf.

C A.

# C A P U T X I I .

N O T A N D A X V I I . M A R T I I .

## E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

A r t . I . *D e H o r i s C a n o n i c i s .*

A r t . II . *D e M i s s a .*

### A R T I C U L U S I .

*D e H o r i s C a n o n i c i s .*

- 1 **T**N Calend. Rom. S. Patritii Ep. & Conf. semid. le&t. 1. No&t. in Quadrages. *Fidelis sermo*, de comm. Conf. Pont. 2. No&t. propr. 3. No&t. de pr&dicto commun&iuml; 1. loc. monalectio de Homil. Feri&z in Quadrages. & ejusdem Commem. in Laudib. reliqua de pr&dicto comm. Or. autem propr. In Calend. Rom. 2. Vesperae de eodem Festo, & fit Commem. Fer.
- 2 Alibi vero, puta in Regnis His-

pani&z Vesp. de sequ. Festo S. Gabrielis Archangeli dupl. maj. ut in propri. Commemoratio pr&ecedentis, & Feri&z.

### A R T I C U L U S I I .

*D e M i s s a .*

- 1 **T**N Festo S. Patritii Ep. & Conf. semid. Missa *Statuit*, de Comm. Conf. Pont. 1. loco Orat. autem propr. & fit Commemoratio Feri&z in Quadragesima, & ejusdem Evang. legatur in fine. 3. Or. de tempore. Col. param. alb.

# C A P U T X I I I .

N O T A N D A X V I I I . M A R T I I .

## E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

A r t . I . *D e H o r i s C a n o n i c i s .*

A r t . II . *D e M i s s a .*

### A R T I C U L U S I .

*D e H o r i s C a n o n i c i s .*

- 1 **T**N Calend. Romano Vespera de sequenti Festo S. Joseph. Sponsi B. V. Mari&z, Confess. dupl. 2. cl.

tit in propr. si celebretur in Quadr. fit Commemoratio Feri&z.

Alicubi, puta in Regnis Hispani&z hodie celebratur Festum S. Gabrielis Archangeli dupl. maj. omnia ut in propr. & fit comm. Fer. & g. lect. erit de homil. Fer.) *Ubi celebra-*

lebratur Festum SS. Gabrielis, vel Raphaelis Archangeli, ad octavam benedictionem dicatur: cuius Festum colimus: non vero: Quorum Festum S. R. C. 13. Septembr. 1692. in Hispalen. apud Caval. to. 2. c. 34. d. 7. Profecto in Officio S. Gabrielis tantummodo ipsius, & non simul ceterorum omnium Angelorum imploratur auxilium: ut ex collectis eruitur aperte; etsi aliter fiat in Festis S. Michaelis Archangeli: ut suo loco notabimus.

## ARTICULUS II.

## De Missa..

**T**IBI hodie celebratur Festum Sancti Gabrielis dupl. maji. Missa ut in propria cum Credo, fit Commemoratio Feriae, & ejusdem Evangelium in fine. Col. param. alb.

## C A P U T X I V.

## N O T A N D A X I X. M A R T I L.

## EXPLICANTUR ARTICULIS V.

Art. I. De observatione Festi S. Josephi Sponsi B. M. V.

Art. II. De Horis Canoniciis..

Art. III. De Missa..

Art. IV. De Indulgentiis..

Art. V. Notanda in Festo S. Josephi occurra in hebdomada majori..

## ARTICULUS I.

De observantia Festi S. Josephi Sponsi B. M. V.

**F**ESTUM S. Joseph. ex obligatione gravissimae servandum in foro. Constat ex declaratione S. C. R. S. Maji 1621. approbante, & mandante Gregorio XV. apud Cavalierius tom. 2. cap. 13. d. 8. Item ex Constit. Urbani VIII. incip. Universa, quam allegavimus die 1. Januar. nunc i. in qua enumerantur omnia, & singula Festa sub dicta obligatione servanda, & interponuntur Festum S. Joseph Confess. Sponsi

Deiparae; videri tamen possunt discenda 31. Decembr. art. I. n. 2.

## ARTICULUS II.

De Horis Canoniciis..

**O**FFICIIUM S. Josephi Sponsi B. M. V. cum novis Antiphonis, Versibus, lectionibus I. Noct. Responsoriis, Capitulis approbavit, & ab omnibus Christifidelibus tam Secularibus, quam Regularibus, qui ad horas canonicas tenentur, die 19. Martii, (nisi fuerit transferendum) in Festo S. Josephi in posterum recitari, & in Breviario apponit mandavit S. R. C. 3. Febr.

Febr. 1714. annuente Clemente XI. die  
4. ejusdem Monfis, & anni. Apud  
Caval. to. 2. c. 31. d. 2.

Itaque in Calend. Rom. S. Joseph Sponsi B. V. M. Confess. dupl.  
2. cl. ex Clemente X. 29. Novembr.  
1670. apud. Caval. 1. cit. num. 2.  
Rubr. gen. Brev. tit. 9. n. 6. & in  
duab. tabell. excerpt. ex Rubr. gen.  
Brev. Offic. ut in propr. & communi  
Confes. non Pont. Si celebretur  
in Quadrages. nona lectio de hom.  
Fer. & ejusdem Commemoratio in  
Laudibus. 2. Vesp. de eodem Festo.  
Ad Psal. Antiphon. de Laudibus,  
reliqua ut in propr. & 1. Vesper.  
& fit Commemorat. Feriae, si cele-  
bretur in Quadrages.

### ARTICULUS III.

#### *De Missa.*

3 **T**N Festo S. Joseph dupl. 2. cl. Mis-  
sa propr. & fit Commem. Fer. si  
celebretur in Quadrages. & ejusd.  
Evangelium legatur in fine. Inclini-  
netur caput ad nomen S. Joseph in  
Evang. & ubi alias nominetur in  
Missa, ex Rubr. Miss. de rit. ce-  
lebr. tit. 5. num. 2. Vide dicta 18.  
Januar. art. 2. num. 7. col. param.  
alb.

### ARTICULUS IV.

#### *De Indulgentiis.*

4 **T**N Festo S. Joseph habetur Indulg.  
Plen. in Ecclesiis Patrum Dis-  
calceatorum, & Religiosorum Ordi-  
nis S. Mariæ de Mercede. Clem.  
X. Const. 149. pag. 252. Tom. 7.  
5 Item Indulg. Plen. in quavis Ec-  
clesia S. Josepho dicata in cunctis

Reguis, & Dominiis Regis Catho-  
lici. Innocent. XI. Constit. 58.

### ARTICULUS V.

*Not. in Festo S. Joseph occurrente in  
bebdomada majori.*

### SECTIO I.

*Not. in Festo S. Joseph occurrente primis  
quatuor diebus majoris  
bebdomadae.*

#### *De Missa, & Procesione.*

**M**ISSA solemnis de Sancto Joseph, &  
M quando ejus Festum incidit in  
Fer. II. III. vel IV. Majoris hebdo-  
madæ, non potest cantari etiam ob  
concursum populi, sed debet omitti,  
nec potest in illis diebus fieri Proces-  
so in ejus honorem. S.R.C. 4. Au-  
gusti 1663. in una Urbis, apud Ca-  
val. tom. 4. c. 20. d. 45. Quod ad  
Missam attinet, aperte statuitur a  
Rubr. gen. Miss. tit. 6. nu. 1. ubi  
cum in exceptis ponatur tota heb-  
domada major, & non tantum tres  
memoratae dies, idcirco neque po-  
terit cantari Missa prædicta in Do-  
minica Palmarum, quæ est prima  
dies majoris hebdomadæ, & non  
minus ac prædictæ tres Feriae, gau-  
det totali consecratione ad recolen-  
da altiora mysteria, & condecorata  
est privilegio exclusionis Festorum,  
atque Missarum: imo præ illis ha-  
bet, quod in Missa non patitur  
Commemorationem Sanctorum; ut  
animadvertis Caval. & ob rationem  
eamdem nec Processiones poterunt  
in honorem Sancti Joseph in ea-  
dem Dominica celebrari; licet po-  
terit celebrari Festum S. Josephi si-  
ne

ne strepitu, solemnitate, & pompa. Vide dicenda tr. 2. l. 4. part. 2. c. 8. art. 1. ubi de not. in hebdomad. majori in gen. Sect. 2.

## S E C T I O II.

*Not. in Festo S. Joseph occurrenti in Feria V. majoris hebdomadae.*

### EXPLICANTUR SUBSECTIONIBUS II.

Subs. I. *De Horis Canonicas.*

Subs. II. *De Missa, & observantia Festi.*

### S U B S E C T I O I.

*De Horis Canonicas.*

7 *Si Festum S. Joseph occurrat in Feria V. majoris hebdomadae, ejus Officium transferendum erit ad aliam diem, juxta Rubricas Brevariorum Romanorum, & Decreta Sacrae Congregationis.* S. R. C. 13. Septemb. 1692. in Hispalen. apud Caval. tom. 2. c. 13. d. 9. Non solum si occurrat in Feria quinta majoris hebdomadae, transferendum erit Officium S. Joseph, verum etiam si in diebus praecedentibus ejusdem hebdomadae, juxta Rubr. Brev. ex quibus Officia Sanctorum, quaelibet excluduntur ab hebdomada majori. Vide dicenda tr. 2. l. 4. pat. 2. c. 8. n. 2.

8 *Quando transfertur Officium Patriarchae S. Joseph, & Annunciationis B. M. V. ambo 2. cl. quocumque in contrarium non obstante, prius debet transferri, & recitari Officium de Annunciatione, & postea de Sancto Joseph.* S. R. C. 28. Novemb. 1682. in Faventina, & deinde idem confirmavit die 30. Junii 1689. in Vigilia.

lien. & deinde in Decreto generali 14. Julii 1692. Apud Caval. to. 2. c. 30. d. 19. Confer dicenda 25. iunius art. 2. Sect. 1. n. 28. Quo etiam articulo ampliora quoque in favorem Annunciationis Decreta dabuntur.

Nota hic pro casu translationis 9 Officii S. Joseph in hym. Laud. illa verba: *Hac die Joseph meruit perennis gaudia vita: non esse mutanda, sed retinenda: rite enim adhuc dici possunt extra diem propriam ipsius Festi; quia referuntur ad diem illam, qua Sanctus Joseph meruit perennis gaudia vita: quemadmodum proculdubio, etiam referuntur, dum in die Festi propria recitantur.* Vide dicenda 17. Septembr. num. 8.

### S U B S. II.

*De Missa, & observantia Festi Sancti Joseph occurrentis in Feria V. majoris hebdomadae.*

7 *Si Festum S. Joseph occurrat in Feria V. majoris hebdomadae, ejus Officium transferendum erit ad aliam diem, juxta Rubricas Brevariorum Romanorum, & Decreta Sacrae Congregationis; ceterum præceptum audiendi Missam, & vacandi ab operibus serviliibus non erit transferendum, sed servandum in predicta Feria V. adeoque per Ordinarios locorum accurrate prævidendum, ut eo die aliquæ quidem Missæ privatae, ante celebrationem solita Missæ Conventualis celebrandæ, pro præcepti adimplemendo non defant.* S. R. C. 13. Septemb. 1692. & habetur in Bullario particulari Innoc. XII. apud Merat. Ind. Decr. Miss. n. 501. & apud Caval. tom. 2. c.

13. d. 9. Adeo insuper in eodem Decreto dispositio quædam circa Communionem Cleri in Missa solemnai Feriæ V. Cœnæ Domini , quam referemus suo loco , ubi de prædicta Feria n. 144. Hoc autem Decretum dicitur esse Decretum generale in alio Decreto similiter disponente quoad Festum Annunciationis ; porro idipsum pro Festo Annunciationis in casu similis occursum statutum esse , suo loco videbimus . Ex hujusmodi Sacrae Congregationis Decreto recte arguant Auctores : ita similiter faciendum in quovis alio Festo de præcepto in dicta Feria V. alicubi fortasse occurrente ; Vid. Caval. cit. c. 13. d. 10. numer. 10. Luc. Ferrar. in sua Bibliot. tom. 6. V. Resol. SS. CC. in priori Indic. Decret. num. 366. Edit. 3. Bonon.

Rite animadvertisit Benedictus XIV. tom. II. Instit. Eccl. institut. 38. n. 10. decere , ut Episcopus designet Ecclesiæ , in quibus celebrari tantummodo possint hæ Missæ privatæ ; numerum quoque Missarum constitutæ in unaquaque ex designatis celebrandarum , juxta Civitatis magnitudinem , & populi multitudinem . Idipsum insinuat Caval. in supracit. d. 9. n. 8. & ita quidem habetur expressum in simili Decreto pro Annunciationis Festo , ut innuimus , emanato : quemadmodum ibi videbimus . Caval. cit. n. 8. inclinat ad affirmandum : Regulares quoque Prælatos respective ad Ecclesiæ suas providere posse , ut supra , de Missis privatis prædicta die celebrandis .

Ante Missam Conventualem , seu solemnem celebrandas esse privatas , disponitur in allegato Decreto , quia

TOM. II,

post Missam solemnem celebrari non possunt ; atque adeo in illa Ecclesia , in qua celebrata fuit Missa solemnis , non poterunt postmodum celebrari Missæ privatæ ; vid. Cavalierius in cit. d. 9. numer. 9. & in d. 10. numer. 6. Et licet ad maiorem populi commoditatem designari possint , ad Missas privatas celebrandas in dicto casu , illæ etiam Ecclesiæ , in quibus non habetur Missa solemnis , & functio Feriæ V. Cœnæ Domini , ut ait Caval. in d. 9. numer. 8. attamen nec in prædictis Ecclesiis convenit celebrari Missas privatas tempore , quo dicitur Missa solemnis in Ecclesia majori , seu Parochiali , aut post dictam Missam solemnem in iisdem Ecclesiis : pro reverentia , quam minores Ecclesiæ debent locis primariis ; ut animadvertisit Caval. in d. 10. n. 7. Qui tamen n. 8. ait : se reputare , ad consulendum populorum commodo , & observatu facilius reddendum præceptum de Missæ auditione , aliquantis per ultra solitum differendam esse Missæ solemnis celebrationem , quoties Feria V. Cœnæ incidit in Festum aliquod de præcepto . Quod autem in una Ecclesia paulo citius , vel serius inchoetur Missa solemnis , & consequenter etiam acceleretur , vel protrahatur celebratio Missarum privatæ , dummodo per notabile spatum id non eveniat , parum referre ; non enim ista metienda sunt arithmetice , sed prudenti quadam ratione . Videri possunt dicta l. i. c. 2. qu. 5. interrog. 8. n. 22. ubi de hora celebrandi Missas Conventuales . De hora autem designata pro celebratione Missæ privatæ , disputabimus eodem l. i. c. 1. art. 9. Se&t. 10. a n. 47.

H h

Qu.

Qu. Quænam Missa legenda sit a celebrantibus hujusmodi Missas privatas in Feria V. Cœnæ?

- <sup>II</sup> R. Gobat to. 1. tr. 3. cas. 7. n. 224. docet: Missam privatam celebrantem in Feria V. Cœnæ Domini debere illam legere de Feria occurrente; & ita omnino dicendum est: nam Officium, & Missa S. Joseph transfertur, ut dictum est; & sic similiter fieri, inquit Diana, in casu occurrentiæ Festi Annuntiacionis B. M. V. cum Feria V. prædicta, ut suo loco dicemus, & ita quidem factum est anno 1761. occurrente Festo S. Joseph in Feria V. majoris hebdomadæ. In dicto igitur, & simili casu Missæ privatæ erunt de Feria V. Cœnæ Domini, ut in proprio habetur, & explicabimus, ubi de Feria V. majoris hebdomadæ. Color paramentorum Al-

taris, puta Pallii, erit violaceus concordans Officio; color autem paramentorum Sacerdotis erit albus correspondens Missæ Feriæ V. præfatae. Caval. tom. 4. c. 1. in d. 10. n. 2. Sermo autem est de Altari, ubi celebrentur hujusmodi Missæ privatæ in dicto casu; nam de Altari, ubi celebratur Missa solemnis, dicetur in citat. Fer. V. n. 134. In prædicta vero Feria V. Cœnæ celebrari non posse Missas privatas in Oratoriis privatis in dicto etiam casu, nisi pro ieiunio concessum sit Oratorium: docuimus 6. Januar. art. 1. Sect. 3. Subl. 2. n. 36. & 38. & iterum dicemus tr. 2. ubi de Fer. V. majoris hebdomadæ Subl. 4. §. 1. num. 131., & monet etiam Caval. tom. 2. c. 13. in d. 10. num. 12. Merat. tom. 1. par. 1. tit. 20. n. 2.

## C A P U T   X V.

### N O T A N D A   XX.   M A R T I I.

#### ARTICULUS UNICUS.

*De Horis Canonicijs.*

vn Calend. Rom. Vesp. de sequ.  
¶ Festo S. Benedicti Abbat. dupl.

de comm. Conf. non Pontif. Orat. Intercessio, de commun. Abbat. & fit Commemor. Fer. si celebretur in Quadrages.

C A.

# C A P U T   X V I .

N O T A N D A   X X I .   M A R T I I .

## E X P L I C A N T U R   A R T I C U L I S   I I I .

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Indulgentiis.*

### A R T I C U L U S   L

*De Horis Canoniciis.*

1 *In Calend. Rem. S. Benedicti Abbat. dupl. fest. 1. & 2. Noct. propr. 3. Noct. de comm. Abbatis reliqua de comm. Conf. non Pontif. Orat. Intercessio, de comm. Abbat. si celebretur in Quadrag. 9. leet. de homin. Fer. & ejusdem Commem. in Laud. 2. Vesper. de eodem Festo, & fit Commem. Fer. in Quadrag.*

2 *Si hoc Festum venerit in hebdomada majori; Ordini S. Benedicti & ubi habet adnexum forum, facient sequentes concessiones. Cum aliquoties contingat, Festum S. Benedicti Abb. quod fit die 21. Martii, incidere in aliquam diem majoris hebdomadae, ac proinde iuxta Rubricam, ad aliam post Dominicam in aliis transferri debet: SS. D. N. Benedictus XIII. ad humillimas preces P. D. Swapkini Tansii Abbatis, & Procuratoris Generalis Congregationis Cassinensis, ut in celebratione Festi, & Officii Sancti Patriarchae omnes Monachi, & Moniales ejusdem Regulam profitentes, uniformiter conveniant, benigne indulxit, atque concessit, ut quoties idem Festum ob eam causam transferri debeat, tunc Feria tertia*

*post Dominicam in Aliis eidem celebrando assignetur; ita ut memorata Feria tertia eo casu intelligatur dies propria predicti festi; adeoque in ea Officium S. Benedicti a dictis Monachis & Monialibus, non obstante occurrentia alterius, sive ejusdem, sive inferioris ritus, etiamsi dies esset propria alicuius Sancti, perpetuo celebretur. Ita indulxit Benedictus XIII. die 23. Januar. 1727. apud Caval. tom. 2. c. 13. in d. 16. n. 1. Festum S. Benedicti, quod habet annexum forum, insidens in aliquam diem majoris hebdomadae, transfertur ad Feriam tertiam post Dominicam in Aliis, tamquam diem propriam, translatu quo cumque Officio etiam aequalis ritus in ea occurrente: S. R. C. 6. Septemb. 1727. in Fulden., apud Caval. cit. c. 13. d. 16. Hujusmodi concessionem translationis Officii S. Benedicti ad predictam diem non favere, ubi Festum laudati Sancti minime celebratur in foro, cum obligatione videlicet audiendi Missam, etiamsi habeat ibidem ritum dupl. 1. cl. docet Caval. 1. cit. n. 14. & 17. fine. Cæterum allegant Decreti praefata declaratio favorabilis est non solum Ecclesie Fuldensi, ad cuius instantiam emanavit, sed quibuslibet locis, in quibus Festum S. Benedicti celebretur*

H. h 2 in

in foro, seu sit int̄ præcepto: ut aperte colligitur ex modo universalis dicendi declarationis ejusdem; quemadmodum observat Caval. n. 3. & ex eodem num. 10. & 12. favet privilegium, etiam si Festum non nisi per dimidium diei celebretur in foro, vel etiamsi S. Benedictus non fuerit principalis Patronus loci.

- 3 In casu prefato Festum hoc pridie annunciatum est in Martyrologio, & cum Octava celebrandum (vid. Merat. Indic. Decr. Brev. n. 345.) ubi nimis est Titulus Ecclesiae, vel principalior loci Patronus cum Festo in foro; & cum redatur Festum veluti stabile, evulgandum populo erit inter Festa mobilia de præcepto servanda, quæ in Epiphania die 6. Januarij enunciantur, ut ibi notavimus; vel saltem a Parocho inter Missarum solemnia in propinquioribus præcedentibus diebus Festivis, vel Dominicis est Fidelibus notificandum. Caval. loc. cit. fine.

Utrum vero apud quoslibet Regulares Festum Sancti proprii Fundatoris sit ex præcepto cum obligatione audiendi Missam, & abstinenti a servilibus? examinabimus in Appendice ad calcem Diarii c. 7. art. 2. n. 2.

## A R T I C U L U S II.

### *De Missa.*

- 4 **N**Festo Sancti Benedicti Abbat. dupl. Missa Os justi: do comm. Abb. & fit Commem. Fer. si celebretur in Quadrages. & ejusdem legatur Evang. in fine. Col. param. alb.

- 5 Capellanis Monialium Ordinis

Sancti Benedicti, & confluentibus Sacerdotibus quibuscumque concessit Benedictus XIII. 10. Februar. 1727. apud Merat. to. 1. par. 1. tit. 14. n. 1. facultatem celebrandi Missam propriam Sancti Benedicti cum Missali Monastico in die ejusdem Festo. Declaravit autem S. R. C. 21. Martii 1744. in Patavina: *Indultum suffragari etiam quoad Octavam*, diebus non impeditis. Apud Caval. to. 5. c. 14. n. 10. fine, & in operre Merati in 2. Append. Decr. Miss. num. 888. Cujus sententia, etiam generaliter loquendo de quibuslibet aliis similiter privilegiatis, est Passqualigus, quem laudat Meratus in supra cit. tit. 14. Porro tota Octava nihil aliud est, quam extensio ipsius Festi. Cur autem concessio prædicta sit privilegium? intelliges ex dictis lib. 1. c. 2. qu. 16. numer. 53.

Tradit Meratus tom. 2. Sect. 7. c. 5. ad hanc diem: Patres Benedictinos Congregationis Cassinensis, & Vallis-Oletanae facultatem habere, celebrandi hoc Festum S. Benedicti cum Octava, etiam in Quadragesima: (in qua sine speciali privilegio non celebrantur Octavæ, uti suo loco dicetur:), & hoc privilegium, seu Indultum extensum suisse etiam ad Moniales ejusdem Ordinis, etiamsi sint subjectæ Ordinariis locorum; ex concessione Clementis X. 17. Februar. & 31. Decembr. 1672., & die 22. Septembris 1674. Confer cumdem Sect. 3. c. 8. n. 14.

A R.

ARTICULUS III.

*De Indulgencis.*

¶ INDULG. plen. in Ecclesiis Monachorum, & Monialium Ordinis S. Benedicti hodie, aut alia die, in quam transferatur Festum ejus-

dem. Clemens X. Constitut. 89. pag. 158. tom. 7. & Innocent. XI. Constit. 73. pag. 106. tom. 8. apud Plaz. hod. & Merat. Ind. Decret. Brev. n. 345. Confer eundem Merat. tr. 1. par. 1. tit. 6. n. 1. fine, & tom. 2. Sect. 3. c. 10. n. 11. fine; videri possunt dicenda 25. hujus num. 17.

---

C A P U T      X V I I .


N O T A N D A    X X I V .    M A R T I I .

ARTICULUS UNICUS.

*De Horis Canonicis.*

VESPERAE de sequen. Festo Annunciationis B. M. V. dupl. 2. cl. ut in propr. & fit Commemor. Feriae. In fine Hymni Complet. *Iesu tibi qui natus.*

Si Festum dolorum B. M. V. concurrat cum Festo Annunciationis, Vesperæ dicuntur de Annunciatione sine Commemoratione de septem doloribus; ita statuit S. R. C. 3. Septembr. 1672. Vide dicenda in Fer. VI. post Domini. Passion. num. 16.



C A.

## C A P U T X V I I I .

N O T A N D A X X V . M A R T I I .

## EXPLICANTUR ARTICULIS II.

**Art. I.** *Notanda in Festo Annunciationis B. M. V. in diebus non privilegiatis secundum Rubricas.*

**Art. II.** *Notanda in Eodem Festo occurrente in quibusdam diebus privilegiatis secundum Rubricas.*

## A R T I C U L U S I .

*Notanda in Festo Annunciationis B. M. V. in diebus non privilegiatis secundum Rubricas.*

## EXPLICANTUR SECTIONIBUS IV.

**Sect. I.** *De Institutione, & obseruantia Festi Annunciationis.*

**Sect. II.** *De Hocis Canoniciis.*

**Sect. III.** *De Missa.*

**Sect. IV.** *De Indulgentiis.*

## S E C T I O I .

*De Institutione, & observantia Festi Annunciationis.*

**FESTUM** Annunciationis B. M. V. est universaliter de rigore pracepto, etiam in foro, ut patebit ex infra dicendis qu. 2. Appellari etiam solet Festum Incarnationis Domini, seu Verbi Divini, & aliquando nuncupatum inventur Festum Conceptionis Immaculatae Virginis: nempe Conceptionis activae, qua purissima Virgo Maria Christum concepit; ut animadvertisit Theophilus Raynaud. to. 7. tr. de Parascev. prælud. 3. in argum. n. 3. Quemadmodum

a Greecis Festum Conceptionis passivæ B. M. V. dicitur Festum Conceptionis Sanctæ Annæ; ut ex Gretsero lib. 2. de Fest. tradit Frater meus Benedictus Tetamo in suo Apologetico de vero cultu, & Festo SS. Cordis Jesu, lib. i. c. 8. circa medium. Solemnitas item hujus diei dicitur Evangelismus ab Armenis propter Nuncium de Incarnatione Verbi. A Græcis autem Cheritismus, propter Salutationem Angelicam.

Si Festum Annunciationis occurrat in Feria sexta, vel Sabato majoris hebdomadæ, transferendum esse, etiam quoad forum, & obligationem audiendi Missam, in Feriam secundam post Dominicam in Albis, notabimus infra n. 36.

Q. Hic. I. An hæc Festivitas sit 2 B. Virginis, vel potius Christi Domini?

A. Videtur, quod hodierna Festivitas sit potius Christi Domini, quam B. Virginis. Sicut enim Festum passivæ Conceptionis ipsius Virginis magis est Festum ejusdem Virginis, quam Matris ejus Annæ, quamvis ex illa Conceptione magnus honor, magna Dei dona proculdubio in Beatam Annam redundaverint; ita videtur, Festum Incarnationis Christi principaliter esse Fe-

se Festum Personæ conceptæ , & Mysterii , licet simul ad Virginem pertineat ; & ita afferitur in quadam Sermone Sancti Athanasii , vel potius , ut putat Baronius , S. Cyriilli Alexandrini de hac Festivitate ; in cuius orationis exordio , ut idem Baronius in not. Martyrol. Rom. ad hanc diem refert , leguntur haec : *Primum hoc memorie subjiciendum , Festum hoc unum esse ex Dominicis Festis , atque adeo primarium , Et prorsus venerandum , utpote quod pro ordine , Et digestione rerum , que in Evangelii de Christo praedicantur , sacrosanctum habebatur : quippe in quo de Filiis Dei e Cœlis descensu agatur Eccl. Ita etiam sentit Joannes Beleth de Divin. Offic. c. 146.*

3 Sed dicendum est : quod et si Festivitas hodierna proprie dici possit Christi Domini , Verbi scilicet Incarnati ; nihilominus ea ad illius Genitricem Santissimam referatur : unde communiter inter Festivitates B. Virginis numeratur ; & quidem , ut qu. sequ. n. 6. dicimus ex Host. Joān. Andr. Panormit. & aliis Doctoribus communiter , pro certo supponendum est , in C. *Completus , de Feris* , ubi ex Gregorio IX. servari præcipiuntur dies *Festivitatum omnium Virginis gloriose* ; in his verbis comprehendi Festivitatem Annunciationis : atque adeo Annunciatio inter Festivitates B. Virginis ex allegato jure censetur . Et expressius Urbanus VIII. loco qa. item sequi. laudando , inter Festivitates B. Virginis præsentem enumerat sub nomine Annunciationis ejusdem . Similiter Durandus in Ration. Offic. lib. 7. c. 7. initio , & c. 9. num. 2. & idem significant Missologus de Eccl. observat. cap. 48. B. Ivo Carnot.

Serm. de Annunciat. B. M. initio , aliquique Autores graves apud Strætre de Relig. tom. 1. tr. 2. lib. 2. c. 5. num. 3. vide dicenda 8. Decembr. art. 1. na. 7. Denique hoc ipsum habetur ex Divin. Offic. nam Ecclesiasticum Officium , ut observat Suarez cit. c. 5. na. 2. & cum eo Benedictus XIV. de Fest. B. V. c. 3. §. 1. post initium : & Cavalearius loc. infra laudando: ecclesiasticum , inquam , Officium ad Virginem precipue dirigitur . Profecto Horæ canonice recitantur de B. Virgine ; unde ad octavam benedictionem dicitur : *Cujus Festum colimus , ipsa Virgo Virginum intercedat Eccl.* Quæ benedictio ex Rubr. Brev. dicitur : *Si Officium sit de Sancta Maria . Rurlus in Missa dicitur Praefatio de eadem B. Virgine , quæ Praef. ex Rubr. Miss. dicenda est in Festivitatibus ejus , utpote propria de ea.*

Deinde ex Sacrae Congregationis Rituum sententia Festum Annunciationis est Festum B. Virginis : enimvero , cum in concurrentia unius Festi Beatae Virginis cum altero ejusdem Festo , in Officio de uno Festo non sit facienda Commemoratio alterius Festi ejusdem B. Virginis : declaravit , quod , si Festum septem dolorum B. Virginis concurrat cum hoc Festo Annunciationis , Vesperæ dioendæ sint de Annunciatione sine Commemoratione de septem doloribus : uti notabimus tr. 2. in Fer. VI. post Dom. Passion. & innuimus die præcedenti in 1. Vesp. hujus Festi . Ergo ex Sacrae Congregationis Rituum sententia Festum Annunciationis est Festum B. Virginis .

Accedit quidam sensus communis fidelium , inter quos sacri Ora-

to-

tores , & ipsimet Sancti Patres in Sermonibus de hac Festivitate toti sunt in extollendis laudibus Beatæ Dei Genitricis . Videri potest Benedictus Plazza Devotionis vindicatæ par. 2. c. 8. a n. 25.

Hodierna ergo Festivitas etsi proprie dici possit Verbi Incarnati , nihilominus ad illius refertur Sanctissimam Genitricem : imo Concilium Toletanum X. capit. 1. per autonomiam Festum Divinæ , seu Dominicæ Matris appellat ; ubi ait : *Nam , quod Festum Matris est , nisi Incarnatio Verbi?*

4 Jure autem Annunciatio inter Festivitates B. Mariæ adscribitur : primo quia Beata Dei Genitrix in hac Annunciatione summam dignitatem , & excellentissima gratiæ dona est consecuta ; ut enim docet D. Thomas 1. part. qu. 25. art. 6. ad 4. *Humanitas Christi ex hoc , quod est unita Deo . . . .* & Beata Virgo ex hoc , quod est Mater Dei , habent quamdam dignitatem infinitam ex bono infinito , quod est Deus .

Et S. Bernardinus Senensis ta. 2. de Festi B. V. Serm. 51. art 3. c. 1. sic discurrit . . . . Si quis autem consideret virginei consensus ad tantum mysterium ( Incarnationis ) finalem terminum , clare intelliget , quod omnis dignitas , & perfectio inclusa in hoc , quod est , esse Matrem Dei , tam mente , quam carne , comprehendatur in eo , quod quidem transcendent in merito in infinitum quidquid aliud sub Deo homine cogitari , vel dici potest . Si igitur terminus tam ineffabilis fuit sus merito proportionatus : oportet , quod meritoria perfectio bujus consensus fuerit perfectioni sui termini proportionata . Ex his igitur colligi potest , quod Virgo

Beata in Conceptionis Filii Dei consensu , plus meruit , quam omnes Creaturæ , tam Angeli , quam homines in cunctis actibus , motibus , & cogitationibus suis . Nempe omnes , qui meruerunt , nihil aliud potuerunt mereri , nisi secundum varios status , & gradus , gloriam sempiternam . Hæc autem Virgo in illo admirando consensu meruit . . . . Dominum , & Primum totius Orbis , plenitudinem omnium virtutum , omnium donorum , omnium beatitudinum , omnium fructuum Spiritus , cunctarum scientiarum ; interpretationes sermonum , spiritus Prophetæ , discretionis spirituum , operationis virtutum . Meruit secunditatem in virginitate , Maternitatem Filii Dei . . . . Tanta igitur fuit perfectio ejus , ut soli Deo cognoscenda reseretur . Hæc S. Bernardinus ; & videri etiam potest Suarez to. 2. in 3. par. disp. 18. Sect. 3. versus finem , & Sect. 4. circa medium . Ex quibus constat , Beatissimam Virginem , dignitatem summam , & excellentissima gratiæ dona consecutam fuisse in sua ipsius Annunciatione ; quapropter Annunciationis Festum recte refertur eidem primo ex hujusmodi ratione .

Secundo , quia licet si secundum se spectetur hoc Festum , esse videatur summa dignitatis , & lætitiae inter omnia , quæ ad humanitatem Dei pertinent , eo quod in eo supremum beneficium Deus hominibus contulerit , & maximum omnium mirabilium suorum operum fecerit : nihilominus quoad nos non videtur donum illud perfectè collatum usque ad Virginis partum , & ideo quoad exteriorem lætitiam solemnius illa Nativitatis Festivitas celebratur , ut ibi suo loco notabimus . Jamvero ob

¶ ob eamdem causam Festivitas illa præcipue ad Christum, hæc vero refertur ad Virginem.

¶ Nec obstat, Festum Conceptionis Beatissimæ Virginis esse Festum ejusdem Virginis, atque adeo personæ conceptæ, & non Matris ejus Annæ concipientis; quamvis ex illa conceptione magnus honor, magna-que Dei dona in gloriosam Annam proculdubio redundaverint. Respondeatur enim: disparem esse rationem, ut prosequitur Cavalierius tom. 2. c. 30. Comm. in decr. 20. num. 6. his verbis: *quia omne mirabile quod in Conceptione Mariæ accidit, ex parte Mariæ se tenuit; nam præservatio a communi culpa originali non fuit donum Annae concessum, quæ ordinario, & communi modo, hominis scilicet interveniente opera, concepit: sed partui, seu conceptui, scilicet Mariæ gratuito donatum; & ideo Conceptio-nis Festum, in quo Mariæ præservatio a communi culpa potissimum recol-litur, (Confer constitutionem Alex-андri VII. incip. *Solicitudo omnium Ecclesiarum*; quam ad verbum dabi-mus. 8. Decembr. n. 2. Cæterum vide etiam Bellarminum de cultu Sanctor. lib. 3. cap. 16. in resp. ad object. 2. §. Dico secundo: & Be-ne dict. Tetamo loc. supr. cit.) in honorem ejusdem instituti debuit, & non simul Anna, quæ dictum pecca-tum in Filiam, si hæc speciali privi-legio præservata non fuisset, proculdu-bio transfulisset: quinimmo & dona gratiæ, quæ in ea conceptione Anna, creditur, accepisse, non ex conceptione actiua, sed passiva, seu ex parte Ma-riæ conceptæ in eam derivarunt. At non sic evenit in conceptione Divini Verbi, in qua nedum Maria summam Deiparae dignitatem, & excellentissima-*

gratiæ dona consecuta est, sed insuper eidem mirabile illud, & inauditum datum extitit, quod Virgo manens in-tæcta, præter rerum ordinem, Filiū conciperet: quare bene, & in honorem Mariæ ea Festivitas institui potuit, in qua mirandum illud accepit, immo ad eamdem etiam præcipue Officium dirigi; quo ad exteriorem latitiam, solemnitatem, & Officium; veluti re-servata Dominica Incarnatione ad Na-tivitatem Christi, in qua tale donum, ut bene Suarez, fuit nobis perfecte colla-tum. Hæc Caval. Stat igitur quod di-cebamus: Festivitatem videlicet ho-diernam, et si ea proprie dici possit Christi Domini, Verbi scilicet In-carnati, nihilominus referri ad Vir-ginem Matrem, & jure inter Festi-vitates Beatæ Dei Genitricis com-muniter annumerari.

Qu. II. Utrum Festum hoc sit de rigoroso præcepto? Dubium oritur ex eo, quia ex una parte Festum Annunciationis est antiquissimum: de eo enim mentionem facere vi-dentur plerique Sanctorum Patrum, & quidem tamquam de re non no-va, ut videre est apud Suarez de Relig. to. 1. tr. 2. lib. 2. c. 5. nu-3. & 5. Qui etiam testatur, hujus Festivitatis initium ignorari; unde cum Bollandistis Benedictus XIV. de Fest. B. V. cap. 3. §. 2. insinuat, fuisse ab Apostolis institutam; sed & ex Concilio Toletano XII. ac Patribus hoc ipsum significari, testa-tur Suarez to. 2. in 3. part. disp. 22. Sect. 1. post medium. Ex alia par-te vero nullum apparet in jure an-tiquo de hoc Festo in omni ri-gore universaliter observando præce-ptum expressum, & scriptum; nam in C. Pronunciandum I. dist. 3. de Consecr. inter Festivitates generales

I i

non

TOM. II.

non ponitur, neque inter eas, quæ ad Virginem spectant, cum tamen inter priores, ponatur Purificatio, & inter posteriores Nativitas, & Assumptio Virginis. Item in C. *Conquestus de Feriis*, ex Gregorio IX. solum in generali dicitur: *Festivitatum omnium Virginis gloriose*: Quænam vero sint illæ? non declaratur.

R. Pro certo supponendum est, in dicto C. *Conquestus*, in illis verbis: *Festivitatum omnium Virginis gloriose*: comprehendi Festivitatem Annunciationis. Ita Host. Joann. Andr. Panormit. & alii Doctores communiter, quos laudat, & sequitur Suarez de Relig. tom. 1. loc. laud. & Azor. Instit. Moral. par. 2. l. 1. c. 17. qu. 1. Et vero cum ex una parte, Festivitas Annunciationis antiquissima sit, & longe ante Gregorium IX. Autorem illius Decreti: Et ex alia parte, veteres Patres de ea loquuntur, tamquam de Festivitate admodum celebri, & solemnissimi: ut videre est in eorum Sermonibus in hanc Festivitatem: ideo verisimile non est, tempore Gregorii IX. Festum Annunciationis non fuisse ex præcepto observatum in universa Ecclesia; sed pro certo habendum est, multo ante laudatum Pontificem illud fuisse Festivitatibus præcipuis Virginis annumeratum, ac proinde fuisse ab eodem Pontifice comprehensum in dicto C. in illis verbis generalibus: eaque satis esse, inquit Suar. de Relig. to. 1. tr. 2. lib. 2. c. 5. num. 5. fine, ut dicamus: hoc Festum esse unum ex iis, quæ jure communī in universa Ecclesia observari præcipiuntur.

Denique ex Urbano VIII. inter Festivitates ex obligacione gravi uni-

versaliter in Ecclesia observandas adscribitur, & expresse adnumeratur Festum Annunciationis: ut constat ex sua ipsius Constitutione de Celebrat. Festor. quæ incipit: *Universa*, ann. 1642. quam allegavimus die 1. Januar. n. 1.

Certo itaque constat, hodiernum Annunciationis Festum esse sub rigoroso præcepto ex jure communī in universa servandum Ecclesia.

Quando autem inceperit, & præsertim quando Romana Ecclesia illud amplexa fuerit, & per universam Ecclesiam observari primum præcepit? Affirmari non posse, fatetur Suarez supra cit. num. 5. quia scriptum non invenimus. Certum tamen est, inquit, traditione satis esse firmatum hoc præceptum, & a summis Pontificibus, saltem ipso usu approbatum, & tandem, utinam modo notavimus, inter Festa de præcepto juris communis expresse descriptum. Ad cuius excellētiam Festi facit, *Anagōgōn* tempora olim prænotata fuisse, & hactenus ex Rom. Curia prænotari *Ab Incarnatione Domini*: videantur dicta in procēcio hujus. Tr. 1. n. 7.

Qu. III. Cur Festum Incarnationis celebretur in Martio die 25?

R. Quia hoc mense, & die peractum fuisse hujusmodi mysterium, habet traditio, de qua testatur S. Augustinus lib. 4. de Trinitate c. 5. Azor. Instit. Moral. par. 2. lib. 1. cap. 17. qu. 3. Suar. tom. 2. in 3. par. disp. 9. Sec. 5. initio. Videri etiam potest Benedictus XIV. de Festis B. V. c. 3. q. 2.

Plerique insuper addunt, in Feria sexta peractum fuisse, idque constare, inquit Azor. loc. cit. ex supputationibus astronomicis; nam

## Cap. XVIII. Notanda XXV. Martii. 251

eo anno littera dominicalis erat B. & dies Veneris, sed Feria sexta erat G. ita Azor. Sed non plane constare de anno, quo Verbum caro factum est: habes ex dictis in proemio hujus Tract. I. n. 7. Prosequitur autem Azorius, stando in opinione praefata, aitque: decausse sanne, ut in die Veneris Dominus conciperetur, ut sicut primus Adam terrestris creatus est sexta die hebdomadæ, ita secundus Adam celestis sexta die conceperetur. Item primus homo sexta die peccavit, & cecidit; Christus etiam sexta die primi hominis redemptionem incepit, & postea trigesimo tertio vitæ suæ anno consummavit sexta Feria; nam die Veneris mortuus est, ut constat Joann. 19. Præterea sexta die primus homo de terra formatus, positus est a Deo in Paradiſo Voluptatis Gen. 12. Filius Dei quoque in sinu Patris ex omni aeternitate progenitus, conceptus est secundum carnem sexta die in utero Virginis, tamquam in Paradiso deliciarum, idest charismatum, & virtutum. Primus homo fuit in Paradiſo positus, ut custodiret illum, & excoleret; ita Christus Virginem Matrem suam custodivit, & exornavit, liberam, & immunem ab omni peccati labe, integrum animo, & corpore servavit. Hæc Azor. cit. q. 3. qui etiam præced. q. 2. expónit decem eonguentias, ex quibus Verbum Dei, dicit, elegisse mensam Martium, in quo concipetur.

**8** Nota hic, alicubi Festum Annunciationis ad alium diem, & mensam stabiliter translatum celebrari, suisse consuetum: eo quod Festa, seu Festiva Natalitia Sanctorum in-

Quadragesima (infra quam sèpius occurrit dies 25. Martii:) peragi vetuterit Concilium Laodicenum in Oriente celebratum Can. 51. Et sic in Hispania die 18. Decembr. ex Decreto Concilii Toletani X. C. I. & in Ecclesia Mediolanensi juxta ritum Ambrosianum celebrabatur in Dominica quarta Adventus, ut ex Galeſino in Annot. ad Martyrol. refert Suar. de Relig. to. I. tr. 2. h. 2. c. 5. n. 2. fine. Vide dicenda 18. Decembr. art. I. n. 2.

Qu. IV. Qua hora diei Iucarna-<sup>9</sup> tions mysterium fuerit peractum?

R. Pro solitione quæſtionis hu-  
jus videantur dicta lib. I. c. 5. qu.  
I. a num. 6.

## S E C T I O II.

### *De Horis Canonicis.*

**VN** Calend. Rom. Annunciationis **10**  
**&** B. M. V. dupl. 2. cl. Rubr. gen.  
*Brev. tit. 9. nu. 6. & in duob. ta-  
 bell. excerpt. ex Rubr. gen. Brev. ut  
 in proprio, & Officio parvo B. V.  
 & fit Commemoratio Feriæ, & no-  
 na lectio de eadem, si celebretur  
 in Quadragesima. In ultimo Psal-  
 mo tertii Nocturni pro Antiphona:  
*Post partum*: dicitur Antiphona:  
*Angelus Domini*. Rubr. Brev. hic;  
 utique congruentior Officio, in quo  
 recolitur Annuntiatio Virginis, &  
 Conceptio Christi. Vid. Cavaler.  
 to. 2. c. 30. in d. 9. n. 3. Similis  
 dispositio adest, ratione temporis Ad-  
 ventus, pro Officiis ejusdem B. V.  
 tunc recitatis; vid. dicenda tr. 2.  
 lib. I. par. I. c. 2. n. 11. In fine  
 autem hymnorum dicitur: *Jesu ti-  
 bi... qui natus es*, & in R. br. ad  
 Primam *Qui natus es*.*

I i 2      In

In 2. Vesper. omnia ut in primis, præter Antiphonam ad *Magnificat*, & fit Commemoratio Feriarum, si celebretur in Quadragesima. Si cras fiet Officium de septem doloribus B. V. 2. Vesperæ adhuc errunt de Annunciatione, & non fiet Commemoratio de Festo septem dolorum. vide dicenda tr. 2. in Fer. VI. infra hebdomad. Passionis n. 16.

Utrum post Pascha possit celebrari octava Annunciationis, ubi est Titulus Ecclesiæ? dicetur art. 2. Sect. 2. Subs. 4. n. 38.

### S E C T I O III.

#### *De Missa.*

**D**E *T*N Festo Annunciationis dupl. 2. cl. Missa propr. fit Commemoratio Feriarum, & ejusd. Evang. legitur in fine, si celebretur in Quadragesima. *Credo*. Rubr. gen. Miss. tit. 11. In die, seu in Festo Annunciationis B. Mariæ Celebrans in Missa solemini, quando cantatur in Choro: *Et incarnatus est*: si sedet, surgit, & genuflexit. Rubr. gen. Miss. tit. 17. n. 3. Confer Merat. to. 1. par. 2. tit. 6. n. 40. Genuflexit in infimo gradu Altaris laterali a parte Epistolæ: genuflexit autem utroque genu, & cum profunda capit is inclinatione, ad specialem reverentiam significationem, in die nimirum, qua specialiter recolitur Incarnationis Verbi Divini mysterium; ut observat Caval. to. 5. c. 12. n. 65. (alias per errorem 66.) Confer Merat l. cit. Ita Missa vero privata genuflexio fit de more unicō tantum genu. Vid. Caval. l. cit. numer. 63. (alias per errorem 64.) Merat. l. cit. n. 13. fine. An autem in alia

Missa solemini, cui competit Symbolum, sit hodie facienda genuflexio prædicta ad verba præfata, si transferatur Festum Annunciationis? Cum distinctione respondet Caval. cit. n. 65. affirmans, si non transferatur Festum in foro, sed solum in Choro: & in hoc convenire omnes Rubricistas, testatur Merat. tom. 1. part. 2. tit. 40. Negans vero idem Caval. n. sequ. & tom. 2. cap. 13. Comment. in Decr. 14. nu. 17. si transferatur simul in foro, ut est in casu, quo Annunciatio occurrat Fer. VI. vel Sab. major. hebd. ut infra dicetur; quo casu vult, genuflexionem prædictam faciendam esse in die, in quam transfertur Annunciatio, faciendam videlicet in Feria secunda post Dominicam in Albis, ut infra dicemus num. 36. Porro in dictam Feriam transfertur Annunciationis Festum etiam quoad forum, quando incidit in dies præfatos majoris hebdomadæ, ut item infra dicetur. Quoad hanc autem genuflexionem, & similes notandum est: S. R. C. declarasse, ut Servientur Rabrica Missalis, Breviarii, & Cœrimonialis Episcoporum, scilicet tam ut, quando in Choro cantantur aliqua verba genuflexionem requirentia, se mora præscriptæ genuflexionis est brevis, bœc fiat etiam a Cantantibus ad Ambonem, seu a Regentibus chorum, dum ipsa verba cantantur, que genuflexionem requirunt. Quando autem mora genuflexionis est longa: ut ad verba Psalmi Invitatorii: Venite adoremus, & procidamus ante Deum. & ad verba Symboli: Et incarnatus est, & ad alia similia, ne plurium vocum unisona modulatio inflectatur, genuflexio peragatur sub fine verborum. S. R. C. 8. Martii 1738. in Ulixbonen.

*bonen.* Occident. Regii Nosocomii : apud Cavak. to. 5. c. 12. cit. num. 63. & in opere Merati in 2. append. Decretor. Miss. n. 825.

12 Praefatio de Beata Virgin. Et te in Annunciatione. Rubr. Miss. hic. Color Paramentorum facrotum albus , juxta Rubr. gen. Missal. tit. 18. n. 2. ex qua color albus adhibendus in Festis , seu in Missis de B. Virgine , & hoc Festum esse de B. V. supponitur ex Rubr. Miss. hic , ubi assignatur in hac Missa Praefatio de B. V. ut modo notavimus . Porro Praefatio de B. V. ex Rubr. ejusdem Miss. discenda est in omnibus Festis de B. V. utpote propria de ea ; confer dicta superius n. 3. cum sit ergo Festum de B. V. in sacris Officiis adhibendus est color albus juxtam Rubr. nimirum propter Virginitatem Matris Dei ; unde his color adhibetur etiam in Festis Virginum , quae Martyres non sunt . Profecto Virginitas comparatur candori , & liliis . Confer dicta 2. Februar. n. 56.

13 In Festo Annunciationis B. M. V. celebrare minime licere in Oratoriis privatis , & privilegiatis : declaratum a S. R. C. notavimus 6. Januarii n. 38. vide ibi dicta .

#### S E G T I O IV.

##### De Indulgentiis.

14 In Festo Annunciationis est Indulg. Plen. in quacunque Ecclesia Patrum Carmelitarum . Clem. X. Const. 131. §. 8. pag. 200. to. 7. apud Plaz. de Purgat. ad diem 25. Martii .

15 Qu. hie , pro Casu , quo Annunciationis Festum transferri contin-

gat : aut simul indulgentiae transfrantur ?

R. Tripliciter videtur , Annunciationis Festum posse transferri . Primo , quoad solum Officium . Secundo quoad Officium simul & Festum in foro , seu obligationem audiendi Missam , & abstinendi a servilibus . Tertio , quoad solam solemnitatem , & pompam , ut si in aliqua Ecclesia , vel Sodalicio celebretur Festum Annunciationis aliquo die , in quo Sodales convertiant , ad illud celebrandum ; in eo tamen die nec Annunciationis Festum occurrat in foro , nec ejusdem Officium recitetur in Choro . Jamvero die I. quod si Annunciationis transferatur quoad solum Officium , ut accidit , quoties occurrit in Dominicis Quadragesimæ , vel aliqua die majoris hebdomadæ , quæ non sit Fer. VI. in Parast. vel Sab. Sanctum : tunc indulgentiæ concessæ pro Annunciationis Festo non transfruntur , sed obtinentur eo die , quo celebratur ejusdem Festum in foro . Porro quoties indulgentiæ annexæ sunt Fete , quod sit in præcepto quoad Chorum , & forum : si quoad solum Chorum , seu Officium transferatur , non transfruntur Indulgentiæ , & hanc esse Auctorum sententiam communem , significat Caval. to. 2. c. 13. in d. 18. m. 5. ubi haec habet : Quoties itaque Festum est in præcepto quoad Chorum , & forum ; si quoad solum Chorum transferatur , non reperi ex Auctorisibus , qui una quoque sentias indulgentiam transferri ; Indulgentia enim , teste S. Pio V. in Bulla 34. Festis de præcepto quoad forum , præcipue conceduntur , ut sint ad usum , & devotionem populi , & quo bic frequenter ad tam Ecclesiam convenient . Populus au-

tem

tem multum non attendit ad ipsum Officium, sed ad id, quod est pubicum, nempe ad Festi solemnitatem quoad forum; nec eo die, quo Officium, sed quo feriatio excolitur, ad Ecclesiam est convenit. Ita Caval. Huc etiam faciunt sequentes declarationes S. C. R. Translato Feso, in cuius die conceditur Indulgentia, non transfertur etiam Indulgentia. S. C. 30. Decembr. 1639. in una Capuc. apud Caval. cit. d. 18. seu Translato Feso mice quoad Officium, non transfertur indulgentia tali Feso concessa. S. R. C. 16. Septembris. 1741. in una Ord. Min. de Obser. Refor. apud Caval. tom. 2. in append. ad c. 13. d. 3. Quod autem intelligendum est, ut in sequenti Decreto: Translato Feso, in cuius die conceditur Indulgentia, non transfertur indulgentia, nisi ex concessione speciali. S. R. C. 10. Junii 1690. in una Ord. S. Benedicti, apud Caval. in cit. d. 18. num. 1. Confer Merat. to. 1. par. 1. tit. 6. n. 1. fine. Ut quidem in casu nostro facta est (præter alios: confer dicenda nu. 19. initio) hujusmodi specialis concessio Aniciensibus anno 1712. 25. Januar. ut rescribit Cavalier. in cit. d. 18. num. 8. per Decreptum apud eumdem ibidem n. 10. his verbis expressum: *Anicienses pertinet, ut Indulgentias in forma Jubilæi concessæ pro Feso Annunciationis, incidente Feso in hebdomadam sacram, transferantur in Feriam secundam post Dominicam in albis.* **R. Affirmative.** Itaque quando Festum Annunciationis transfertur quoad solum Officium, indulgentias non transfertur, sed manent affixæ diei, in quo Festum celebratur, & servatur in fôro, nimisrum diei 25. Martii, nisi habeatur concessio specialis.

Dico 2. Multo minus indulgentia 16 transferuntur, si solum transferatur Festum Annunciationis quoad devotam quamdam solemnitatem in aliqua Ecclesia, vel Congregatione B. V. ut passim fieri solet occurrente Annunciatione in aliqua die majoris hebdomadæ, puta Feria V. in Cœna Domini; quo, similiter casu ut celebretur Festum Annunciationis cum consueta hujusmodi Congregationibus devota solemnitate, ac pompa, illud Sodales transferre solent ad aliquam Dominicam post Pascha. Et in hoc etiam convenire Actores, testatur Caval. l. cit. n. 7. per haec verba: *Quod si Festum quo ad solum solemnitatem transferatur: cum hujusmodi translatio non sit causa nonica, sed pure arbitraria, nec proprio sit festi translatio, concorditor omnes tuuntur, non transferri indulgentias.* Verum & hoc secundum dictum intellige, ut prius, videlicet nisi habeatur concessio specialis.

Dico 3. Si transferatur Annunciationis Festum in Choro, & fôro: ut accidit occurrente Annunciatione Feria VI. Parasceves, vel in Sabbato Sancto, quo casu, ut art. 2. dicimus, non solum transferrur Annunciationis Officium, sed & obligatio audiendi Missam, & abstinendi a servilibus, in Feriam secundam post Dominicam in albis; tunc transferri quoque indulgentias pro Feso Annunciationis concessas, aliqui negant, atii vero affirmant. Affirmativa sententia mihi est probabilius: quia indulgentias in hujusmodi Festis, quæ habent forum, concedi solet, ad allicendum Populum, ut cum maior devotio, & frequentia confluat, ad celebrandam solemnitatem; quemadmodum testatur fuisse S. Pium

Pium V. supra netulimus ex Caval.  
Cum ergo in dicto casu solemnitas  
Annunciationis celebratur in foro Fe-  
ria 2. post Dominicam in Albis,  
videtur, ex mente Pontificis, qui  
solemnitatem transfert in foro, et  
iam transferri Indulgencias, ut non  
minus, quam in sua propria die,  
hujusmodi Festum celebretur in foro;  
quemadmodum & pro choro  
dispositum esse videbimus, art. 2.  
imo ideo in casu predicto Annun-  
ciationis Festum transfertur in foro,  
quia tunc in sua propria die non  
potest Populus illud ea solemnitate  
recolere, qua exceptat Ecclesia, &  
ipsem ac consuevit.

18 Confirmatur ex eo, quia Mer-  
atus ind. decr. Breviarii sub. n. 106.  
testatur; ab iis, qui sustinent, trans-  
ferri Indulgencias concessas pro Fe-  
sto Annunciationis, si transferatur  
Festum in foro; pro sua sententia  
allegari etiam Decretum S. C. In-  
dulgientiarum sub die 2. Julii 1674.  
in quo declaratur, quod, si trans-  
feratur Festum quoad feriationem,  
& Officium, transferatur etiam in-  
dulgencia; & nonnisi quoties trans-  
latio sit quoad solum Officium,  
Indulgencia sua maneat affixa diei.  
Nec Meratus in materia decretorum  
authenticorum oculatissimus de au-  
thenticitate; hujus decreti quidquam  
ibi dubitat, vel obiicit illi. Illud  
que recipit Cavalerius in supra cit.  
Decret. 18. nu. 9. affirmativa senten-  
tiae subscribens, aliis pro eadem  
laudatis. Et quidem sententiam af-  
firmativam etiam universaliter susti-  
nentem: translato Festo quoad Chor-  
rum, & forum, transferri item in-  
dulgenciam, quæ sit pro eodem Fe-  
sto concessa: hujusmodi, inquam,  
sententiam esse fere omnium, testa-

tur Meratus to. 2. Sect. 3. c. 10. n.  
11. fine, eo quod Pontifices sic  
transferendo Festum, sufficienter ex-  
primunt simul Indulgientiarum trans-  
lationem. Hic etiam faveret Decre-  
tum S. C. R. anni 1741. a nobis  
supra relatum tenoris sequentis:  
*Translato Festo unice quoad Officium,*  
*non transfertur indulgentia tali Festo*  
*concessa.* Jamvero ea verba:  
*unice quoad Officium:* ut observat Caval.  
in illud Decretum: *Aperte designant,*  
*quod transferuntur etiam Indulgencias,*  
*quoties Festa transferuntur etiam quoad*  
*forum.*

Nec quidquam obest quod La- 19  
Croix I. 6. par. 2. qu. 192. num.  
1376. opponit: nimurum Sextum V.  
an. 1580. 3. Cal. Octobr. favore  
Congregacionum creditarum a Socie-  
tate Jesu, ad translationem Officii  
SS. Annunciationis concessisse trans-  
ferri Indulgencias: & hujusmodi trans-  
lationem dici, speciale *privilegium*,  
vel *concessionem*. Nam respondetur:  
merito ita vocatam, quia fuit trans-  
latio Indulgientiarum pro Festo tran-  
slato *unice quo ad Officium*. At nos  
hic jam loquimur de translatione  
Indulgientiarum Festi translati simul  
quo ad forum. Quod autem illa con-  
cessio Sixti V. processerit pro tran-  
slatione Annunciationis *unice quo ad*  
*Officium*, clarum est ex eo, quia tunc  
temporis Annunciationis Festum oc-  
currens in Parasceve, vel Sabbato  
Sancto, nondum statutum fuerat,  
transferri etiam in foro; ut bene  
animadvertis Caval. I. cit. n. 10.  
Ubi etiam ad concessionem Anicien-  
sibus factam, supra quoque rela-  
tam, translationis videlicet Indul-  
gentiarum, una cum Festo Annun-  
ciationis occurrentis in hebdomada  
sancta, quæ forte similiter objici  
pos.

posset, eo quod petita, & imperti-  
ta fuerit, postquam Annunciationis  
Festum jam fuerat donatum privi-  
legio immutationis etiam quo ad  
forum: respondet dicendo: Attento  
usu Romano, in quo nonnihil in casu  
incidentiae in Parasceven, & Sabba-  
tum Sanctum Annuntiatio transfertur  
quo ad forum, patens est, quod prae-  
fatum Indultum est pro casu transla-  
tionis etiam quo ad solum Officium,  
cum procedat pro casu incidentiae in  
hebdomadam sacram, quæ profecto  
latius patet. Ceterum non raro a non-  
nullis petuntur, & consequenter conce-  
duntur ea, quæ absque alia concessione  
fieri licebat. Ita Caval. His positis  
videtur probabilius, Indulgentias An-  
nunciationis transferri una cum Fe-  
sto, si hoc transferatur in foro, &  
consequenter acquiri in Feria secun-  
da post Dominicam in Albis, in  
quam diem transfertur Annuncia-  
tionis Festum occurrentis in Para-  
sceve, vel Sabbato Sando.

## ARTICULUS II.

Notanda in Feste Annunciationis oc-  
currente in quibusdam diebus pri-  
legiatis secundum Rubricas.

20 **FESTUM** Annunciationis aliquando  
**F** occurrit in quibusdam diebus  
privilegiatis secundum Rubricas Bre-  
viar. Rom. quo casu specialiter ali-  
qua notanda sunt. Quoad hoc Fe-  
stum vero hujusmodi dies privile-  
giatae sunt Dominicæ 2. 3. & 4.  
Quadrag. Dom. Passionis, omnes  
dies hebdomadae majoris, & Pascha-  
lis. Ideo tribus Sectionibus, majoris  
charitatis gratia, dividimus articulata  
hunc. In primo agemus de hoc Fe-  
sto occurrente in prædictis Domini-

cis privilegiatis. In 2. de eodem in  
hebdomada majori In 3. de eodem  
in hebdomada Paschali.

## SECTIO I.

Notanda in Feste Annunciationis oc-  
currente in Dominic. 2. 3. & 4.  
Quadrag. & in Domin. Passionis.

**S**i occurrat Festum Annunciationis B. 21  
M. V. in Dominica secunda, ter-  
tia, vel quarta Quadragesima, non  
sit Officium de Annunciatione, nisi in  
Ecclesiis sub invocatione Annuncia-  
tionis dicatis. S. R. C. 1. Septembr.  
16.12. in Ulyssiponem, apud Meratum  
Indic. Decret. Brev. n. 37. Est jux-  
ta Rubric. ex quibus prædictæ Do-  
minicæ excludunt Festum, quod non  
sit primæ classis: at Annunciationis  
Festum est rit. dupl. 2. cl. pro Ec-  
cles. univers. Habet autem rit. 1.  
cl. in Eccl. prop. & ideo ibi in  
iisdem prædictis Dominicis occur-  
rente hoc Feste, sit de eo cum  
Commem. Dominicæ:

Quod si hoc Festum occurrat in 22  
Dom. Pass. ne quidem in Ecclesia  
propria sub invocatione Annunciat.  
poterit celebrari; quia Dominica  
Passionis excludit quodlibet Festum  
occurrentis etiam 1. cl. ut suo loco  
notabimus.

Quando Festum Annunciationis 23  
occurrit in Dominica privilegiata,  
ejus Officium transferendum est in  
Feriam secundam immediate sequen-  
tem, quocumque Feste etiam æqua-  
lis, non tamen altioris ritus in eam  
incidente; ex Decr. S. C. R. 20.  
Julii 1748. in una Urbis, & Orbis  
apud Caval. to. 2. in Append. in  
c. 30. d. 3. Vigore hujus Decreti  
Festum Annunciationis, ab specia-  
lem

Iem reverentiam Dominiæ Incarnationis, donatur privilegio immutationis accidentariæ; ut animadvertisit idem Caval. initio explicat. Decreti. Jam vero ex eodem Caval. to. 1. c. 12. n. 1. *Festa*, quæ accidentario immutantur, in die suæ mutationis se habent, ut occurrentia, & ab eo depellunt quæcumque *Officia translatæ*, cuiuslibet existant classis, quinimo & occurrentia, si altioris hæc non sint ritus, aut dignitatis: Ita ille. Itaque, si contingat Festum Annunciationis a Dominica privilegiata, vel Festo quolibet altioris ritus a die proprio excludi, debet reponi in die immediate sequenti, cum translatione cujuscumque Festi, quod in ea occurreret, nisi hoc foret altioris ritus, quo in casu retineretur Festum, cum ulteriori protractione Annunciationis. Ubi autem Annunciationis Festum est 1. cl. & adhuc transferri contingeret, ibi in die immediate sequenti reponendum foret, cum exclusione alterius Festi occurrentis etiam primæ classis; ex allegato enim Decreto Festum Annunciationis donatur privilegio excludendi a die immediate sequenti quodlibet Festum, quod non sit altioris ritus; ut observat Caval. in illud Decr. sub initium.

Si tamen in Feria secunda prædicta immediate sequenti occurreret alibi Festum ejusdem quidem ritus, sed dignitatis majoris: non posset in prædicta Feria reponi Festum Annunciationis cum exclusione Festi occurrentis ejusdem classis, & majoris dignitatis, sed recitandum foret Officium de Festo digniori cum ulteriori protractione Festi Annunciationis. Porro major dignitas ad effectum expulsionis alterius Festi,

TOM. II.

æquiposset ritus majori; & univer-  
sim Rubricæ disponunt: *Officiis de*  
*digniori, translatio de minus digno.*  
Ita Caval. loc. cit. Quapropter si prædicta Feria secunda alicubi o-  
curredret aliquod Festum Domini rit-  
dupl. 2. cl. non posset in ea repo-  
ni Officium Annunciationis rit. d.  
2. cl. ex suppositione, quod An-  
nunciationis inspiciatur ut Festum B.  
M. V. Si enim spectetur, ut Fe-  
stum ipsius Christi Domini, ut qui-  
dem spectari etiam poterit, secun-  
dum dicta artic. 1. Sect. 1. qu. 1.  
v. 2. licebit tunc, excluso prædicto  
alio Festo occurrenti, reponere Fe-  
stum Annunciationis; nec contradic-  
cit ipse Caval. loc. cit. & eodem  
cit. c. 30. in d. 20. n. 8. ubi ani-  
madvertisit, quod *hoc ipso Annuncia-*  
*tio non præfertur Festis majoris di-*  
*gnitatis, quia Christi dignitas inspi-*  
*citur etiam in Annunciationis Festo.*

Quando vero ob Festum occur-  
rens amplioris ritus non possit An-  
nunciationis reponi in assignata die,  
puta in immediate sequenti Feria  
secunda: an tunc reponi debeat in  
alita immediate sequenti die, puta  
in Feria tertia cum simili jure, seu  
privilegio excludendi Festum occur-  
rens in illa? Negat Caval. tom. 2.  
in Append. ad c. 30. d. 3. post ini-  
tium; eo quod S. R. C. in su-  
periori allegato Decreto etsi deman-  
daverit translationem Annunciationis  
in prædictam Feriam secundam  
immediata sequentem, non occupa-  
tam Festo altioris ritus; non pro-  
vidit tamen similiter pro casu, quo  
prædicta Feria fuerit occupata Fe-  
sto altioris ritus; & licet casum  
proculdubio animadverterit, non  
mandavit, ut Annunciationis, Feria  
secunda impedita, reponeretur su-

K. k. mili.

militer in Feria tertia immediate sequenti. Ergo signum est, quod in hoc ulteriori impedimento reliquerit Annunciationis Festum generalibus Rubricarum legibus, adeoque reponendum in prima die non impedita. Ita Caval. Qui tamen monet: diem 26. Martii relinquendam esse liberam ab assignatione Festi perpetuo translati; & id ipsum esse de Feria secunda post Dominicam in Albis, in qua reponi debet idem Festum Annunciationis occurrentis in hebdomada majori, vel Paschali, ut infra videbimus; ne Festum iisdem diebus affixum, necesse sit amoveri, ad parandum locum Annunciationi, quando, hanc transferri, contingit; si nimis illud Festum fuerit inferioris, aut æqualis ritus; adde, & ne opus sit, Annunciationem ulterius transferre ab assignata sibi die, si illud aliud Festum occurrentis fuerit ritus amplioris.

- 26 In casu autem, quo Annunciationis Officium a die 25. Martii translatum, non habuerit locum in die 26. Martii, vel in Feria secunda post Dominicam in Albis, (pro alio casu, de quo infra, in quo ad illam Feriam sit transferendum:) atque adeo juxta prædictam Cavalierii sententiam, sit reponendum in alia die, quæ prima occurrerit, attenuamen non impedita; haberent locum Decreta sequentia: *Quotiescumque contigerit, Annunciationis Festum etiam quoad solum Officium post Octavam Paschæ transferri, idem ceteris semper Festis æqualis ritus præparatur, licet temporis ordine sit in Calendario posterius illis, ob specialem reverentiam Dominicæ Incarnationis.* S. R. C. 14. Junii 1692. in Decreto generali, apud Merat. Indic. De-

cret. Brev. num. 171. Hinc Quando transfertur Officium Patriarchæ Sancti Josepb, & Annunciationis B. M. V. ambo 2. class. quocumque in contrarium non obstante, prius debet transferri, & recitari Officium de Annunciatione, & postea de S. Joseph. S. R. C. 28. Novembr. 1682. in Faventina, & iterum confirmavit 30. Junii 1689. in Vigilien., apud Cavalier. tom. 2. c. 3. d. 19. Confer Merat. tom. 2. Sect. 6. c. 15. n. 1. In eodem prædicto casu haberet locum insuper Decretum sequens. *Quando transfertur solum Officium Annunciationis, & non solemnitas, tunc potest fieri de Sancto ad libitum occurrente.* S. R. C. 12. Febr. 1705. in una Ordin. Cappuc. Galliae, apud Caval. to. 2. par. 2. c. 41. d. 11. quod inseruit d. 10. n. 12. Et sic si dies 26. Martii, vel Feria 2. post Dom. in Albis fuerit impedita Festo dupl. 1. cl. & dies 27. Martii vel Feria 3. post Dominicam in Albis esset alicubi occupata Festo novem lectionum ad libitum: in casu translationis Officii Annunciationis a die 25. Martii, non esset reponendum in die 26. Martii, vel in Fer. 2. post Domin. in Albis, & posset etiam ulterius differri a prædicta die 27. Martii, vel Feria 3. post Domin. in Albis, quamvis non impedita, nisi Festo ad libitum.

Occurrente Annunciationis Festo 27 in aliqua ex prædictis Dominicis privilegiatis, nihilominus esse genuflectendum a Celebrante in Missa solenni de Dominicâ ad illa verba: *Et incarnatus est* &c. docuimus art. præced. Sect. 3. n. 11.

Nota hic: quod Episcopi debent 28 uti vestibus violaceis in die Annunciationis B. M. V. quando occurrit in Qua-

*Quadragesima, excepta tota hebdomada majori, & Feria VI. Non vero eodem die, ad quem prædictum Festum transferunt in Quadragesimam. S. R. C. 8. Junii 1709. in Bracharen., apud Merat. Indic. Decret. Miss. n. 615.*

## S E C T I O II.

*Not. in Festo Annunciationis occurrente in hebdomada majori.*

### EXPLICANTUR SUBSECTIONIBUS IV.

Subs. I. *De Horis Canoniciis.*

Subs. II. *De Missa.*

Subs. III. *Notanda specialiter in Festo Annunc. occurrente in Feria V. Major. hebdomadæ.*

Subs. IV. *De translatione in foro, & Choro Festi Annunciat. occurr. in Feria VI. vel Sab. majoris hebdomadæ.*

## S U B S. I.

### *De Horis Canoniciis.*

29 **Q**UANDO Festum Annunciationis occurrit in hebdomada majori, tunc Annunciationis Officium transferendum est in Feriam secundam post Dominicam in Albis, quocumque Festo etiam æqualis, non tamen altioris ritus, in eam incidente, ex Decr. S. C. R. 20. Julii 1748., in una Urbis, & Orbis, apud Caval. tom. 2. in Append. ad cap. 30. d. 3. Vigore hujus Decreti Festum Annunciationis, ob specialem reverentiam Dominicæ Incarnationis, donatur privilegio accidentariae immutacionis. Videnda hic sunt,

& applicanda, quæ diximus Sæc. præced. de eodem Festo Annunciationis occurrenti in Dom. privilegi.

An autem post Quadrages. possit celebrari Octava Annunciationis, ubi est Titulus Ecclesiæ? dicetur Subsec. 4. n. 38.

## S U B S. II.

### *De Missa.*

**M**issa solemnis de Annunciatione 30 J.V. B. M. V. non potest celebrari, quando ejus Festum incidit in Dominicam Palmarum. S. R. C. 10. Martii 1657. in Placentina; apud Merat. Indic. Decret. Miss. nu. 321. Profecto etsi de Festo translato possit celebrari Missa solemnis, vel ratione concursus populi ad celebrandum Festum; ex Rubr. gen. Miss. tit. 6. attamen ex eadem Rubrica ibidem excipiuntur nonnulli dies, in quibus hujusmodi privilegium denegatur; inter illos autem Palmarum Dominica recensetur, immo & tota hebdomada major. Ergo occurrente Annunciationis Festo in Dominicâ Palmarum, & hebdomada majori, non potest celebrari Missa solemnis de B. V. neque ratione Tituli Ecclesiæ Annunciationis, neque ratione concursus. Porro dies excepti a prædicta Rubrica sunt specialiter destinati ab Ecclesia, ad celebrandum universaliter aliquod magnum mysterium Christi Domini, aut ad insinuandam populo Christiano gravissimam aliquam Ecclesiæ Catholice institutionem: aut ad eundem universaliter invitandum ad lucum, ac penitentiam; & non convenit, Christianum populum ab hujusmo-

K k 2 di

di celebratione , in qua universalis Ecclesia est occupata , ad aliud ullo modo divertere ; ut significat *Gavant.* in Rubr. Miss. par. 1. tit. 6. ubi hanc reddit rationem de exceptione prædicta dierum in rubrica allegata , dicens : *excepti dies in Rubrica nova sub Urbano VIII. apertam habent causam , & rationabilem , ut populus attentior sit ad mysteria eorumdem dierum.*

- 31 Notavimus Sectione præcedenti fine : Episcopos debere uti vestibus violaceis in die Annunciationis B. M. V. quando occurrit in Quadragesima : excepta hebdomada majori , & Fer. VI. , non vero eo die , ad quem prædictum Festum transferitur in Quadragesima .

### S U B S E C T I O III.

*Not. specialiter in Festo Annunciationis occur. Fer. V. majoris Hebdomadæ.*

- 32 Si Festum Annunciationis inciderit in Feriam V. majoris hebdomadæ , præceptum audiandi Missam , & abstinendi a servilibus non erit transferendum , sed omnino servandum in prædicta Feria V. , prout in Cameriniensi , & pro Ecclesiis almae Urbis mandatum fuit 20. Martii 1660. ( apud Merat. Ind. Deer. Miss. n. 377.) adeoque per Ordinarios locorum providendum , ut eo die pro Civitatum , & Pagorum qualitate , ac Christifidelium in iis degentium numero , plures Missæ private , ante celebratiōnem Missæ Conventualis , pro præcepti adimplemento non defint . ) S. R. C. 12. Septembr. 1716. approbante Clemente XI. die 27. ejusdem mensis , & anni , in ejus Bullario particulari

par. 3. apud Caval. tom. 2. c. 13. decr. 11. Alterum insuper in eodem Decreto disponitur quoad communionem Cleri in Missa solemnni Feriae V. Cœna Domini , de quo erit sermo suo loco , ubi de præfata Fer. V. Idipsum statuerat eadem S. C. 10. Januar. 1693. In una Galliar. apud Merat. Ind. Decret. Miss. nu. 504. & apud Caval. cit. c. 13. Decr. 10. his verbis : *Quando Festum Annunciationis B. M. V. occurrit in Feria V. in Cœna Domini , servandum est Decretum generale pro Festa S. Joseph editum die 13. Septembr. 1692.* Illud autem Decretum nos dedimus , ubi de Festa S. Joseph 19. Martii art. 5. Sect. 2. Subf. 2. estque simile allegato hic , descriptoque Decreto anni 1716. pro Annunciatione edito ; quapropter pro hujus dilucidatione , & explicatione videantur dicta loco citato , & ea , quæ ibi diximus circa rem hanc quoad Festum S. Joseph occurrentis in Fer. V. majoris hebdomadæ , intelligentur etiam de Annunciatione in simili casu procedere .

In dicto autem casu tum ratione 33; ipsius Feriae V. in Cœna Domini , tum ratione Festi Annunciationis non poterunt celebrari Missæ in Oratoriis privatis ; ut observat Caval. to. 2. c. 13. in Decr. 10. nu. 12. Confer Merat. tom. 1. part. 1. tit. 20. nu. 2. Nisi pro infirmo concessum sit Oratorium . Vid. dicta 6. Januar. art. 1. Sect. 3. §. 2. nu. 36. & 38.

In prædicto casu Missæ private 34 non erunt legendæ de Annunciatione , quia , ut diximus Subf. 1. Oficium , atque adeo & Missa de Annunciatione transferuntur in Feriam secundam post Dominicam in albis ; sed

Sed dicenda erit Missa Feriae currentis, seu Feriae V. in Cœna Domini. Diana edit. coord. 10. 2. tr. 1. resol. 73. §. 13. Gabat tom. 1. tr. 3. cas. 7. n. 224. Vid. dicta 9. hujus n. 12.

In eodem prædicto casu ad illa verba Symboli: *¶ incarnatus est Æc.* Celebrantem in Missa solemini deberet genuflectere utroque genu, ratione Festi, & Mysterii Annunciationis: docuimus art. præc. Sect. 3. num. 11.

35 Color paramentorum Altaris, puta pallii erit violaceus concordans Officio; color autem paramentorum Celebrantis erit albus correspondens Missæ Feriae V. Cœnæ Domini. Caval. to. 4. c. 1. in Decr. 10. n. 2. Sermo autem est de Altari, ubi celebrentur hujusmodi Missæ privatae in dicto casu: nam de Altari, ubi celebratur Missa solemnis, dicitur suo loco.

#### S U B S . IV.

*De Translatione in Choro, ¶ Foro Festi Annunciationis occurrentis in Feria VI. vel Sabbato majoris Hebdomadæ.*

36 TURIMÆ Galliarum Ecclesiæ ad translationem Officii SS. Annunciationis etiam feriationem transferunt, unaque cum Officio excolunt; ut referunt Caval. to. 2. par. 2. c. 41. in d. 10. Ecclesia vero Romana feriationem transfert, cum solum incidit in Feriam sextam, vel Sabbatum majoris hebdomadæ. Igitur: *Si Festum Annunciationis B. M. V. occurrat in Fer. VI. in Parasceve, vel in Sabbato Sancto, transferatur una cum præcepto audiendi Missam,*

*¶ vacandi ab operibus servilibus, ad Fersam secundam post Dominicam in Albis, etiam quocumque alio Festo impeditam; itaut eadem Feria, prædicto casu eveniente, perpetuis futuris temporibus, pro sede propria, ¶ fixa, memorato Festo Annunciationis assignata, ¶ stabilita intelligatur, ¶ in illa, eo prorsus modo, ¶ forma, præfatum Festum quoad Officium, ¶ Missam celebretur, quibus propria die vigesimaquinta Martii in Calendario Romano appositum celebraretur, protractis ad aliam diem non impeditam juxta Rubricas Breviarii Romani, omnibus aliis Festis in eadem Feria occurrentibus, quæ non sint altioris ritus. S. R. C. 11. Februari. & XI. Martii 1690. approbante etiam Alexandro VIII. apud Caval. to. 2. c. 13. d. 14. & confirmatum fuit 10. Januar. 1693. apud Merat. Ind. Decr. Miss. n. 504. in una Galliarum & rursus 20. Julii 1748. in una Urbis, ¶ Orbis, apud Caval. to. 2. in append. ad c. 30. d. 3. quod notavimus superius n. 29. Videri hic debent dicta Sect. 1. a nu. 23. Allegatum Decretum vult. quod Festo Annunciationis a Fer. VI. vel Sabbato majoris hebdomadæ translato ad Feriam secundam post Dominicam in Albis: in illa eo prorsus modo, ¶ forma præfatum Festum quoad Officium, ¶ Missam celebretur, quibus propria die Æc. Observat Caval. in cit. d. 14. n. 16. ex Barbosa: dictionem: *prorsus*: denotare idem ac penitus, omnino, ex toto, ¶ in totum; & esse adeo præcisæ naturæ, ut nullam recipiat modificationem, seu limitationem; quapropter Annunciatio fert secum prærogativas omnes, & quælibet privilegia, quæ ex quavis ratione deberent.*

rentur eidem, si in die 25. Martii celebraretur. Hinc ex eodem Caval. nu. 17. & Merato loco statim citando, eruitur primo: quod quando Festum Annunciationis transferatur quoad forum in Feriam secundam post Dominicam in Albis, in illa die non licebit celebrare Missas in Oratoriis privatis, & privilegiatis, quas art. 1. n. 13. innuimus, esse prohibitas in Festo Annunciationis: Idipsum docet Joannes Baptista Gatticus de Orat. domestic. c. 27. nu. 17. Merat. to. 1. par. 1. tit. 20. n. 2. & par. 4. tit. 11. n. 7. & to. 2. Sect. 6. c. 15. n. 1. Secundo: in Missa Solemni genuflectendum esse ad ea verba Symboli: *Et Incarnatus est: a Celebrante, & Ministris;* ut Sect. cit. notavimus. Merat. cit. n. 7. dicta enim genuflexio fit in reverentiam Dominicæ Incarnationis, quæ in eo casu in illa Feria consideratur perfecta. Tertio: pridie annuciandum esse in Martyrologio prædictum Festum; prout universim de Festis cunctis, quæ diem aliam tamquam propriam sortiuntur, faciendum esse, decrevit S. R. C. 5. Maii 1736. Vide dicta 19. Februar. Et quoniام in Festo Epiphaniæ, ut notavimus 6. Januar. art. 1. Sect. 4. n. 44. post Evangelium indicantur populo Festa de præcepto mobilia anni currentis, hinc animadvertendum est, quod quando Annunciatio occurrit in Fer. VI., vel Sabbato majoris hebdomadæ, atque adeo transferendum est Festum etiam in foro ad Feriam secundam post Dominicam in Albis, commonendus est populus de hujusmodi etiam translatione Festi Annunciationis eo anno in dictam Feriam; & rursus a Parocho inter Missarum solemnia in propinquiori-

bus ad prædictam Feriam secundam præcedentibus diebus Festis, vel Dominicis, hoc Festum in præfatam diem translatum fidelibus erit notificandum, prout fieri jussit Clemens XI. sub die 15. Martii 1712. apud Caval. to. 2. c. 13. in d. 16. fine. Eum autem, qui vovisset communicare in die Annunciationis: occurrente ea in Fer. VI. Parascev. teneri communicari in Fer. 2. post Dom. in Albis: docebimus ubi de Fer. VI. in Parascev. Subs. 6. §. 5. qu. 3.

In eodem superiori allegato, de scriptoque Decreto non conceditur Annunciationis Festo privilegium excludendi a prædicta Feria Officia altioris ritus, & dignitatis in ea occurrentia, licet transferatur etiam quoad forum. Profertur quidem aliud S. C. Decretum sequentis tenoris: *Quando Festum Annunciationis B. M. V. transfertur simul cum præcepto audiendi sacrum ad Feriam secundam post Dominicam in Albis, profertur cuiuscumque duplice, etiam primæ classis eo die occurrenti.* S. R. C. 2. Septembr. 1741. in Aquen. in opere Merati in 2. append. Decr. Miss. n. 844. & apud Caval. t. 2. in Append. ad c. 30. d. 1. Attamen ipse Caval. ibi hujusmodi Decretum interpretatur de Ecclesia propria, ubi habet ritum dupl. 1. classis: *Decretum ( inquit ) dis ponit de Festo pro locis, in quibus duplex est primæ classis, & tunc quidem immutationem assequitur in prædicta Feria secunda in exclusionem Festi, etiam duplicitis primæ classis occurrentis, quemadmodum apud Ecclesiam universalē, apud quam est dupl. secundæ classis, in eadem Feria secunda fixam sedem obtinet cum exclusione Festi duplicitis secundæ classis occurrentis.* Ita ille, qui etiam videri potest eodem cit.

cit. c. 30. d. 20. n. 10. & 11. Juxta hanc interpretationem itaque dicendum est ; quod Festum Annunciationis translatum a Fer. VI. vel Sabb. majoris hebdomadæ , si celebretur sub ritu dupl. secundæ classis , quemadmodum in Ecclesia universalis , ubi in Feria secunda post Dominicam in Albis occurrit Festum , seu Officium aliud primæ classis , Officium Annunciationis sit ulterius transferendum : quia ex Decretis superius allegatis non habet ejus Officium locum in prædicta Feria , si occurrat Officium altioris ritus , etiam si Annunciatio transferatur a Fer. VI. vel Sabb. major hebd. atque adeo una cum præcepto in foro. Confer. Meratum to. 1. par. 4. tit. 10. de Sabb. S. nu. 65. , & iterum tit. 11. n. 7. At vero ubi Annunciatio habet ritum dupl. 1. classis est reponendum in prædicta Feria cum exclusione Festi occurrentis duplicitis etiam primæ classis , non solum si transferatur una cum præcepto audiendi Missam , &c. ut in recitato decreto dicitur : verum etiamsi transferatur quoad solum Officium : ex posteriori enim Decreto anni 1748. supra cit. & insuper allegato hic subs. 1. Annunciationis Festum ab hebdomada majori translatum , etiam quoad solum Officium , in prædicta Feria secunda est reponendum cum privilegio excludendi Festa occurrentia æqualis ritus : vid. dicta loco cit. Quapropter , etsi in opere Merati l. cit. & apud Caval. l. cit. habeatur , tamquam in eadem Aquen. declaratur , & post supra recitata verba Decreti subdatur : Si vero transferatur absque præcepto audiendi sacram , præfertur quidem cuiuscumque Festo translato , licet prime

classis , non autem Festis eodem die occurrentibus : Hujusmodi decretum non habet locum , ubi Annunciatio est Festum dupl. 1. clas. ut dicebamus ; habebit tamen locum , ubi in prædicta Feria secunda occurrat Festum dupl. 1. clas. & hoc Festum ibidem celebretur suo proprio ritu 2. clas. quo casu ulterius transferendum erit Annunciationis Festum , seu Officium , quemadmodum transferendum esse , diximus , etiamsi una cum præcepto audiendi Missam transferatur , juxta Decretum posterius emanatum an. 1748. superius allegatum . Est autem hic animadvertisendum cum Merato ll. cit. & Caval. tom. 2. c. 13. in sup. cit. Decr. 14. n. 14. & 21. quod ubi in prædicto Decreto dicitur : Festum Annunciationis occurrans in Parasceve , vel Sabbato Sancto reponendum esse in Fer. 2. post Dominic. in Albis , nisi occurrat Festum altioris ritus : hujusmodi limitatio non procedit de Festo quoad præceptum audiendi Missam , & abstinendi a servilibus : sed solum de Festo quoad Officium ; itaut si alibi occurrat in dicto casu in Feria prædicta Officium altioris ritus , etsi ibi transferatur ulterius Annunciationis Officium : at vero Festum in foro non est transferendum ibidem , sed prædicta eadem Feria 2. post Dominic. in Albis una cum Ecclesia universalis est celebrandum ; adeoque tunc erit obligatio audiendi Missam , & abstinendi a servilibus .

Ubi Annunciatio est Titulus Ecclesiæ , si transferatur post Quadragesimam , an possit , & debeat celebrari cum Octava ? Affirmant cum aliis Meratus t. 2. Sect. 3. c. 8. n. 16. Caval. to. 1. c. 9. in d. 13. n. 46. & to. 2. c. 13. d. 14. num. 17. si trans-

transferatur una cum præcepto audiendi Missam, ut in casu, quo occurrit in Parasceve vel Sabb. Sanct. ut dictum est. Secus autem si transferatur quoad solum Officium; nisi forte reponatur die 30. vel 31. Martii post hebdomadam Paschæ: quia tunc, etiam quoad solum Officium translata Annunciatione, recitandum foret in prædictis locis de Octava Annunciationis iis diebus, qui super sunt usque ad diem primam Aprilis inclusive, juxta Rubricas generales sit. 10. de translat. Fest. n. 1. vid. dicenda in Appendice ad calcem Diarii cap. 7. de S. Patron. art. 5. qu. 3. nu. 27.

39 Dices: In Octavario Romano non habentur lectiones tertii Nocturni pro Octava Annunciationis, cum tamen habeantur pro omnibus aliis Festis B. Mariæ, quæ in Calendario Romano possunt habere Octavam: unde videtur reputatus fuisse impossibilis casus celebrandi dictum Festum cum Octava. Accedit, non apparere, undenam sumi possint lectiones, si cum Octava celebretur.

Ad hæc autem respondet ipse Caval. in cit. d. 13. au. 48. & 49. dicendo: *Ex defectu lectionum in Octavario Romano non erui argumentum validum ad intentum, quoniam indubitum est juxta Romanas Rubricas, in quibus nullorum Festorum exceptio fit, Festum cuiuscumque Titularis, aut Patroni principalis celebrandum esse cum Octava, si non occurrat tempore Octavas respuente, aut transferri contingat ultra totam suam Octavam; unde constat, quod etiam Annunciatione, ubi Titularis est, non potest expoliari reliquis diebus Octavæ, quando reponitur in die 30., vel 31. cum nondum sit expirata ejusdem Octava, quæ du-*

*rat usque ad primam diem Aprilis inclusive; & tamen in Octavario Romano desiderantur pro Octava dicti Festi lectiones. In Octavario igitur lectiones non fuerunt insertæ pro illis diebus Octavæ, quia est casus admodum perraro eveniens, tum etiam, quia Octava truncæ non soluerunt apponi. Pro nostro autem casu, qui forsitan ita raro non accidit, in eo insertæ non fuere, quia Octavarium editum fuit, quando nondum Annunciatione decorata fuerat privilegio repositoris quoad Cborum, & forum in diem Feriarum II. veluti in propriam diem. Ceterum pro utroque casu sufficientem provisionem exhibet Rubr. VII. de Oct. n. 4. quæ infra Octavam Patroni, vel Titularis Ecclesiæ disponit esse legendas lectiones proprias, si habeantur, vel esse repetendas lectiones positas in Communi Sanctorum, si de Sanctis fiat Octava, alioquin lectiones diei Festi. Possunt etiam deseruire lectiones Domus Lauretanæ, Expectationis partus, & Festi S. Gabrielis, ubi sunt concessæ, & sufficient pro tota Octava, ratione Festorum occurrentium, vel intra eamdem translatorum. In usum & habet Octavarium, infra Octavam subrogare lectiones de communis, tametsi non sint super idem Evangelium; unde in casu possent deseruire lectiones congruentiores aliorum Festorum B. Mariæ. Hucusque Caval. Vide etiam Merat. l. cit. Itaque juxta hanc fententiam, ubi Annunciatione est Titulus Ecclesiæ, celebranda est cum Octava, si transferatur una cum præcepto audiendi Missam, & abstinendi a servilibus in Fer. 2. post Dominic. in Albis, incipiendo Octavam ab illa Feria secunda. Si autem transferatur quoad solum Officium, non est celebranda Octava, nisi*

nisi superessent aliqui dies extra Quadragesimam, & intra dies octo a die propria, seu a die 25. Martii, (confer dicenda in Appendice ad calcem Diarii c. 7. de SS. Patronis n. 27. & Merat. l. cit.) ut accidit, quando Annuntiatio occurrit Feria quarta infra Octavam Paschæ, hoc est, quando Pascha celebratur die 22. Martii: eo enim casu post hebdomadam Paschæ remanerent, ad celebrandam Octavam, dies 30. & 31. Martii, & prima Aprilis, ut supra dictum est; unde in eo casu, die 30. Martii, quæ esset Feria 2. post Dom. in Albis, recitaretur Officium Annunciationis, ut in die Festo; die autem 31. posset recitari Officium de septima die infr. Oct. Annunc. & die prima Aprilis de Octava die Annunc.

<sup>40</sup> Sacerdotes tam Sæculares, quam Regulares, etiam privilegiati non possunt in Feria VI. Parasceves, occasione SS. Annunciationis in dicta Feria occurrentis, celebrare in quavis Ecclesia, seu Oratorio aliquam Missam solemnem, vel privatam, nec facere Festum, vel parare, aut ornare Ecclesias, aut Altaria, licet dicata Beataissima Virgini, etiam Annunciatæ; cum ob dolorosam mortis Nostri Redemptoris recordationem tenenda sint cooperiæ sacræ Imagines, & Altaria spoliata: sed tantum debet fieri solita sacra functio, prout prescribit Missale Romanum in Ecclesiis scilicet, in quibus Feria V. in Cœna Domini collocari solet Venerabile in aliquo Altari, vel alio decenti loco vulgo vocato il Sepolcro. Ex decreto Clem. XI. 15. Martii 1712. in ejus Bullar. partic. par. 2. & apud Caval. to. 4. c. 16. d. 1. Nedum in occursu prædicti Festi, sed alterius cuiuslibet, etiam

TOM. II.

de præcepto in foro, hæc ipsa ca-venda sunt. Ubi vero interdicitur. facere Festum: intellige: externam solemnitatem, & pompam, non item abstinere a servilibus, ex devo-tione: licet obligatio ex præcepto transferatur in Feriam secundam post Dominicam in Albis, ut supra no-tavimus. An autem similiter trans-ferenda sit dicta obligatio, si alicubi in Parasceve occurrat aliud Fe-stum de præcepto? examinabimus infra.

Etiam quando nondum in foro translatum fuerat Annunciationis Fe-stum occurrens in Parasceve, vel Sabbato Sancto: jam tunc S. R. C. vetuerat, Missam fieri de B. V. Feria VI. in Parasceve, etiam in Alma Domo Lauretana, etiam ratio-ne concursus populi, seu Festi Tí-tuli Ecclesiæ: die 9. Maii 1606. a-pud Gavant. in Rubr. Miss. par. 4. tit. 9. n. 24.

<sup>41</sup> In Sabbato Sancto, etiamsi occurrat Festum Annunciationis B. M. V. cele-bratio Missarum privataram omnino prohibetur in quibuscumque Ecclesiis, & Oratoriis, tam publicis, quam pri-vatis, non obstante quacumque con-traria consuetudine: sed unica tantum Missa Conventualis una cum Officio ejusdem Sabbati celebretur. S. R. C. 11. Febr. approbante Alexandro VIII. 11. Martii 1690., apud Caval. to. 4. c. 21. d. 1. & confirmatum fuit a S. R. C. 10. Januarii 1690. in una Galliarum; apud Merat. ind. decret. Miss. nu. 504. Satis congruen-ter Ecclesia transfulit obligationem præcepti Festi Annunciationis occurrentis nedum in Parasceve, verum etiam in Sabbato Sancto: quia propter longissima Officia illius diei, non ita commode possent celebrari plu-

L 1 res

res Missæ, quemadmodum celebrari possunt in eodem casu occurrente in Feria V. Coenæ Domini, ut dictum est Subs. præced. & requiritur ad hoc, ut omnis populus possit com mode satisfacere præcepto. Adde, quod speciales rationes exigunt, ut in Sabbato Sancto non celebrentur Missæ privatæ ante Missam solemnem, de qua suo loco erit disputandum; videri etiam potest Caval. to. 2. c. 13. in d. 14. a n. 8.

42 Qu. hic: Utrum si alicubi occurrat Festum de præcepto in foro in Fer. VI., vel Sabb. S. debeat similiiter transferri obligatio audiendi Missam, & vacandi a servilibus?

R. Non posse sine simili speciali privilegio transferri præceptum in foro, sed debere prædictis iisdem observari diebus: abstinentia scilicet a servilibus, si occurrat in Parasceve. Merat. in Rubr. Miss. par. 4. tit. 9. n. 77. & tit. 10. num. 65. fine. Caval. to. 2. c. 13. in d. 13. n. 4. & 5. Quod si in Sabbato Sancto: præter abstinentiam a servilibus, audiendo Missam, quæ illo die celebratur. Caval. cit. c. 13. in d. 15. n. 6. & Merat. II. cit. In Parasceve autem in dicto casu non esset obligatio audiendi Missam, quia non celebratur Missa in Parasceve; nec manet obligatio audiendi alia die; quia obligatio hujus præcepiti, cum sit affixa diei, præterit cum ipso die Festo.

Nec est obligatio assistendi Officio Parasceves; porro Officium Parasceves ad Altare non esse veram Missam, & Sacrificium, docebimus tr. 2. ubi agemus de illa Feria subs. 5. §. 20. qu. 3. Præceptum vero Ecclesiasticum obligat ad audiendam Missam, & non id, quod succedit loco Missæ, ut cum aliis docet

Franc. de Lago de Saer. lib. 5. de Miss. c. 2. qu. 5. num. 61. Diana edit. coord. to. 2. tr. 3. R. 19. §. 3. ubi ait: non esse audiendum Vazquez, qui contrarium docuit; em que in hoc a ceteris Doctoribus communiter rejici, restatur Dicastillo de Sacram. to. 1. tract. 5. disp. 9. dub. 9. n. 157.

Confirmatur ex eo, quia, autem quam Annunciationis Festum occurrens in Parasceve, statutum fuerit, observari in foro in Feria secunda post Dominicam in Albis: atque adeo, quando erat obligatio servandi hoc præceptum etiam in Parasceve, si tunc incidisset: emanavit a S. R. C. declaratio sequens: In Parasceve si incidat Festum Annunciationis B. V. non tenentur fidèles ad Missam (Præsanctificatorum. Vide dicenda in cit. Feria VI. Parascev. citat. qu. 3. fine) audiendam, seu interesse Officio. S. R. C. 19. Febr. 1622. in una de Festa Annuciat. apud Merat. Ind. Decr. Miss. n. 188. & Caval. 10. 2. c. 13. d. 13. Idipsum docuisse communiter Doctores, testis est Gobat to. 1. tr. 3. cas. 7. num. 213., ita Tambur. Meth. celeb. Miss. lib. 1. c. 6. §. 1. n. 2. Cardinalis de Lugo de Euch. disp. 20. Sect. 1. nu. 14. Franc. de Lugo loc. cit. Diana edit. coord. to. 1. tr. 3. R. 19. §. 1. & to. 2. tr. 3. R. 19. §. 3. & ro. 9. tr. 7. R. 111. §. 4. Chiavetta Consult. 176. n. 5. Jam vero, ut animadvertisit Caval. I. cit. n. 4. & 5. & Merat. II. cit. præfata declaratio, atque adeo hujusmodi Doctorum sententia procedit pro quocumque alio simili casu, seu pro quelibet alio die Festivo, puta Patroni loci, quod alicubi in Parasceve possit incidere. Porro eadem omnino est ratio.

Quod

43 Quod autem diximus: in Sabbatho Sancto, ubi occurrat Festum de præcepto, esse obligationem audiendi Missam, quæ illo die celebratur, intelligendum est, per se loquendo: quia cum, ex una parte, in Sabbatho Sancto non celebretur nisi unica Missa solemnis, & hæc non in omnibus Ecclesiis, sed in primariis, & quibusdam aliis similibus, puta Regularium; ex alia parte, grave nimis, ac difficile foret populo, debere omnem simul convenire ad illam Missam, præsertim in locis, ubi una, vel altera sit Ecclesia, in qua Missa solemnis Sabbati Sancti celebretur; ex tertia denique parte, cum non liceat prædicto incommodo, ac periculo occurrere per celebrationem aliarum Missarum privatarum: quemadmodum fit in Fer. V. Cœnæ Domini, occurrente in ea Festa de præcepto: ut subs. præc. notavimus, quia est illa singularis concessio predicta Feria in dicto casu: unde etiam pro Festa Annunciationis occurrente in Sabbatho Sancto, adhuc quando Festum in foro nondum erat translationis privilegio decoratum, fuit prohibitum celebrare Missas privatas in Sabbatho Sancto: ut constat ex decretis S. C. supra allegatis; ideo dicendum est: in prædicto casu non teneri in Sabbatho Sancto Missam audire eos, quibus respective grave incommodum foret, adstringi, ad illam Missam convenire; eos tamen, quibus non esset grave incommodum, teneri assistere illi; & ita sentit Caval. to. 2. c. 13. in d. 15. nu. 6. ubi hæc habet . . . . cum unica Missa Conventualis dici permissa sit (in Sabbatho Sancto) nimis onerosum foret, & contra benignum Ecclesiae monrem, ad eam audiendam censi adstri-

Etiam omnem fidelium turbam, quæ cum variis dissentientibus curis, alias propriatenetur cum gravi incommodo negligenter negotia. Eos tamen ex iisdem, qui Missæ prædictæ facile interesse possent, licet hac in re scrupulose nimis procederentur non esse putemus nos excusare, non possumus; quæ enim eo die dicitur, vera Missa est, non praefontificatorum, quare cum præceptum observatu impossibile minime sit, per solum respectivum grave incommodum ejusdem obligatio potest disolvī. Ita Caval. Cæterum ad vitandos omnino scrupulos, in hujusmodi casu, quo alicubi Festum de præcepto aliquando occurreret in Fer. 6. vel Sabb. majoris hebdomadæ, posset peti simile privilegium factum pro Annunciationis Feste in eodem casu; atque adeo transferendi ad aliam diem obligationem audiendi Missam, & abstinendi a servilibus in honorem prædicti Festi, quotiescumque præfatae occurrentiae casus acciderit. Hujusmodi petitionis, & concessionis exempla non defunt. Porro Cum Festum S. Zenonis Martyris, quod in Civitate, & Diœcesi Veronensi, ut illius Episcopi, & principalis Protektoris, quotannis die 12. Aprilis de præcepto cum Octava celebratur, aliquoties incidat in Feriam sextam Parasceves, vel in Sabbathum Sanctum, Clerus Secularis, ac Regularis ejusdem Civitatis, & Diœcesis S. Rit. Congregationi humillime supplicavit, quatenus in casu talis occurrentie, in posterum dictum Festum S. Zenonis ad Feriam secundam post Dominicam in Albis cum Officio, & Octava transferre, nec non Officium diei Festi S. Petri Martyris totius Diœcesis Protektoris minus principalis ad ritum duplicum secundæ classis elevare dignaretur. Et S. eadem Congregatio, audi-

ta prius informatione Episcopi, hujusmodi instantiis juxta petita benigne annuit die 15. Septemb. 1742. In Verronen. apud Caval. to. 2. c. 13. d. 15. Adhuc amplior est concessio sequens, ex Decreto quod notavimus in Festo S. Benedicti Abb. 21. Martii art. 1. Festum S. Benedicti, quod habet annexum forum, incidens in aliquam diem majoris hebdomadae, transferetur ad Feriam tertiam post Dominicam in Albis, tamquam diem propriam, translato quocumque Officio, etiam aequalis ritus in ea occurrente. S. R. C. 6. Septemb. 1727. in Fulden., apud Caval. l. cit. d. 16. Itaque ubi similes dentur casus, similis poterit impetrari facultas. Erit autem populus similiter commonendus de hujusmodi translatione precepti localis, ac diximus supra de universali Festo Annunciationis: Recolle dicta n. 36. & vide quæ notavimus 6. Januar. n. 44. An Indulgentiae Annunciationis transferantur una cum Festo? examinavimus art. 1. Sect. 4. a n. 15.

### S E C T I O III.

#### De Feste Annunciationis occurrente in Hebdomada Paschali.

44. **Q**UANDO Festum Annunciationis occurrat in hebdomada Paschali, tunc Annunciationis Officium transferendum est in Feriam secundam post Dominicam in Albis, quocumque Festo, etiam aequalis, non tamen altioris ritus, in eam incidente, ex Decr. S. C. R. 20. Julij 1748. in una Urbis, & Orbis. Videantur dicta Sect. 1. a n. 23. applicanda enim sunt hic, quæ ibi diximus de hoc Feste occurrenti in Dominicio

privilegiatis. An autem post Quadragesimam possit celebrari Octava Annunciationis, ubi sit Titulus Ecclesiæ? Vide præced. Sect. 2. Subs. 4. numer. 38.

**Q**u. hic: Cum psalmi cujuslibet 45 Nocturni recitentur paschali tempore sub unica antiphona; an prædicto tempore in tertio Nocturno dicenda sit antiphona: *Angelus Domini*, quam Rubrica in Officio Annunciationis ponit, & præscribit, ut dicatur in tertio Nocturno pro tercia antiphona, loco antiphonæ: *Post partum*: Supponens Rubricæ, quod non recitetur Officium paschali tempore. Dubium oritur ex eo, quia Rubrica generalis pro tempore paschali præscribit, quemlibet Nocturnum recitari sub unica antiphona prima (quemadmodum exprimit Rubrica in Communi Martyrum temporis paschalis, ut suo loco notabimus, & item Rubrica particularis præfixa Officio ipsi Annunciationis). Prima autem antiphona in tertio Nocturno Annunciationis est *Gaudete Maria*. Ex alia parte vero antiphona: *Angelus Domini*: videtur magis congruere huic Officio Annunciationis.

R. Prædictam Antiphonam: *Angelus Domini*: adhibendam esse in dicto casu, videtur sequi ex doctrina, & sententia Cavalerii tom. 2. par. 2. c. 34. Comment. in Decr. 3. nu. 1. de qua fermo erit tr. 2. nbi de not. in genere tempore paschali. c. 1. n. 2. docet itaque Caval. quod, si Officium aliquod a tempore extra Pascha transferatur ad tempus Paschale, & ad Nocturnos, seu ad aliquem Nocturnum habeat Antiphonas proprias alias, alias vero de Communi: prima propria, quæ

quæ in quolibet Nocturno occurrat, deserviet; seu adhibenda erit pro unica Antiphona ejusdem Nocturni; ita ille. Atqui in tertio Nocturno Officii Annunciationis adsunt Antiphonæ promiscue, duæ videlicet priores de Beatae Mariæ Officio quasi Communi, quatenus in solemnitatibus ejus communiter soleant adhiberi: & tertia propria, seu congruens Annunciationis Officio; ergo si Officium Annunciationis transferatur ad tempus paschale, in tertio Nocturno, juxta prædictam Cavalerii doctrinam, pro Antiphona deserviet tertia Antiphona illius Nocturni, atque adeo Antiphona: *Angelus Domini*; dicenda erit, omissa prima ejusdem Nocturni.

Verum ego existimo, id fieri non posse, sed adhuc tempore paschali adhibendam esse in tertio Nocturno Officii Annunciationis Antiphonam primam ejusdem Nocturni seu Antiphonam: *Gaudie Maria*. Enimvero ex una parte, juxta Rubricam generalem, tempore paschali quilibet Nocturnus est recitandus sub unica Antiphona prima ejusdem Nocturni; prima autem Antiphona tertii Nocturni Officii Annunciationis est: *Gaudie Maria*. Ex alia parte vero non licet cuiquam pro suo sensu, & arbitrari mutare, & ordinare Officium, ejusque partes, quantumvis aliquid aliud alicui congruentius videatur.

Accedit primo, quod Rubrica Breviarii, sicut ordinat ea, quæ in hoc Officio sunt varianda, eique addenda paschali tempore, proculdubio etiam innuisset, & prescripsisset, si utique voluisse, prædictam Antiphonam

nam *Angelus Domini* recitari tempore paschali pro prima, & unica Antiphona tertii Nocturni. Atqui nihil de hoc innuit, reliquit ergo dispositio generali Rubricæ pro tempore paschali disponentis, quemlibet Nocturnum recitandum esse sub unica Antiphona *prima* ex iis, quas videlicet habet, cum recitatur extra tempus paschale.

Accedit secundo, quod Antiphona: *Angelus Domini*: non videatur assignata Annunciationis Officio, nisi solum quod congruentior sit, quam Antiphona: *Post partum*: cui subrogatur; uti notavimus supra n. 10. Cum igitur Antiphona: *Post partum*, aliunde sit omittenda paschali tempore, nec ejusdem loco altera sit subroganda: non est cur adhuc in tertio Nocturno locum habeat tempore eodem Antiphona: *Angelus Domini*. Simile quod accidit in Officio Sanctæ non Virginis; ad Nocturnos enim dicuntur psalmi, & Antiphonæ de Communi Virginum; primi Nocturni tantummodo secunda Antiphona variata, nimirum pro Antiphona: *Ante torum bujus Virginis*, dicitur Antiphona: *Leva ejus*. Evidens est ratio; quia videlicet Antiphona: *Ante torum bujus Virginis*, non congruit Sanctæ non Virginis. Tacetur ergo, & pro ea substituitur Antiphona: *Leva ejus*: congrua proculdubio judicata pro Sancta non Virgine. Quis tamen dixit: tempore paschali in Officio Sanctæ non Virginis ad primum Nocturnum recitandam esse Antiphonam: *Leva ejus*, minime vero Antiphonam: *O quam pulchra*, quæ est prima ejusdem Nocturni?

NOTANDA MENSE APRILI

P A R S   I.

NOTANDA MENSE APRILI IN GENERE.

E X P L I C A N T U R §. §. II.

§. I. *De numero dierum.*

§. II. *Notanda pro Reservatione Benefic. & Alternativa.*

§. I.

*De numero dierum.*

§. II.

*Not. pro Reservat. Beneficior. &  
Alternat.*

<sup>1</sup> APRILIS habet dies triginta.  
<sup>2</sup> Vid. dicta par. I. hujus libri  
3. cap. I.

<sup>1</sup> Reservatione Beneficiorum ex 2  
<sup>2</sup> Reg. Cancell. Mensis Aprilis est  
Papalis; at in Alternativa est Episcopalis. Vide dicta par. I. hujus libri 3. cap. 6.



PARS

P A R S I I.  
M E N S I S A P R I L I S.  
NOTANDA SINGULIS SIGILLATIM DIEBUS.

C A P U T I.

N O T A N D A I. A P R I L I S.

**A R T I C U L U S U N I C U S.**

*De Horis Canonicas.*

¶ N Calend. Romano Vesp. de seq.  
A Feste S. Francisci de Paula Conf.

dupl. de communi Conf. non Pontif. Or. propr. (pro qua vide dicta sequenti die num. 2.) & fit Commem. Ferias, si celebretur in Quadragesi.

C A P U T I I.

N O T A N D A I I. A P R I L I S.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I I.

Art. I. *De Horis Canonicas.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Indulgentiis.*

**A R T I C U L U S I.**

*De Horis Canonicas.*

¶ N Calend. Rom. S. Francisci de Paula Conf. dupl. si celebretur post Pascha; Lection. 1. Noct. de Script. occur. 2. Noctur. propr. 3. Noct. de com. Conf. non Pont. 2. loco. Reliquia de eodem communi, Orat. propr. Si vero celebretur in Quadragesima lect. 1. Noct. Beatus vir de com. Conf. non P. 2. loco. Nona lectio de Homil. Ferias,

& ejusdem fit Commem. in Laudibus. Reliqua ut supra. 2. Vesp. de eodem Feste; & si fit Quadragesi. fit Commem. Fer.

Regulares Ordinis Minimorum cum 2 in Orationibus S. Franciscum prefati Ordinis Fundatorem nominant, non debent adjungere de Paula. S. R. C. 23. Decemb. 1624. seu verius 1629. in una Urbis pro PP. Minimis apud Caval. to. 2. par. 2. c. 38. d. 1. & confirmatum fuit 4. Februar. 1632. apud eundem Caval. l. cit. nu. 2. Qui ibidem rejicit Peyrinum adhuc con-

contententem oppositum. Generalis autem fit Regula, ut in Orationibus non addatur Sanctorum Patria, ad distinguendum Sanctum ab aliis Sanctis ejusdem nominis. Vid. Caval. loc. cit. n. 4. & 5. La-Croix l. 6. part. 2. qu. 64. §. 16. n. 462. & Decretum statim allegandum.

Non modo Patriam Sanctorum in Orationibus vetum est nominare, sed vel cognomen addere, ut constat ex declaratione sequenti: *In Orationibus expungantur omnino cognomina, & Patrie Sanctorum.* S. R. C. 23. Junii 1736. in *Einsidien* apud Caval. loc. cit. d. 2. & apud Merat. ind. Decr. Brev. num. 323. Per quod Decretum manet revocatum quocunque aliud prius fortasse editum, quo statutum fuerit oppositum; enimvero Quintanadvenas in Singular. to. 1. tr. 7. de Celebr. Miss. Singul. 36. n. 6. refert testimonium Andreæ de Cordova Episcopi Pacensis, qui Romæ duodecim annis Rotæ extiterat Auditor, qui-que deinde testabatur: Romæ aliquando agitatum fuisse: utrum licet, cognomina addere Sanctorum nominibus in Missæ Sacrificio? & resolutum fuisse: licere; ne scilicet cum aliis synonymis confunderentur. Aliis etiam rationibus, & argumentis idem Quintanadvenas toto singulari citato persuadere conatur, illud licere. At nunc standum est laudato a nobis Decreto S. C. R. ex quo Patriæ, & cognomina ab Orationibus Sanctorum expungenda dicuntur. Et quidem docet Cavalerius l. cit. n. 2. nedum cognominis vocabulo strictius accepto, pro ut nimis venit denominatio illa, quam ad sui distinctionem a ceteris unaquaque Familia assumpsit; sed ad-

huc late accepto, pro omni scilicet eo; quod nomini ad distinctionem unius ab aliis adjicitur; vide tamen statim dicenda ex eod. Caval. An autem post allegatum Decretum Cognomina ista, quæ in Orationibus Sanctorum leguntur in Breviario Romano, tacenda sint? Respondet Caval. i. cit. nu. 4. non esse recendum a Brev. Rom. quod, donec immutatum permaneat, designat nobis, Decretum parcere Officiis ejusdem; fortasse, quia cognomina illa habent ex vi concessionis Apostolicæ eorumdem Officiorum approbative, & a particularibus Ecclesiis, seu locis ad Ecclesia universale extensivæ. Ita Cavalerius, qui subdit: ex eo autem, quod in Breviario peripicietur fieri, arguendum, quid in similibus sit faciendum: hoc solum adnotato: quod in hac parte vis nulla tribuenda sit cuicunque consuetudini, quæ declaratur abusus in Decreto supra citato emanato die 4. Februarii anno 1632.

Idem vero Cavalerius tom. 5. c. 10. nu. 4. ( alias per err. 5. ) item commentatur allegatum Decretum emanatum die 23. Junii 1736: ex quo ab Orationibus expungenda sunt Cognomina, Patriæque Sanctorum; & hæc scribit: *Attenta bujus Decreti Sanctione, non solum im posterum, sed ab omnibus etiam Orationibus, que antecedenter cum cognomine, aut Sanctorum Patria recitabantur, Cognomina, & Patriæ debent obliterari: to enim expungenda, præcipue anteriores indicat Orationes, & providet pro subsequentibus; hinc in Oratione Sancti Canuti, tum pro Missa, tum pro recitatione Officii, omitti debet verbum Danorum; in ea S. Francisci de Paula; in ea*

*San-*

**S**ancta Margarita Scotorum ; & sic de cœteris. Quo ad Cognomina, in Oratione S. Petri debet sacerdi Nolascum : in ea Sancti Pilippi Benitium &c. In Missalibus, atque Breviariis novissimæ impressionis, Cognomina, & Sanctorum Patriæ in Orationibus non inveniuntur ; errant tamen in Oratione Sancti Joannis Gualberti, in qua silent Gualbertum, existimantes ipsum hoc esse cognomen, (quod etiam existimavit alibi ipsem Cavalerius. Vide dicenda 11. Julii n. 2.) Cum tamen revera nomen illius sit ; In Oratione quoque S. Petri Cœlestini non debet expungi Cœlestinum, quia non est Cognomen, sed nomen proprium ab ipso assumptum, cum ad Summi Pontificatus culmen fuit erectus. An in Oratione S. Pii V. vi bujus Decreti debeat expungi Quintum ? Expositores inter se non convenient ; aliqui stant pro parte affirmativa, & pro sui ratione asserti exemplum producunt S. Gregorii Pape VII. in cuius Oratione recenter edita, non exprimitur Septimum. Ii autem, qui partem tuentur negativam, banc adducunt rationem, quia to Quintum, nec Cognomen, nec Patriam indicat S. Pii ; unde si supra laudato Decreto committitur, ut ab Orationibus Cognomina tantum, & Sanctorum Patriæ expungantur, non erit certe, quod in memorata Oratione Quintum oblitteretur. Hanc nos sequimus sententiam, eo quia si predicta additio Quintum, nec directe, nec indirecte, aut reductive ad Patriam, seu Cognomen S. Pii spectat : Cognomen namque illud est, quod dicit in notitiam, seu cognitionem familie, seu domus, e qua ortus ducimus. Hac de ratione suffulti dicimus, quod neque in Oratione S. Petri Chrysologi debet omitti Chrysologum, esto aliquatenus

TOM. II.

Cognominis denominationem sibi usurpet ; ut videre est in prima lectione primi ( secundi : dicendum ) Nocturni ejusdem Officii : Petrus, qui ob auream ejus eloquentiam Chrysologi cognomen adeptus est : ( & novissime cum hoc titulo in Breviarium laudatum S. Petrum inventum fuisse : observat idem Caval. to. 2. c. 38. in d. 2. num. 4. ) bujusce enim rationis non sunt Cognomina, quæ per Sacram Congregationem in memorato Decreto ab Orationibus Sanctorum expungenda decernuntur ; sed tantum Cognomina, quæ Sobolis, ac prosapia, seu domus, & quibus Sancti ortum suum duxerunt, indicativa censentur. Hæc Cavalerius.

## ARTICULUS II.

## De Missa.

**T**N Festo S. Francisci de Paula Conf. 3 dupl. Missa propr. & fit Comm. Feriæ, si venerit in Quadrag. & ejusdem legatur Ev. in fine. Col. param. alb.

## ARTICULUS III.

## De Indulgentiis.

**T**N Festo S. Francisci de Paula In- 4 dulg. Plen. in Ecclesiis Patrum Minimorum, etiam in casu, quo transferatur Festum S. Francisci. Greg. XIII. Constit. 5. & Brevi adjuncto, apud Laurent. de Peyrinis pag. 292. & 294. Tomi 2. Confer Merarium to. 2. Seçt. 3. c. 10. nu. 11. fine.

Hæc eadem Indulgentia deinde extensa fuit a Benedicto XIV. ad Ecclesiæ Monialium, quæ sunt sub

M m Mini-

Minimorum Patrum direktione. Rursum ab eodem Pontifice ampliata fuit eadem Indulgentia per totam Octavam Festi S. Francisci, ut constat ex Bulla laudati Pontificis sub die 22. Januar. 1754. Plaz. de purgat. bod.

De quibusdam Indulgentiis, quæ

obtineri possunt, celebrando determinata supra tres Ferias sextas in ea forma, qua instituit, & docuit S. Franciscus a Paula in honorem Domini nostri Jesu Christi, & BB. duodecim Apostolorum ejus, videri potest Plazza de Purgat. part. 2. art. 5. §. 10. n. 81. fine

## C A P U T III.

### N O T A N D A III. A P R I L I S.

#### A R T I C U L U S U N I C U S.

*De Horis Canonicis.*

¶N Calend. Rom. Vesp. de sequ.  
¶Festo S. Isidori Ep. & Confess.

dupl. ut in comm. Conf. P. Antiphona ad Magnificat: *O Doctor.* Or. de comm. Doctorum, & fit Comm. Fer. si celebretur in Quadrag.

## C A P U T IV.

### N O T A N D A IV. A P R I L I S.

#### E X P L I C A N T E R A R T I C U L I S I I.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

#### A R T I C U L U S I.

*De Horis Canonicis.*

¶**E**PICLUM S. Isidori Ep. & Conf. recitandum sub ritu duplia eiusa Lectionibus propriis secundi, ac tertii Nocturni, & octavo Responsorio: *In medio*, & Oratione: *Deus*, qui populo tuo, nec non cum Antiphona ad Magnificat in utrisque Ves-

peris: *O Doctor optime.* Decrebit S. R. C. 25. April. 1722. approbante Innocentio XIII. apud Merat. to. 2. Sec. 7. c. 6. ad hanc diem.

Itaque in Calend. Rom. S. Isidori Ep. & Conf. dupl. lect. 1. Noct. de comm. Doctor. 2. & 3. Noct. proprie. Or. de comm. Doctor. Reliqua de comm. Conf. P. Si celebretur in Quadrag. nona lectione de Homil. Ferie, & ejusdem fit Comm. in

in Laudib. Ix 2. Vesp. a Capit. de sequ. Festo S. Vincentii Ferrerii Conf. dupl. de comm. Conf. non Pontifici. Oratio autem propr. & fit Coram. praedict. Antiph. O Dolor. Or. de com. Doctor. deinde Comm. Feria, si celebretur in Quadrag.

### ARTICULUS II.

*De Missa.*

- 2 IN Festo S. Isidori Ep. & Confes. dupl. Missa de communi Doctor.

rum, cum Credo. S. R. C. 25. April. 1722. approbante Innocentio XIII. apud Merat. to. 2. Sect. 7. c. 6. ad hanc diem; & præsumtum Symbolum esse dicendum in Missa S. Isidori jam adnotari in Rubr. gen. tit. 11. in recentioribus Missal. editis post Bened. XIII. observat idem Meratus to. 1. par. 1. tit. 11. n. 7. fit Com. Feria, si celebretur in Quadrag. & ejusdem Ev. in fine. Col. param. alb.

## C A P U T V.

### NOTANDA V. APRILIS.

#### EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. De Horis Canoniciis.

Art. II. De Missa.

Art. III. De Indulgenciosis.

### ARTICULUS I.

*De Horis Canoniciis.*

- 1 IN Calend. Rom. S. Vincentii Ferrierii Conf. dupl. ex Bened. XIII. 5. April. 1726. apud Merat. to. 2. Sect. 7. ad hanc diem. Lobi. 1. Noct. de Script. occurrit. si celebretur post Pascha; si vero in Quadrag. de eod. Conf. non P. 2. loco: cum nona Lectio de Fer. & ejusd. Comm. in laudib. 2. Noct. & Orat. propr. 3. Noctur. de coram. praedito 1. loco reliqua de eod. Comm. 2. Vesp. de eod. Festo.

### ARTICULUS II.

*De Missa.*

- 2 IN Festo S. Vincentii Ferrerii Conf. dupl. Missa Os Justi, de comm. Conf. non P. 1. loco. Or. autem propr. & fit Com. Fer. si celebretur in Quadrag. & ejusdem legatur Evan. in fine. Col. param. alb.

### ARTICULUS III.

*De Indulgenciosis.*

- 3 IN Festo S. Vincentii Ferrerii Ordinis Prædicatorum Indulg. Pleinaria. in qualibet Ecclesia ejusdem Ordinis. Paul. V. Constitut. 84.

M m 2 pag.

pag. 72. Tom. 5. Bullar. ejusdem Ordin.

- 4 Nota hic alias quoque Indulgentias esse concessas celebrantibus decem supra tres Ferias sextas præcedentes Festum S. Vincentii Ferrerii. Nimurum Indulgentiam Plenariam semel in una ex dictis Feriis ad libitum electa cum solitis conditionibus Confessionis, Communionis, &

visitationis alicujus ex Ecclesiis Ordinis Prædicatorum, atque orationis pro pace &c.

Item septem annos, & totidem 5 quadragenas Indulgentiarum in reliquis, & singulis duodecim ex prædictis tredecim sextis Feriis, in quibus prædicta opera completerentur, concessit Benedictus XIII. apud Plaz. de Purgat. par. 2. art. 5. §. 10. n. 81.

## C A P U T VI.

### N O T A N D A X . A P R I L I S .

#### ARTICULUS UNICUS.

*De Horis Canoniciis.*

TEN Calend. Rom. Vesp. de sequ.  
¶ Festa S. Leonis I. P. Conf. &  
Eccl. Doct. dupl. de comm. Conf.  
P. Antiph. ad Magnif. *O Docto*r.  
Or. *Exaudi*, ut in eodem Comm.

2. loco, & si celebretur in Quadrag. fit Comm. Fer. Quid faciendum in casu, quo Festum unius Sancti Doctoris, cui ad Magnif. sit assignata Antiphona *O Docto*r, concurrat eum alterius S. Doctoris Feflo, cui sit Antiphona eadem assignata? Vid. 14. Januar. art. 1. num. 30.



C A.

# C A P U T V I I .

N O T A N D A X I . A P R I L I S .

## E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

### A R T I C U L U S I .

*De Horis Canonicis.*

legi a S. Leone comp̄stam , in qua de se loquitur , & cuius gratia datum est buic Festo tale Evangelium . Hæc Gavantus .

### A R T I C U L U S I I .

*De Missa.*

I TN Calend. Rom. S. Leonis I. P. & Conf. dupl. Benedictus XIV. 15. Octob. 1754. elevavit Officium S. Leonis I. P. cognomento Magni ad ritum Doctoris Ecclesiae . Constit. incip. Militantis Ecclesiae §. 3. Omnes lect. propr. Octav. Respons. In medio ; ut in Comm. Doctor. reliqua de comm. Conf. Pont. Orat. Exaudi , de eodem Comm. 2. loco . Si celebretur in Quadrag. 9. lectio de Homil. Fer. & ejusdem fit Comm. in Laudib. 2. Vesp. de eodem Festo , Antiph. ad Magnif. O Doctor , ex Bened. XIV. Constit. cit. & fit Comm. Fer. si celebretur in Quadrages.

2 Ubi Festum S. Leonis celebratur cum Octava , notetur , quod habet Gavantus in Rubr. Brev. Sect. 7. c. 6. sub hac die , ubi sic : In Octavarario Rom. pro Octava S. Leonis potuissent legi ( monet Praxis Cœmeniarum Auctor ) Lectiones , seu Homiliae in Festis S. Petri 29. Junii & 18. Januar. Sed Bellarmino placuit , Hourliam tantum infra banc Octavam

TN Festo S. Leonis P. Conf. & 3 Ecclesiae Doctor. dupl. Missa ut in proprio habetur in Missal. recentioris edit. videlicet Introit. In medio Ecclesiae , de commun. Doctor. Epistola : Justus cor suum , ut in eodem Comm. 2. loco , si celebretur in Quadrag. dicitur Graduale , & Tractus , ut in eodem Comm. & fit Comm. Fer. & ejusd. Evang. in fine . At infra tempus Paschale omisso Graduali , dicuntur duo versus cum quatuor Alleluja ut in cit. Missa de comm. Doct. & similiter praedicto tempore dicatur Alleluia unum , vel duplex , locis , quibus dicendum est juxta Rubricam generalem pro tempore Paschali . Dicitur Credo . Ev. & reliqua de antiqua Missa S. Leonis . Ita Bened. XIV. Constit. cit. artic. præced. Color parament. alb.

C A

## C A P U T VIII.

N O T A N D A XII. A P R I L I S.

## ARTICULUS UNICUS.

*De Horis Canoniciis.*

- I**N Calend. Rom. Vesp. de sequ.  
A Festo S. Hermenegildi M. semid.  
hymn. & Or. propr. reliqua de comm.  
unius M. & fit Comm. Fer. si ce-  
lebretur in Quadrag.

Si autem celebretur intra tempus 2  
Paschale, hymnus, & Or. propri.  
reliqua de comm. M. tempore Pa-  
schali, & fit Comm. de Cruse, ut  
temp. pasch. & in Brev. Fer. 2. post  
Dom. in Albis.

## C A P U T IX.

N O T A N D A XIII. A P R I L I S.

## EXPLICANTUR ARTICULIS II.

*Art. I. De Horis Canoniciis.**Art. II. De Missa.*

## A R T I C U L U S I.

*De Horis Canoniciis.*

- I**N Calend. Rom. S. Hermenegildi  
M. semid. hymnes ad Matut.  
propr. Nullis te genitor. Quando in  
primis Vesperis S. Hermenegildi Mar-  
tyris hymnus proprius non fuerit reci-  
tatus, ponendus est in Matutino, &  
hymnus Matutini substituendus est in  
Laudibus. S. R. C. 5. Maii 1736.  
in Einsidlen. apud Caval. to. 2. par.  
**2.** c. 39. d. 4. & Rubr. Brev. hic:  
Cum hymnus Matutini laudat San-  
&ti sit continuatio hymni in primis  
ejusdem Vesperis recitandi; hinc ne  
celebretur prius vitæ finis, quam  
primordia commemorentur, valde

congrua, & propria est talis substi-  
tutio, ac variatio; vide dicta 30.  
Januar. art. 1. Ex hoc autem De-  
creto Regula erit servanda in  
casu duorum hymnorum proprietorum;  
ita ut si hi ordinem teneant histo-  
riæ, recitari debeant, exhibita,  
quatenus opus sit, transpositione;  
si vero ordinem non habeant, reci-  
tentur pro ut in Breviariorum sunt di-  
stributi. Cavaler. I. cit. nr. 4. Me-  
rat. ind. Decr. Brev. num. 291. Si  
celebretur in Quadragesima lect. 1.  
Noct. Fratres debitores, de comm.  
plur. MM. 2. Noct. propri. 3. Noct.  
Si quis venit ad me, de comm. un.  
M. 1. loco, nona Lect. de Homil.  
Fer. & de ea fiet Comm. in Laud.  
Reliqua de comm. unius M. Orat.  
pro-

propr. In Laudibus hymnus proprius : *Regali solio* ; ut in 1. Vesp. Si autem hic hymnus dictus fuerit ad Matutinam, in hoc casu, in Laudibus dicitur hymnus : *Nullis te genitor*, qui fuisset dicendus ad Matutinum : ut iam notavimus . Secundæ Vesp. de eodem Festo ; hymnus prop. *Regali solio*, ut in 1. Vesp. Or. prop. reliqua de comm. un. M. & fit Comm. Fer. Quadrag. deinde sequentis Festi simplicis SS. MM. Tiburtii, Valeriani, & Maximi, de Comm. plur. MM. extra tempus pasch. Or. prop.

2 Si tamen Festum S. Hermenegildi celebretur tempore Paschali, hymnus prop. ut supra ; lect. 1. Nocturn. de Script. occurr. 2. Noct. prop. 3. Noct. *Si quis venit ad me*, de comm. un. M. extra tempus Pasch. 1. loco . Or. prop. Reliqua de communione M. temp. Pasch. In laudib. hymnus prop. ut supra, & fit Comm. de Cruce, ut temp. Pasch. in Brev. Fer. 2. post Dom. in Albis . Secundæ Vesp. de eodem Festo , ut in Comm. M. temp. Pasch. hymnus , & Or. prop. & fit Comm. sequentis Festi simplicis SS. MM. Tiburtii &c. ut in Comm. MM. temp. Pasch. Or. prop. & Comm. de Cruce, ut temp. Pasch. 1. cit.

3 Itaque in Officio S. Hermenegildi M. adhuc tempore Paschali Lectiones tertii Nocturni sunt de Homilia in Evangelium : *Si quis venit ad me*, cum sit tamquam proprium assignatum . Porro , ut notabimus tr. 2. lib. 5. par. 3. in ejus 1. par. c. 1. nu. 13. & c. 2. nu. 7. si Festum Martyris habens Evangelium proprium , vel de communi quidem , sed tamquam proprium assignatum , transferatur a tempore extra Pascha ad tempus Paschale : retinetur

idem Evangelium . Quod autem Evangelium : *Si quis venit* : licet habeatur in communi , sit nihilominus Officio S. Hermenegildi assignatum tamquam proprium : probatur apud Gavantum in Rubr. Brev. Sect. 7. c. 6. sub hac die : ex eo , quia in Breviario dicitur : quod si Festum S. Hermenegildi celebretur tempore Paschali , omnia dicuntur , ut in communi Martyrum tempore Paschali , præter ea , quæ in ejusdem Officio ibi assignantur . At in tertio nocturno designatur ibi Homilia in Evangelium : *Si quis venit ad me* : & non apponitur conditio : *Si autem venerit tempore Paschali* : quemadmodum apponitur conditio : *Si venerit tempore Quadragesimæ* : in quantum monetur dicenda nona lectio de Homilia Fer. Ergo &c. Prædictum Evangelium : *Si quis venit ad me* : in Festo S. Hermenegildi tempore Paschali dicendum ex Rubrica Breviarii : asserit etiam Cavalier. to. 2. par. 2. c. 34. in Decret. 19. num. 2. Et Confirmo ex hoc , quod in Missali Romano describitur Missa S. Hermenegildi dicenda in ejus die Festo tempore Paschali , in eaque ponitur Evangelium : *Si quis venit ad me*. Atqui in die Festo alicuius Sancti Evangelium Missæ correspondentis Officio debet esse idem , ac illud , in quod lecta est homilia in tertio nocturno . Ergo Missale Romanum supponit in tertio nocturno S. Hermenegildi lectam fuisse homiliam in Evangelium : *Si quis venit ad me*: etiam Paschali tempore . Congruentia vero dispositionis hujusmodi esse videtur , ut virtus celebretur S. Hermenegildi , & constantia ejus in resistendo Patri suo , Ariana hæresi infecto , eo modo , qui

qui traditur in Lection. secundi Nocturni. Bene ergo, & satis apte semper dicitur in ejus Festo Evangelium: *Si quis venit ad me, & non odit Patrem suum &c.* Quod notavit etiam Cavalerius l. cit.

## ARTICULUS II.

### *De Missa.*

4 VN Festo S. Hermenegildi M. se-  
& mid. Missa intra Quadrages. In  
virtute , de comm. un. M. non P.

1. loco , sed Evangelium : *Si quis venit ad me, ut in Missa : Statuit*, de commun. M. P. i. loco . Orat. propr. Commem. Fer. & ejusd. E-vang. in fine . 3. Orat. de tempore .

Si autem celebretur tempore Paschali , Missa : *Protexisti me Deus* , de comm. un. M. temp. Pasch. sed Evangelium : *Si quis venit ad me, ut in Missa Statuit* , de comm. un. M. P. extra temp. Pasch. i. loco . Or. propr. secunda Or. de B. V. Concede . 3. Ecclesia , vel pro Papa Col. param. rub.

## C. A P U T X.

### NOTANDA XIV. APRILIS.

#### EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

## ARTICULUS I.

### *De Horis Canoniciis.*

1 VN Calend. Rom. SS. MM. Tiburtii, Valeriani & Maximi , simpl. Intra Quadrag. fit simplex Commemor. ut in comm. MM. extra tempus Paschale , & or. propr. sine le&t;

2 Tempore autem Paschali Noctur. fer. occur. 1. le&t. de Script. occur. 2. & 3. le&t. & or. de Festo Simpl. propr. Reliqua ut in comm. MM. temp. Paschali .

3 Nota hic : S. Tiburtium , & Socios Martyres percussos fuisse gladio , more Nobilium , ex Martyrologio Romano ; ex Breviario autem securi

occisos , more Servorum ; nihilominus inter se cohærent : apud Scriptores enim utroque modo explicari solet genus idem mortis , hoc est decollatio ; ut animadvertisit Gavantus in Concordia Martyrol. cum Brev. loco quem 19. Januar. citavimus , art. i. nu. II.

## ARTICULUS II.

### *De Missa.*

4 VN Festo SS. Martyrum Tiburtii , Valeriani , & Maximi simpl. Missa temp. Pasch. ut in propr. Col. param. rub. si autem fit Quadrages. fit de iis Comm. tantum .

C A-

# C A P U T X I.

N O T A N D A X V I . A P R I L I S .

## A R T I C U L U S U N I C U S .

*De Horis Canonicis.*

**I** N Calend. Rom. in Vesp. Ps. de Feria; si sit tempus Pasch. a Cap. fit de sequ. Festo simplici S. Anice-

ti P. & M. de comm. un. M. temp. Pasch. or. *Deus qui nos de Comm.* un. M. P. 2. loco.

Si autem sit tempus Quadrag. fiet 2 de S. Aniceto simplex Commemo- ratio.

# C A P U T X I I .

N O T A N D A X V I I . A P R I L I S .

## E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I I .

A r t . I . *De Horis Canonicis.*

A r t . II . *De Missa.*

A r t . III . *De Indulgentiis.*

## A R T I C U L U S I .

*De Horis Canonicis.*

**I** N Calend. Rom. S. Aniceti P. & M. simpl. temp. Pasch. No&t. Fer. 1. & 2. Le&t. de Script. occurr. 3. propri. reliqua ut in commun. un. M. temp. Pasch. or. *Deus qui nos,* de comm. un. M. P. 2. loco. Si autem celebretur in Quadrag. fiet de S. Aniceto simplex Commem. sine Le&t.

## A R T I C U L U S I I .

*De Missa.*

**I** N Festo S. Aniceti P & M. simpl. 2 temp. Pasch. Missa ut in propri. Col param. rub.

Si autem Festum S. Aniceti celebretur in Quadragesima, fiet de eo simplex Comm.

## A R T I C U L U S I I I .

*De Indulgentiis.*

**I** N Festo S. Stephani Abbatis ter-  
ti Ordinis Clericorum, Institu-  
toris ejusdem Ordinis, Ind. plen. in  
Ecclesiis Monasteriorum prae&di Ordinis. Bened. XIII. Constit. 14. pag.  
223. To. 11. P. 2. Plaz. hod.

N n C A.

T O M . I I .

## C A P U T   X I I I .

N O T A N D A   X X .   A P R I L I S .

## E X P L I C A N T U R   A R T I C U L I S   I I .

Art. I. *De Horis Canonicis,*  
Art. II. *De Missa,*

## A R T I C U L U S   I .

*De Horis Canonicis.*

Y N Calend. Rom. Vesp. de sequi,  
¶ Festo S. Anselmi Ep. & Conf.  
dupl. de comm. Conf. P. Antiph.  
ad Magnificat: O Doct. Sacr. Congr.  
R. in Decr. die sequ. cit. Or. de  
comm. Doctor.

## A R T I C U L U S   I I .

*De Indulgencie.*

Y N Festo S. Agnetis Virginis Mon- 2  
tispolitani Ordinis S. Dominie  
Indulg. plen. in qualibet Ecclesia  
eiusdem Ordinis. Benedic XIII.  
Constit. 74. pag. 611. Tomi 6. Bul-  
lar. eiusdem Ordinis. Plaz. hod.

## C A P U T   X I V .

N O T A N D A   X X I .   A P R I L I S .

## E X P L I C A N T U R   A R T I C U L I S   I I .

Art. I. *De Horis Canonicis,*  
Art. II. *De Missa,*

## A R T I C U L U S   I .

*De Horis Canonicis.*

Y N Calend. Rom. S. Anselmi Ep.  
¶ & Conf. dupl. S. R. C. 3. Fe-  
br. 1720. approbanje Clemente XI.  
S. eiusdem mensis, & anni, apud  
Morat. in Rubr. Brev. Sect. 7. c.  
6. ad hanc diem. Let. 1. Noct. Sa-  
pientie, de comm. Doctor. ( confer  
Gaval. to, 2. c. 34. in Decr. p. n.  
2. ) 2. & 3. Noct. propr. reliqua

de Comm. Confess. Pont. Orat. de  
comm. Doctor. 2. Vesp. de eodem  
Festo & in comm. praedicto Conf.  
Pont. Antiph. ad Magnificat: O  
Doctor. S. R. C. ia Decr. cit. Or.  
de comm. Doctor. & fit Commem.  
sequentis Festi S. S. M. M. Sote-  
ris, & Caji. Semid. de comm. M.  
M. temp. Pasch. Or. Beatorum, de  
comm. M. M. P. P.

A.R.

**A R T I C U L U S II.**

*De Missa.*

- 2 VN Festo S. Anselmi Archiepiscop.  
 & Cantuar. & Conf. dupl. Missa :  
*In medio Ecclesiae*, de comm. Do-  
 ctor. cum *Credor* S. R. C. 3. Febr.  
 1720. approbante Clemente XI. die  
 Octava ejusdem Mensis, & anni,

Decreto 29. incip. *Ad pias preces*,  
 to. 8. Bullar. Rom. Edit. Luxen-  
 burg. 1727. pag. 441. & in opere  
 Merati in 2. Append. Decret. Miss.  
 n. 819. & Praefatum Symboolum of-  
 se dicendum in Missa S. Anselmi  
 jam adnotari in Rubr. gener. tit.  
 II. in recentior. Missal. editis post  
 Benedict. XIII. observat Meratus,  
 tom. I. part. I. tit. II num. 7.  
 Col. param. alb.

**C A P U T X V.**

**N O T A N D A XXII. A P R I L I S.**

**EXPLICANTUR ARTICULIS II.**

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

**A R T I C U L U S I.**

*De Horis Canonicis.*

- 3 VN Calend. Rom. S. S. M. M.  
 & Soteris, & Caji Pontificum. Se-  
 mid. Lect. I. Noct. de Script. oc-  
 curr. in 2. Noct. I. & 2. Lect. pro-  
 pr. 3. lect. de comm. M. M. temp.  
 Pasch. I. loco, 3. Noct. de eodem  
 comm. 2. loco. Or. Beatorum, de  
 comm. M. M. P. P. reliqua de  
 comm. M. M. temp. Pasch. In lau-  
 dib. Commem. de Cruce ut temp.  
 Pasch. In 2. Vesp. a Cap. de seq.  
 Festo S. Georgii Mart. Semid. de  
 comm. un. M. temp. Pasch. Orat.  
 prop. & Commem. praecedi & fit  
 Commemoratio de Cr. ut tempor.  
 Pasch.

- 2 Quintanadvenas in singularib. to.  
 i. tr. 7. de Celebrat. Miss. singu-

lar. 28. n. 3. docet : quod cum de  
 Sancto , cuius reliquia insignis ha-  
 betur , celebratur in Calend. cum  
 aliis Sociis , de omnibus sub semi-  
 duplice , aut duplice minori ritu :  
 transferatur in diem non impedita-  
 tam Socius , vel. Socii ; & de illo ,  
 cuius est reliquia , celebretur ; sub-  
 dit , & affert exemplum Ecclesias To-  
 letanæ , in qua , ait , de S. Sotero  
 Papa , & Martyre , cuius ibi corpus  
 servatur , fit integrum Officium , &  
 ejus Socius S. Cajus Papa , & Mar-  
 tyr transfertur . Ita ille ; sed vide  
 dicenda 21. Octobr. n. 3.

**A R T I C U L U S II.**

*De Missa.*

**z** **TN.** Festo S. S. M. M. P. P. So-  
lē teris, & Caji semid. Missa de-

comm. plur. M. M. P. P. tempor.  
Pasch. Epist. de Apoc. ut in ea-  
dem Missa 2. loco . 2. Orat. de  
B. V. Concede nos . 3. Eccl. vel pro  
Papa. Col. param. rub.

**C A P U T X VI.**

**N O T A N D A XXIII. A P R I L I S.**

**E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S III.**

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De nummo, ut vocant, S. Georgii.*

**A R T I C U L U S I.**

*De Horis Canoniciis.*

**z** **TN.** Calend. Rom. S. Georgii M.  
A. semid. Le&t. 1. No&t. de Script.  
occurs. 2. No&t. de comm. M. M.  
temp. Pasch. 2. loco . (cur de S.  
Georgio non legantur le&ctiones pro-  
priæ? Vide in Appendice ad cal-  
cem Diarii e. I. §. I. n. 13.) 3.  
No&t. de eodem commun. 1. loco ,  
reliqua de comm. M. tempore Pa-  
schal. Or. propr. In Laud. fit Com-  
memor. de Cruce, ut temp. Pasch.  
Vesp. de sequi. Festo S. Fidelis M.  
dupl. de comm. un. M. temp. Pa-  
schal. Or. propr. & Commem. præ-  
ced. In Ecclesia Parochiali Monialium  
Ordinis S. Benedicti Secundæ Vesperæ  
S. Georgii Titularis ipsarum Ecclesiæ  
concurrentes cum primis Vesperis De-  
dicationis Ecclesiæ Cathedralis, ex in-  
tegro celebrandæ sunt de S. Georgio  
cum Commemoratione Dedicacionis. S.  
R. C. 9. Aug. 1721. in Patavina ,

apud Caval. in Append. ad c. de  
Dedic. Ecclesiæ post finem tomij 4.  
d. I. qui docet : Decretum proce-  
dere non solum quoad prædictas  
Moniales, apud quas Dedicatio Ec-  
clesiæ Cathedr. est dupl. 2. Cl. Verum  
etiam, quoad Parochum sœcularem  
di&ctæ Parochiæ, si non ratione ma-  
joris ritus , causa majoris solemnitatis ,  
qua S. Georgius gaudet in  
propria Ecclesia ; Confer dicenda in  
icit. Append. c. 4. de Dedic. Eccl.  
art. 3. qu. I. n. 33..

**A R T I C U L U S II.**

*De Missa.*

**TN** Festo S. Georgii Mart. semid. 2  
Missa propr. 2. Orat. de B. V.  
Concede nos . 2. Ecclesia, vel pro P.  
Col. param. rub.

**A R.**

**A R T I C U L U S III.**

*De Nummo, ut vocant, &  
Georgii.*

**Q**uidam suspectum habent; sed Gobat absolvit a superstitione; consentit La-Croix lib. 3. par. 1. qa. 5. §. 3. n. 33. si quis non appromittat sibi infallibiliter talen effectum, sed speret, per merita, & intercessionem S. Georgii Equitis: sic enim, inquit, non appetet cur illud superstitionis sit?

---

**C A P U T XVII.**

**N O T A N D A XXIV. A P R I L I S.**

**E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S II.**

**Art. I. De Horis Canoniciis.**

**Art. II. De Missa.**

**A R T I C U L U S I.**

*De Horis Canoniciis.*

d. 2. class. omnia de comm. Ap. temp. Pasch. Or. propr. & Commem. praecd.

**A R T I C U L U S II.**

*De Missa.*

**G**N Calend. Rom. S. Fidelis a Sigmarina M. dupl. ex Clem. XIV. 16. Febr. 1771. Le&t. 1. No&t. de Scriptur. occur. 2. No&t. propr. 3. No&t. de comm. M. M. temp. Paschal. 1. loco. Orat. propr. reliqua de comm. un. M. temp. Pasch. 2. Vesp. de sequ. Festo S. Marci Ev.

**C A.**

## C A P U T   X V I I I .

N O T A N D A   XXV.   A P R I L I S.

## EXPLICANTUR ARTICULIS VIII

- Art. I. *An Festum S. Marci Evangelii sit servandum universaliter ex precepto in foro?*
- Art. II. *De Horis Canonicas.*
- Art. III. *De Missa.*
- Art. IV. *De Litaniis Major. in Feste S. Marci Evang. & minoribus in tribus diebus Rogat.*
- Art. V. *De Missa post Processiones Litaniarum.*
- Art. VI. *De Indulgencias.*
- Art. VII. *De abstinentia a carne, & jejunio.*
- Art. VIII. *Notanda in Feste S. Marci occurrente in diebus privilegiatis.*

## A R T I C U L U S I.

*An Festum S. Marci Evangelii sit servandum universaliter ex precepto in foro?*

I FESTUM S. Marci Evangelistae non est de præcepto universali servandum in foro, licet de eo Ecclesia ritu Apostolorum celebret. Nonnullos Doctores aliter sentientes refert Suarez de Relig. tom. I. tr. 2. lib. 2. c. 9. n. 10. Sed nostra assertio probatur; quia nullo jure communi præcipitur. Item in Constitut. Urbani VIII. incip. Universa. 1742. in qua recitantur omnia, & singula Festa ex obligatione gravi universaliter servanda, nulla de hoc Feste mentio fit. Accedit universalis consuetudo; non consuevit enim hoc Festum ex obligatione gravi in foro servari. Aliud autem est, ubi colitur tamquam Patronus principalis loci, puta Venetiis, uti innuerimus art. sequ. ibi enim est de præcepto in foro, juxta generalem

legem de Patronis principalibus locorum, de qua agemus in Appendice ad calcem Diarii c. 7. art. 2.

## A R T I C U L U S II.

*De Horis Canonicas.*

IN Calend. Rom. S. Marci Evangelistæ dupl. secundæ cl. Rubr. gen. Brev. tit. 9. n. 6. & int. duab. Tabel. excerpt. ex Rubr. gen. Brev. Quarta, & quinta Lectio propria reliquæ de comm. Evangel. Orat. propr. cætera de communi Apost. temp. Paschali. Hodie qui non intersunt Processioni Litaniarum, dicant illas privatim post Matutinum cum suis precibus, & orationibus, sine Psalmis Pœnitentialibus. Rubr. gen. bod. De hujusmodi Litaniis agemus art. 4. vide ibi dicenda. In 2. Vesp. Commem. sequ. Festi secund. S. S. M. M. Cleti, & Marcellini Pontificum, de comm. M. M. temp. Pasch. Or. propr.

Festum S. Marci in Dominio Veneto,

neto , quamvis sit Patronus principalis , ritu duplici 2. cl. celebrari , scribit Cavalierius ; qui tamen ibi rescalendum esse sub ritu duplicitate cl. cum Octava , posito , quod absurdetur , & colatur ex precepto etiam in foro tamquam Festum Patroni principalis ejusdem Domini ; insinuat Comment. in Decr. S. C. R. 10. i. c. 3. d. ad. n. 25. & to. 2. c. 13. in d. 3. m. 8. & duob. sequent. Sed Venetæ Ecclesiæ Calendaria illud teste notant dup. 1. cl. cum Octav.

Si Festum S. Marci occurrat in Dom. tertia post Pascha , an sit transforendum , ubi in dicta Domin. est concessum recitare de Patrocinio S. Iosephi . Vide tr. 2. in Domin. 3. post Pascha Sect. un. §§. 1. num. 2.

### ARTICULUS III.

#### *De Missa.*

4. *In Festo S. Marci Ev. dupl. 2. & cl. Missa propri. Crato . Reذر. gen. Miss. tit. II. Praefatio Apof. Col. Paraclet. rub. ex Raibr. gen. Miss. tit. id. n. 3.*

Nota hinc modis eti S. Hieronymus agens de S. Marco Evang. & ejus morte , nullam mentionem faciat de ipsius martyrio : unde aliqui dubitaverint de ejusdem passione : nihilominus dubitari nequit , hunc S. Evangelistam fuisse martyrio coronatum : cum id affirmet vetus Romanum Martyrologium , & Minologium Graecum , atque confirmet Gelasius Papa I. in Concil. Rom. Decr. de lib. authent. aliquie testentur Scriptores veteres . Vide Baronium ad an. Christi 64. & 8.

Neronis , & in not. Martyrolog. hac die .

### ARTICULUS IV.

*De Litanis Majoribus in Festo Sancti Marci Evang. Et Minoribus in tribus diebus Rogationum.*

#### AGITUR SECTIONIBUS V.

Sect. I. *De Institutione Litaniorum , & obligatione eas recitandi.*

Sect. II. *De Translatione Litaniorum Majorum.*

Sect. III. *An dictæ Litaneie possint priuatum pridie recitari?*

Sect. IV. *An Litaniae Majores , & Minoras possint recitari post horas minores , sive mane , sive sero , ipsa die Litaniorum?*

Sect. V. *De Ritu recitandi Litanias Majores , & Minoras.*

### SECTIO I.

*De Institutione Litaniorum , & obligatione eas recitandi.*

*In Festo Sancti Marci Evangelij stet , & tribus diebus Rogationum recitantur Litaniae , ( sive Litanis , ut quidam scribunt : ratio autem intelligi potest ex iis , quæ habet Clenardus Instit. ling. græc. in Scholiis post Alphab. ubi de pronunciat. prope initium : ) id est Rogationes , Supplicationes , Deprecationes ; ut latine ex græco interpretatur Ordo Romanus tit. de Ordine in Litan. major. vulgatus Alcuinus cap. de Litan. major. Amalaricus lib. 1. cap. 28. Durand. in Ra-*

Ration. Divin. Officior. lib. 6. cap. 102. initio, Joan. Beleth, explicat. Divin. Offic. ca. 122. Azor. Instit. moral. par. 1. lib. 7. c. 15. qu. 4. Facciolat. in Lexic. V. *Litan.* usum tamen receptum est, quod nomine *Litaniae*, seu *Litaniarum* intelligatur certa quædam species Ecclesiasticæ Supplicationis, qua Dei misericordiam, & Sanctorum patrocinium invocamus; & quoniam hujusmodi *Litaniae* solent processionaliter decantari, quemadmodum hodiernæ; ideo etiam ipsa recitantum, seu cantantium, & processionaliter incedentium Clericorum, aliorumque fidelium multitudine *Litania* aliquando vocatur; Confer Meratum tom. 1. par. 4. tit. 11. n. 8.

6 Qu. I. Quis Litanias instituerit hodiernas: cur Majores nuncupentur: & cur hodie recitentur?

R. VValafridus Strabo lib. de reb. Eccles. cap. 28. Ordo Romanus, & Joannes Beleth ll. cit. Durand. loc. cit. n. 2. Micrologus cap. 57. Rupertus de Div. Offic. lib. 9. ca. 5. Honor. in Gemma lib. 3. c. 138. aliisque referunt, Litanias Majores hac die 25. Aprilis recitandas instituisse S. Gregorium Magnum Romanæ, ad placandam iram Dei, ex qua innumerablem populus gravissima peste percutitus moriebatur in Urbe; & ideo hodiernas Litanias vocari etiam Gregorianas, vel Romanas, tradit laudatus Durandus. Alii vero eruditissimi quoque viri negant, Majores Litanias Sanctum Gregorium instituisse primum, sed concedunt solum, quod Laudatus Sanctus Pontifex ad Sanctum Petrum indixerit, & ordinaverit hodiernas, atque ad illas frequentandas Romanum populum fuerit adhortatus ob

causam prædictam, a quo *Divinam* indignationem cum avertisset, voluerit, ut in *Litaniis* majoribus celebrari solitis ex antiqua consuetudine singulis annis, ad removenda mala omnia: recitarentur preces cuna actione gratiarum ob prædictum ingens beneficium a Deo acceptum; vid. Baron. ad an. Chr. 590. nu. 11. & 13. & in not. Martyrol. ad hanc diem, atque Merat. cit. n. 8. Profecto S. Gregorius libro 2. sui Registri initio loquitur de *Litaniis* majoribus, tamquam de re jam ante ipsum in Ecclesia introducta, ac recepta; hæc enim habet: *Solemnitas anniæ devotionis nos, filii dilectissimi, admonet, ut Letaniam, quæ Major ab omnibus appellatur, soliciiss, ac devotis. debeamus, auxiliante Domino, mentibus celebrare.* Putant itaque plerique eruditissimi viri, antiquiorem Divo Gregorio Magno esse institutionem harum *Litaniarum* Majorum; laudatum vero Sanctum Pontificem solum instituisse solemnitatem ritum, eas celebrandi, occasione prædicta: qui ritus traditur in allegato Ordine Romano. Illud quidem certum est: hujusmodi *Litaniarum* Sanctorum, seu hujusmodi formæ orandi inventorem, auct. remque S. Gregorium Magnum minime fuisse; licet aliqui putaverint; constat ex Conciliis, & Patribus Gregorio antiquioribus; imo ipsomet Gregorio, ut videre est apud Suarez tom. 2. de Relig. lib. 3. de Orat. c. 9. a n. 24. & apud Nicolaum Serrarium lib. 1. de Litan. De Institutione *Litaniarum Minorum* in diebus Rogationum agemus tr. 2. ubi de Fer. 2. Rogat. Sect. 1. Hodiernas autem Litanias nunçupari *Majores* comparative ad *Litanias*,

tanias , quæ recitantur in Triduo ante Ascensionem Domini , quæque dicuntur *Minores* : opinati sunt Belethus , Durandus , & alii . Ulteriore rationem , ex qua hodiernæ potius Litanie vocentur *Majores* , quam illæ , quæ in p̄fato Triduo recitantur , esse dicunt ; quia hodiernæ Litanie sunt majores ; tum propter auctoritatem institutionis ; has enim instituit , ajunt , Gregorius Magnus Pontifex Maximus ; cum propter auctoritatem loci : fuerunt enim institutæ Romæ , & publico Decreto sancitum , ut celebrarentur ubique . Contra vero Litanie , quæ recitantur in Triduo ante Ascensionem , habent institutionem minorem ; illas enim instituit S. Mamertus Episcopus Viennensis , quæ Litanie non celebrantur nisi in Ecclesia Cisalpina . Ita Belethus , atque Durandus . Verum hujusmodi ratio non subsistit ; enimvero , etiam dato , Sanctum Gregorium instituisse Litanias hodiernas : de quo supra ; & etiam permisso , Sanctum Mamertum instituisse Litanias in Triduo ante Ascensionem : de quo sermo erit suo loco , ubi de iis Litaniis agemus ; & denique concessò , Litanias in Triduo ante Ascensionem non fuisse universales ab initio institutionis ; (confer Meratum cit. tit. II. n. 6. ex quibus omnibus) nihilominus allegata ratio non sufficit , saltem ex eo , quod Litanie in Triduo ante Ascensionem Romæ celebrari cœperint post Gregorium ; Confer Merat. cit. n. 8. & II. & vide dicenda in Fer. 2. Rogat. nu. 5. At vero hodiernæ Litanie celebrabantur tempore Gregorii , & eodem adhuc tempore vocabantur *Majores* : ut plane constat ex testimo-

TOM. II.

monio ipsius Gregorii verbis supra laudatis . Horum igitur Auditorum opinione rejecta , nos observamus ex Registro Epistolarum Divi Gregorii Magni , varias olim fuisse Litanias solemnes . Putat autem Suarez l. cit. nu. 25. inter eas nuncupatas fuisse *Majores* illas , quæ majori cum pompa fiebant , cum præsentia Episcopi , vel Archiepiscopi suum Pallium deferentis . Quod proculdubio sumit ex laudato Pontifice lib. 7. epistolar. ejus indist. 2. epift. 77. Inde vero videtur , dici posse : ideo has Litanias dictas fuisse *Majores* : quia majori cum pompa fiebant præ cæteris aliis infra annum solitis celebrari : quæ ideo potuere vocari *Minores* . Hanc rationem indicat etiam Meratus supra cit. n. 8.

Innuimus supra num. 6. Litanias 8 Majores celebrari consuetas ex antiqua consuetudine singulis annis ad removendam mala omnia ; quod significat etiam vulgatus Alcuinus de Divin. Offic. cap. de Litan. Major. ubi scribit , celebrari hodie Litanias , quia hoc tempore : id est septimo Calendas Maji solent inimici commovere bellum adversus vicina Regna . Vel quia hoc eodem tempore omnia in quadam perfectè sunt . Messes pullulant , arborei fructus ex flore prodeunt ; Vineæ & olive suis arboribus erumpunt ; animalia campos tundent . Quoniam necessaria bac sunt nostris usibus , petendum est , ut a Domino conserventur . Id ipsum dicit Amalarius de Eccl. Offic. lib. I. c. 37. & confirmat lib. 4. c. 25.

Qu. II. An , & qualis obligatio 9 sit recitandi Litanias Sanctorum in Festo S. Marci Evangelistæ , & tribus diebus Rogat.

& Communior , imo jam ex com-

O o muni

muni sensu & usu certa sententia docet : esse obligationem gravem , recitandi Litanias majores in Festo S. Marci , & Minores ut vocant , in diebus Rogationum , pro iis , qui utuntur Breviario Romano S. Pii V. Videri poslunt Viva in proposit. 34. Alex. VII. n. 19. Tambur. tom. 1. lib. 2. in Decal. ca. 5. de Hor. Canon. §. 2. nu. 14. Gavant. in Rubr. Brev. Sect. 6. c. 16. num. 3. & Sect. 9. c. 4. nu. 15. Diana tom. 3. edit. coord. tr. 6. ref. 93. §. 2. fine. La-Croix lib. 4. q. 208. §. 2. n. 1290. Caval. Comment. in Decr. S. C. R. to. 2. par. 2. cap. 46. in d. 4. fine . Probabilius est , eos etiam , qui non utuntur Breviario Romano , dictis diebus obligari adhuc sub Mortali ad Litanias ; ceterum spectetur loci consuetudo . La-Croix §. 5. n. 1293.

Non est hic sermo de iis , qui non tenentur ad Horas Canonicas . Unde quamvis olim universo etiam populo fortasse obligatio injuncta fuerit assistendi Processioni Litaniarum harum , easque recitandi : ut significare videntur Joannes Beleth c. 123. post initium , Durandus loco supra cit. n. 11. & perantiquus Ordo Romanus mox allegandus : nihilominus certum omnino sit : non teneri populum recitare hodie Litanias Sanctorum , aut interesse Processioni . Id ipsum dicendum de Litanis , quae recitantur in diebus Rogationum . Videri potest Azorius Institut. moral. par. 1. lib. 7. c. 3. qu. 6. ubi generaliter statuit : nullam adesse Ecclesiastici Officii precibus audiendis , praeter Missam in diebus festivis ex precepto . Congruum tamen est , ut quisque Christi fidelis legitime non

impeditus , intersit . Profecto ab universo olim populo Christiano Litanie celebrabantur hujusmodi , religione magna , & ingentibus pietatis signis : ut constat ex Ordine Romano tit. de Ordine in Litan. Major. ubi descripto ordine , quo Clemens , & universus populus oportebat procedere in Processione Litanie Majoris subditur : *Quam Litaniam unam die observare debent omnes Christiani , non equitando , non pretiosis vestibus induiti , cinere respersi , & cilicio induti : nisi infirmitas impediret.*

## S E C T I O II.

### *De Translatione Litaniarum Majorum.*

~~¶~~ TSI accidat. transferri Festum S. 10 Marci , non tamen transferuntur Litanie , nisi occurrant in die Paschatis . Rubr. Brev. hic . In quo casu in quem diem transferantur ? dicemus art. 8. Sect. 1. Subs. 2. num. 28.

## S E C T I O III.

*An dictæ Litanie possint privatim pridie Recitari?*

~~M~~ATUTINUM currentis Officii in 11 diebus Sancti Marci , & Rogationum , quando prescribuntur dicti Litanie post illud , tale , inquam , Matutinum , ( etiam cum Laudibus , ut Sect. sequ. dicemus : ) potest privatim recitari pridie . Leand. 1. infra cit. & cum aliis La-Croix l. cit. §. 4 n. 1292. Sicut dicetur de Matutino Officii diei secundæ Novembris , cui adnegetur Matutinum Defunctorum .

Quæ-

**Q**ueritur tamen : *as sicut Matutinum Defunctorum in Commemoratione omnium Fid. Defunctorum recitari præceptum , potest privatim recitari pridie unitim cum Laudibus Canonicis pridie recitatis: ut ibi videbimus : ita similiter liceat , Litanias Majores , & Minores diebus S. Marti , & Rogationum præceptas , unire privatim Laudibus pridie recitatis ? Nam Rubrica præscribit , ut privatim recitantes has Litanias , dicant *H*as post *M*atutinum .*

**A.** *Affirmat* Gavantus in Rubr. Brev. Sect. 6. c. 16. n. 6. eo , quod Rubrica contingat Litanias cum Laudibus , quibus idcirco adimitur versus : *Fidelium* : & Accessorium sequitur naturam sui principalis , quod in hoc casu sunt Laudes . Hoc idem tenent Leander a SS. Sacramento in præc. Decal. parte 1. & in ordine 6. tr. 8. de Hor. Canon. disp. 4. qu. 95. Gob. & Lohn. apud La-Croix loc. cit. qui in hanc sententiam quoque inclinare videtur ; hanc sententiam novissime sustinet Cavalier. tom. 2. par. 2. c. 46. in d. 5. n. 4. *Auctores* itaque sententiæ hujus affirmativæ sic argumentari videntur : Ex Rubrica Litanie majores , & minores recitatæ privatim , sunt Laudibus uniendæ ; atqui Laudes possunt privatim pridie recitari . Ergo etiam Litanie .

Verum sententiæ hujus rationem expositam , quæ porissima est Gavanti , & cæterorum , teste Zacharia in not. ad n. 1292. Patris La-Croix lib. 4. de hor. Canon. impugnare posset , qui absolute negaret cum Tamburino , Rubricam signare unionem Laudum cum Litanis prædictis: quia non dicit : percurrantur Litanie dicto : *Benedicamus Domino* ;

sed : *bodie , post Matutinum , seu post Laudes , puta suo debito tempore*. Ita Tamburinus t. 1. in Decal. 1. 2. cap. 5. de hor. Can. §. 5. num. 7. fine .

At Tamburinum impugnabimus infra ; numer. 13. unde ex ibi dicendis confirmabitur prædicta Gavanti assertio dicens : *Rubricam significare , uniendas esse Laudibus Litanias* .

Nihilominus sententia , quam Vi-  
va in prop. 34. Alexand. VII. nu.  
19. dicit esse communiorem ; negat  
Litanias Majores , & Minores posse  
privatim pridie recitari . Sic tenet  
Stoz in tribun. pœnit. lib. 1. part.  
3. n. 417. Tamburinus 1. cit. & in  
eamdem inclinare videtur etiam Vi-  
va 1. cit. sed & ipse Gobat in po-  
steriori operis sui editione tr. §. n.  
616. Affirmativam Gavanti senten-  
tiā , quam sequutus fuerat , rejecit ,  
& huic alteri negativæ adhæsit , ut  
probabiliori : quemadmodum refert  
Meratus to. 2. Sect. 6. c. 16. n. 5.  
ubi hanc negativam sententiam am-  
plectitur , laudatque alios pro ea ;  
minus tamen recte pro eadem citat  
Patrem La-Croix , qui de hac Quæ-  
stione agit loco a nobis supra cit.  
( non autem to. 4. nu. 190. ut si-  
gnat Merat. in editione , qua ego  
ntor : fortasse ex typographi erro-  
re ) ubi utramque sententiam sim-  
pliciter refert cum Auctoriis non-  
nullis , & rationibus pro utraque res-  
pective militantibus : & ita refert  
utramque , ut potius videatur in af-  
firmativam sententiam inclinare :  
quemadmodum supra diximus .

Tamburinus autem tribus rationi-  
bus insinuare contendit : quod etsi  
possit Matutinum Defunctorum in die  
Commemorat. generalis eorum pri-

O o 2 die

die recitari privatim , non possint autem pridie recitari Litaniae Majores , & Minores . Primo , quia Litaniae istae sunt loco assistentiae Processionis , quæ certe pridie non celebratur . Secundo , quia Rubrica Missalis Romani , ut ipse ait , in die S. Marci , & in Triduo Rogationum , de iis persolvendis , non signat unionem Laudum cum ipliis Litanias ; non enim dicit : percurrantur Litaniae dicto *Benedicamus Domino* ; sed *bodie post Matutinum* , seu post Laudes , puta suo debito tempore . Tertio denique , quia pro Litanias adest istud *bodie* , quod non est pro Matutino Defunctorum . Ita Tamburinus .

<sup>13</sup> Ad hæc tamen omnia respondet Leander loc. cit. & quidem ad primam rationem dicendo : quod licet Litaniae sint loco assistentiae Processionis , non tamen inde colligatur , quod debeant dici die ipso Processionis , sed juxta Rubricas Breviarii , nempe post Matutinum , & Laudes , sive dicantur pridie , sive non ; alias probaret Tamburinus , oportere eas recitare ipsomet tempore Processionis , cum sint loco ejus assistentiae : quod nullus dixit . Ita Leander ad priorem rationem Tamburini .

Ad secundam vero respondet , esse falsam ; sed ex verbis Rubricæ satis indicari , uniuendas esse Laudibus Litanias , ut quidem visum est Gavanto .

Confirmo hanc responsonem Leandri ; & quoniam contenditur ab eo , & Gavanto , aliisque fautoribus sententiæ affirmativæ , unionem praeditam significari in Rubricis ; hoc ipsum melius ostendi posse , videtur , ex eo , quia si pro unione Litanias

rum cum Laudibus exigit Tamburinus , ut Litanias præscriptæ fuerint percurri dicto *Benedicamus Domino* ; adest Rubrica præfixa Litanias de scriptis in fine Breviarii Romani , præscribens in sextis Feriis Quadragesimæ illas in Choro recitari post Laudes Feriales dicto *Benedicamus Domino* . Ergo ex Rubrica modus proprius recitandi Litanias , est , ut recitentur unitim cum Laudibus . Ergo licet Rubrica Litaniarum in die S. Marci , & Rogationum , non habeat expresse , ut percurrantur post Matutinum , seu post Laudes dicto *Benedicamus Domino* ; erui tamen potest , eas sic recitari debere , ex usu , & præscripto recitandi Litanias juxta Rubricam , quando aliis diebus accidit similiter recitari .

Verum argumento hoc prætermisso , probatur adhuc , Litanias prædictas S. Marci , & Rogationum a Rubrica præscribi , recitari etiam in privata recitatione dicto *Benedicamus Domino* ; & omisso versu *Fidelium* , ut exigit Tamburinus . Nam ex una parte , Rubrica Breviarii in die S. Marci de Litanias privatissimæ præscribit : *bodie* , qui non intersunt Processioni Litaniarum , dicant illas privatim post Matutinum : ex alia parte , Rubrica generalis item Breviarii tit. 30. de Orat. n. 3. fine , de versu *Fidelium* : ait : *qui versus non dicitur post Benedicamus Domino* . . . . quando post aliquam horam immediate sequitur Officium parvum B. M. vel Officium Defunctorum , aut septem Psalmi Pœnitentiales , vel sola Litania : ergo ex Rubrica etiam Litaniae Majores , & Minores præscribuntur recitari [dicto *Benedicamus Domino* ; & omisso versu *Fidelium* ; dum etiam Litaniae prædictæ

etc

etæ præscribuntur recitari post aliquam horam , nimirum post Matutinum , seu post Laudes ; & quidem immediate , ut mox videbimus . Ergo falsum est , quod Rubrica non signet unionem Laudum cum Litanis prædictis : & quod non dicat : percurrantur Litanæ dicto *Benedicamus Domino* . Et licet expressis hisce verbis id non præscribatur in una hodierna particulari Rubrica , tamen hoc sufficienter præscribitur per duas Rubricas expositas , nimirum per hodiernam particularem simul , & per illam generalem jam allegatam .

Quod autem Tamburinus illud *Missalis Romani* , (ut ipse ait , nam dicendum erat : *Breviarii Romani* ) in die S. Marci , illud , inquam , *bodie post Matutinum* , interpretetur : hodie suo debito tempore ; omnino gratis id facit , & absque ullo fundamento . Enimvero hoc debitum tempus pro recitatione Litaniarum privata , de qua loquimur , quale est ? Num tempus Processionis ? Neminem id voluisse , ex Leandri audivimus testimonio . Num igitur tempus commodius ? sed quid opus fuit , ad ly *bodie addere ly post Matutinum* ? Nonne satis erat simpliciter dicere : *bodie qui non intersunt Processioni Litaniarum* , dicant *illas privatim* ? Ergo Rubrica ad ly *bodie addendo ly post Matutinum* , manifeste significat addendas esse *Matutino* , seu *Laudibus Litanias* . Et hæc quidem in confirmationem responsionis Leandri contra secundam rationem Tamburini .

Ad tertiam denique ejusdem Tamburini rationem idem Leander respondet dicendo : se fateri quidem , quod in Rubrica pro Litanis adest illud *bodie* , quod non est in Rubrica pro Officio Defunctorum ; quia ,

inquit , in Rubrica pro Litanis fuit omnino necessarium , eo , quod ipsa met die S. Marci , aut Rogationum fit Processio ; & ideo convenienter posuit Rubrica illud *bodie* , dicendo : *bodie* , qui non intersunt Processioni &c. non vero in Rubrica , pro Officio Defunctorum ; quia non fit ea die Processio pro Defunctis : & ideo non fuit necessum . Ita Leander , cuius responsio fiet clarior ex modo dicendis . Etenim dici etiam potest primo : Rubricam per verbum *Hodie* significare ; esse in hodierno Officio etiam privatim obligationem recitandi Litanias Majores . Quasi dicat : et si privatim recitantes Officium ex Breviario Rom. Pii V. non teneantur recitare Litanias diebus a Rubrica præscriptis ; nihilominus *bodie* has Litanias Majores recitare tenentur . Dici potest consequenter secundo : hic , ubi sermo est de re spestante ad horas canonicas , sermonem insuper esse de die Ecclesiastico ; qui incipit a Vesperis diei civilis præcedentis : atque adeo sicut qui Matutinum hodiernum recitavit heri privatim hora , qua potest ex privilegio consuetudinis anticipari , verificatur illud recitasle *bodie* ; ita similiter , qui Litanias etiam hodiernas recitaverit heri eadem hora prædicta . Ergo ex eo , quod Rubrica dicat : ab iis , qui non intersunt Processioni Litaniarum , eas esse privatim recitandas *bodie* , non jure imponitur illis omnimoda obligatio , eas recitandi hac die civili , in qua Processio celebratur . Ut autem ratio hujusmodi posterioris dicti sit efficax , supponendum est , ex Rubrica uniuersas esse privatis *Laudibus Litanias* , atque adeo has recitandas una cum *Laudibus* . Quod quidem supra

supra probavimus. Sic itaque bene verificatur, Litanias recitari *bodie*: atq. adeo Rubrica salvatur.

Dici denique potest tertio: Rubricas præscindere a privilegio consuetudinis anticipandi privatim Matutinum crastinum, ut passim constat, & quotidianis fere ostendi posset exemplis, ex una parte; ex alia vero parte cum Litaniarum Processio facienda sit hodie, hac ipsa scilicet die civili, ideo convenienter, ut supra dixit Leander, in Rubrica harum Litaniarum ponitur illud *bodie*; dicendo: *bodie qui non intersunt Processum*. Et non vero in Rubrica pro Officio Defunctorum, quia non sit ea die Processio pro Defunctis, & ideo non sicut opus. In hoc autem ultimo dicto supponitur etiam, quod in præcedenti; nimirum ex Rubrica uniuendas esse privatis Laudibus Litanias. Sed respondeat Guyetus apud Meratum supra cit. n. 5. dicens: licet Litanie juxta Rubricæ dispositionem jungantur cum Laudibus, non tamen habentur, aut vere sunt pars illarum: adeoq. iis anticipatis in Vesperis, non sequitur; Litanias ipsas quoque posse anticipari. At argumento huic responderi posset ex ipso Merato, ex cuius sententia eodem cit. n. 5. Litanie sunt pars Officii Canonici hujus diei. Si autem sunt pars Officii Canonici hujus diei, & juxta dispositionem Rubricæ, pars hujusmodi uniuenda est Laudibus: his privatim pridie recitatis, jure tunc eadem persolvitur, ut, quibus per se annexa est, Laudibus uniatur. Ita quidem præfato Guyeti arguemento responderi posset juxta Merati sententiam. Nos tamen, qui Sectione sequenti inclinabimus quidem ad opinandum;

Litanias Majores, sive Minores, non esse veram partem Officii Canonici, sed potius partem quamdam per se distinctam orationis ab Ecclesia designatae iis, qui sunt ad Officium Canonicum obligati: qui videlicet præter ordinariam orationem Officii Canonici teneantur hodie, & in diebus Rogationum hanc addere Litaniarum: ideo ad Guyeti argumentum respondemus dicendo: quod licet Litanie pars vera non sine Laudum Canonicularum: cum tamen ex Rubrica privatis Laudibus adnectantur, non est, cur Laudibus pridie recitatis, non possint etiam congruentius, & Rubricæ conformius, quemadmodum superius dicebamus, istud Laudibus subiecti privatim pridie recitatis.

Pervidit protul dubio ipse Meratus præfatum Guyeti argumentum non esse adeo validum; quapropter subdit: fortiori adhuc arguento ab eodem Guyeto affirmativam Gavanti sententiam infirmari. Illud autem argumentum, quod vocat fortius, ita se habet: Litanie Majores, & Minores sic ex Rubrica Laudibus Canoniciuniuntur, quemadmodum & unitur Matutinum Defunctorum in die generalis Commemorationis eorum: atqui ex Gavanti sententia, erit contra Rubricam tunc Laudibus Canonici pridie recitatis Matutinum Defunctorum unire. Ergo similiter contra Rubricam erit, Laudibus pridie recitatis Litanias Majores, seu Minores unire.

Sed respondeatur, quod, ut sub die 2. Novemb. n. 17. dicemus: Ligorio inclinat ad intelligendum Gavantum de recitatione solemni Matutini Def. non de privata. Demus autem, illum loquutum etiam de privata;

vata ; nos eum quidem impugnabimus sub cit. die 2. Novembr. n. 19. Interim ad Argumentum Guyeti respondemus ex nostra sententia : concessa majore , negando minorem . Videlicet , quidquid sit de mente Gavanti , negamus Matutinum Defunctorum pro die generalis Commemorationis eorum non licere privatim pridie recitare . Negata vero minore , consequentia ruit .

Sed reponit Meratus , additque : quod , et si usus sit quidem Ecclesiastica multarum , ut Vesperi decantent Matutinum , & Laudes Defunctorum , at nullibi retentum est , ut Litanie Majores , vel Minores pridie decantentur . Inde concludit : Ergo juxta communem sensum , magis sunt affixa diei Divi Marci Litanie Majores , & tribus diebus Rogationum Litanie Minores , quam sit affixum diei 2. Novembbris Officium Defunctorum . Verum hujusmodi argumentum non officit assertioni praesenti , in qua non est sermo de decantatione , seu recitatione solemni Litarianarum , sed de privata . Profecto ex eo , quod non sit usus decantandi Litanias pridie , seu celebrandi Processionem Litarianarum pridie , non valet arguere : nec licere pridie recitare privatim : cum omnibus notum sit : Officia divina , seu Ecclesiastica quo ad horam , seu tempus ea persolvendi , quo ad ritus , & cæremonias eadem celebrandi , non æquali privatim rigore ut in Choro , & solemniter obligare .

<sup>14</sup> Cæterum hæc argumentandi potius gratia dicta sint , quam pro affirmativa sententia suadenda ; Certe enim jam esse debet ; Litanies Majores , & Minores , ab iis ,

qui eas recitare tenentur , etiam si non intersint earum Processioni , recitandas esse privatim ipsa Processionis die civili : quamvis Matutinum cum Laudibus in Vesperis diei precedentis anticipent . Porro Matutinum , & Laudes privatim pridie recitare , sola consuetudo permittit : ut alibi vidimus . Potest autem esse consuetudo pro anticipacione Matutini cum Laudibus , non item pro Litaniis . Si autem sic : non licebit Litanias pridie recitare , et si Laudes pridie recitentur . Atque hinc est , quod consuetudo quæ se extendit ; ut Matutinum cum Laudibus S. Marci anticipari possit pridie a Vespereis , non se extendat , ut eadem pro Litaniis anticipatio fieri possit , tanquam ex sensu ipsius Rubrice : quod ipsum declaravit S. R. C. que interrogata : *An ex sensu Rubrice posita in Breviorio in Festo S. Marci & in Fer. II. post Dominicam V. Paschæ recte inferatur , quod Litanie Sanctorum de precepto recitanda in eodem Festo S. Marci , & in triduo Rogationum , anticipari possint , atque recitari post Matutinum & Laudes die antecedenti , ab iis , qui Processioni sequentis diei non interveniunt ?* Respondit : Negative . Die 28. Martii 1775. in una Ord. Min. Observ. S. Franc. Urbis .

#### S E C T I O IV.

*An Litanie Majores , & Minores possint recitari post Horas minores , sive mane , sive sera Ipsa die Litarianarum ?*

CUM ex una parte licet etiam <sup>15</sup> pro die S. Marci anticipare Matutinum cum Laudibus pridie ; secus

secus vero Litanias ; secundum dicta Sæc. & n. præcedenti : & ex alia parte , Rubrica præscribat , ut recitentur post Matutinum : quæritur hic : utrum si Matutinum pridie fuerit recitatum , debeant Litaniae prædictæ ipsa die civili Proces-sionis recitandæ , recitari privatim ante Horas minores ; nimtrum antequam recitetur Prima : an vero recitari possint etiam post alias horas , quandocumque libuerit , usque dum durat tempus hodierni Officii , cujus dicuntur pars ?

R. Videtur dicendum : Litanias prædictas recitandas esse ante horas minores , scilicet collocandas inter Matutinum , etiam pridie recitatum , & inter Primam hodie recitandam ; atque adeo Litanias Majores , & Minores esse ipsa Proces-sionis die civili recitandas , antequam recitetur Prima .

Probatur ; quia , ut ostendimus Sæc. præced. Rubrica significat , uniendas esse Matutino , seu Laudibus Litanias ; Et quævis præscindat ipsa Rubrica a privilegio consuetudinis anticipandi privatim pridie Matutinum , ut diximus num. præcedenti ; Consuetudo autem adhuc pro hac die retineat licitam Anticipationem Matutini ; posito-tamen , quod recitare Litanias minime licuit statim post Matutinum pridie recitatum ; eo meliori modo quo potest , servari debet Rubrica , recitando illas hodie ante Horas minores , videlicet ante Primam ; sic enim verificatur , Litanias recitari post Matutinum , nulla saitem alia Hora Canonica interjecta , ut Rubrica manifeste significat recitandas ; præscribendo , ut percurrentur post Matutinum : quod certe non serva-

tur , & nullo modo verificatur ; si Litaniae recitentur post Primam , aut post alias minores horas . Imo Zacharias in suis Animad. in Theolog. Moral. P. La-Croix l. 4. qu. 208. §. 4. n. 1292. existimat , ut serventur Rubricæ , in privata Of-ficii recitatione Matutinum a Lau-dibus pridie S. Marci , ac Rogatio-num esse sejungendum . Rubricæ e-nim , inquit , præscribunt , omitten-dura : *Et fidelium anime* . Atqui hoc servari non potest , nisi aut Litaniae pridie dicantur , aut Matuti-num a Laudibus sejungatur ; ergo cum Litaniae recitari pridie non pos-sint , superest , ut a Laudibus Ma-tutinum sejungatur . Ita ille . Ve-rum ad hanc opinionem Zachariæ dici potest : Rubricam , præscriben-do , post Laudes omittendum esse : *& fidelium anime* : præscindere a pri-vilegio consuetudinis recitandi pridie Matutinum cum Laudibus ; ut modo assetuimus ; & supponendo , quod Matutinum , & Laudes Festi occur-rentis recitentur ipsa die mane Fe-sti occurrentis , præscribit , quod post Laudes omittatur : *& fidelium anime* . Nullo autem modo velit præjudicium inferre legitimæ con-suetudini prædictæ ; atque adeo etiam pridie Litaniarum Majorum , & Minorum , licebit non solum Ma-tutinum , seu Nocturnos , sed & Laudes anticipare privatim , quemad-modum docuimus Sectionis præce-dentis initio . Itaque satis erit ad servandam Rubricam , ut , qui no-lit prædicto cedere juri , recitet Li-tanias ante Horas minores .

Cœterum etiam dici posset : eas 16 licere percurrere post Horas Mino-res , seu quando libuerit , sive ma-ne , sive sero intra tempus præfixum reci-

recitationi Officii hodierni , cuius dicuntur pars . Quia etsi inversio Ordinis in horis , vel partibus Officii sine causa facta , venialis sit , & Litanie prædictæ dicantur pars Officii hodierni : tamen sic videntur dici , non quod sint revera pars talis Officii Canonici hac die occurrentis , sive in diebus Rogationum , quod utique negare Guyetum , dicebamus Se&t. præcedenti ; sed potius quia sunt pars orationis ab Ecclesia designatae pro hac die , sive diebus Rogationum , illis , qui sunt obligati ad Officium Canonicum ; qui videlicet præter ordinariam orationem Officii Canonici , teneantur hodie , & in diebus Rogationum hanc persolvere Litaniarum . Unde Litanie per se videntur constituere unam quamdam divisam speciem orationis bodie , & in diebus Rogationum ex præcepto recitandæ : quæ licet præscribatur recitari post Matutinum ; hoc autem non sufficit , ut simpliciter habeatur pro vera parte Matutini , vel alterius horæ Canonice Officii occurrentis puta S. Marci ; illud enim præscribi potuit ex quadam congruentia , quæ forte visa fuerit . Vide dicenda in simili casu quo ad Offic. Defunct. 2. Novembr. art. 1. Se&t. 2. Subs. 2. qu. 6. n. 22. Quod si ex eo , quia Rubrica designet locum , seu tempus , & horam recitandi privatim Litanias prædictas , nimirum post Matutinum , ideo omnino quis velit , (ut quidem velle Meratum diximus Se&t. præced.) eas esse veram partem Officii hodierni , atque contendat , omnino per Rubricam collocandam post Matutinum , seu post Laudes , & ante Horas minores , scilicet ante Primam ; nihilominus cum facile

TOM. II.

inveniri possit causa sufficiens invertendi ordinem horarum , & partium Officii , facile quoque inveniri poterit causa sufficiens recitandi prædictas Litanias post quamlibet horam Canonicam , sive post totum recitatum Officium , etiam longe post , sive mane , sive sero , dummodo recitentur intra tempus , quo durat hodierni Officii recitatio . Vide rursum dicenda in simili 2. Nov. I. cit.

## S E C T I O V.

*De Ritu recitandi Litanias Majores , & Minores .*

### AGITUR SUBSECTIONIBUS III.

Subs. I. *De recitatione Litaniarum privata .*

Subs. II. *De recitatione solemni Litaniarum , & Proceßione .*

Subs. III. *De recitatione Litaniarum tempore Interdicti .*

### S U B S E C T I O . I.

*De Recitatione Litaniarum privata .*

**L**ICET Ecclesiæ ritus sit , ad quasdam preces orare stando tempore Paschali , (de qua Cærenonia V. etiam dicta l. 2. par. 2. cap. 1. art. 7. ) tamen ii , qui non interfundunt Processionibus Litaniarum , & tenentur illas recitare privatim ; flexis genibus eas recitare debent ex Jo. Beleth c. 121. Gavant. in Rubric. Brev. Se&t. 6. c. 16. num. 3. Mœrorem enim habent , ut præfert violaceus paramentorum color , quo in illis publice recitandis utitur Ecclesia : item recitantes illas ,

P p pec-

peccatorum potius statum repræsentant, quam justorum: unde in iis dicunt: *Peccatores Te rogamus*. Ita Gavantus 1. cit. Vide dicta lib. 2. ubi de Dominica art. 7. qu. 3. & dicenda tr. 2. lib. 5. par. 1. c. 3. n. 4. fine. Et quidem quando recitantur in choro, flexis genibus recitari, asseritur apud Dianam edit. coord. tom. 2. tr. 1. R. 195. §. 5. qui tamen §. 6. cum Castaldo, & Gavanto contra Bordonum docet: *Orationes a Sacerdote stante, non autem genuflexo esse recitandas in choro.*

Non stare, cum standum; non genuflectere, cum ex præscripto Rubricæ sit genuflectendum, est, etiam extra Chorum, aliqua venialis culpa ex Tambur. in Decal. lib. 2. c. 5. §. 6. n. 4. Nulla vero, secluso contemptu, ex Diana edit. coordin. tom. 3. tr. 6. R. 45. §. 4. fine, & ex Castropalao, & Garcias apud eumdem. Vide dicta in Dom. cit. art. 7. qu. 2. Recitantur autem Litanie Majores, & Minores, per se loquendo, post Matutinum, seu post Laudes, dicto: *Benedicamus Domino*. ¶ *Deo gratias*, omisso. ¶ *Fidelium animæ*. Rubr. Brev. hic; & Rubr. gen. tit. 30. de orat. nu. 3. fine. Gavant. in Rubr. Breviar. Sect. 5. c. 22. n. 4. & Sect. 6. c. 16. n. 6. & Sect. 9. c. 4. nu. 13. nam prædictus ¶ *Fidelium animæ* dicitur in fine Litaniarum, & deservit tum Litanis, tum Laudibus.

Quod dictum est de Laudibus, intelligas etiam de qualibet Hora Officii, que habeat in fine versum: *Fidelium*: scilicet, ut, si post illam recites Litanias, omittas prædictum versum, in hoc casu dicendum in fine Litaniarum.

Quod si separatim a Laudibus, vel etiam ab alia hora prædicta recites Litanias, incipe absolute a *Kyrie eleison*.

Si temporibus Litaniarum certa notitia adsit de morte Summi Pontificis, non rogatur in Litanis pro eo. Omititur itaque, Pontifícia Sede vacante, petitio pro *Domino Apostolico*: pro Domino scilicet Pontifice Summo, Petri Principis Apostolorum Successore. Ideo ubi dicitur: *ut Dominum Apostolicum*, & *omnes Ecclesiasticos ordines in Sancta Religione conservare digneris*; Dicatur tantum: *Ut omnes Ecclesiasticos ordines in sancta Religione conservare digneris*: Eadem ratione omittitur, Pontifícia Sede vacante, in precibus versus *Oremus pro Pontifice nostro N.* & *Responsorium Dominus conservet eum*: & in Orationibus omittitur Oratio pro eodem: *Omnipotens sempiterne Deus miserere famulo tuo*. Sicut & in Canone Missæ, eadem Sede vacante, prescribitur, taceri nomen Pontificis, & vocem ipsam, ex Rubr. gen. Miss. de Rit. celebr. tit. 8. n. 2. Gavant. Sect. 9. c. 4. n. 11. cui assentitur Caval. to. 4. c. 21. in Decr. 6. n. 7. Cur Pontifex appelletur *Dominus*? dicentus 2. Novemb. art. 1. Sect. 3. Subs. 4. n. 85. Cur autem dicatur *Apostolicus*? explicat Layman lib. 1. tr. 4. c. 6. §. 1. n. 8. Terminatur Litanie prædictæ cum precibus, & Orationibus, que habentur in fine Litaniarum, ut in Breviario Rom. In Litanis Orationes omnes dicuntur coniunctim sub uno *Oremus*. Rubr. gen. Brev. tit. 3. num. 5. fine.

An Litanis addi possint alii Sancti? Vide dicenda Subs. sequ. n. 19.

An

An tempore Interdicti localis recitari possint cum Sociis? dicemus  
Subs. 3.

S U B S. II.

*De Recitatione solemni Litaniarum,  
& Processione.*

18 ~~E~~ TSI contingat transferri Festum S. Marci, non tamen transferatur Processio, si non transferantur Litaniae; ut sit quando prædictum Festum occurrit in die Paschatis: uti dicetur art. 8. n. 28. Rurbric. Miss. hic. Porro Litanias semper Processio comitatur. La-Croix l. 4 qu. 208. §. 3.

In festo S. Marci, vel respetive in Feriis Rogationum, si fiat de Officio duplice, vel semiduplici, in locis, ubi tantum una Missa cantatur, pro majori populi commoditate, ut possit post Processionem vacare laboribus, convenientius est, Processionem facere post Nonam, inde cantare Missam Rogationum. S. R. C. 5. Maii 1736. apud Merat. Ind. Decr. Miss. num. 679. Confer dicenda inferius num. 23.

Omnis Processiones publicæ, puta S. Marci, Rogationum, pro pluvia petenda, serenitate impetranda, & similes incipere debent ab Ecclesia digniori: quemadmodum pro Ecclesia S. Georgii Civitatis Modicæ in Sicilia declaravit S. R. C. 6. Septembr. 1636. confirmavisse que Innoc. XI. 4. Junii 1689. Vid. in Opere Merati in 2. Append. Decret. Miss. nu. 769. Si fiat processio, non ante discedatur ab Altari, quam sit cantatum inclusive; S. Maria ora pro nobis: ut dicitur in Rituali Rom. Pauli V. tit. de Pro-

cess. ubi de ord. in Litan. major. Videntur autem Litanie tum Majores, tum Minores cantandæ esse sine repetitione, scilicet ut Cantores, & Chorus eas dicant alternatim. Repetitio enim est propria Sabbati Sancti ante Dominicam Paschæ Resurr. & Vigiliae Pentecostes, quando Chorus repetit, quæ Cantores integre dicunt. Gavant. in Rubr. Brev. Sect. 6. c. 16. nn. 5. Apud nonnullos autem est in usu, quod cantentur cum repetitione hæc quoque Litaniae Majores, nec non Minores. Alii Litanias Majores cantant cum repetitione, non item Minores. De Ecclesiæ Romæ Gavantus testatur in Rubr. Brev. Sect. 9. c. 4. num. 16. usum communiorum esse, quod (excepto Sabbato Sancto majoris hebdomadæ, & Vigilia Pentecostes) Cantores, & Chorus eas dicant alternatim in Litanis Majoribus, ad distinctionem a Minoribus. Quapropter Gavanto videtur, standum esse consuetudini locorum. Qui adhuc notat, longiorrem viam, aut processionem proximam exigere quidem prædictam repetitionem; in quo etiam casu, dicit, ut addantur Psalmi Pœnitentiales, seu Graduale; sed & pro aliis cæmoniis, ritibusque servandis in Processione, ac decantatione Litaniarum harum; Videatur Meratus to. 2. Sect. 6. c. 16. n. 4.

In Litanis Sanctorum pro diversitate functionum, & temporum assignatis, & in illis pro commendatione animarum post nomen S. Joannis Baptiste statim adjungi debet illud S. Josephi, dicendo: S. Jo. Bap. ora pro nobis: Sancte Joseph ora pro nobis; omnes SS. Patriarchæ &c. ex Bened. XIII. 19. Decemb. 1726. in

Decreto Urbis , & Orbis apud Caval. to. 3. c. 19. d. 2. Confer Merat. to. 2. Sect. 9. c. 5. nu. un. & & videri possunt dicta 2. Februar. n. 62. Ratio autem videri potest apud eundem Caval. tom. 2. c. 31. in Decr. 4. nu. 3. Si mortuus sit Pontifex , & Sedes Apostolica vacet, omittantur, quæ in hoc casu omitenda esse monimus subs. præced.

Cæterum Litaniis non debet fieri additio ulla, ne quidem Sandorum Canonizatorum, neque Patronorum loci sine permissione Sedis Apostolice: quia Pius V. prohibuit in Bulla omnem additionem; ut animadvertis Gavantus in Rubr. Brev. Sect. 9. c. 4. n. 10. Et quidem S. Rit. Congregatio an. 1631. 22. Martii apud Meratum ind. Decr. Miss. n. 256. & apud Caval. to. 2. part. 2. c. 41. in Decr. 6. n. 5. declaravit: non posse in Litaniis inseri alios Sanctos præter ibidem descriptos, neque tempore pestis addendos esse Titulares, & Patronos Civitatis sine speciali concessione. Cujus declarationis mentionem faciens quoque Gavantus l. cit. hæc habet: S. R. C. 22. Martii 1631. respondit Canonicus Cathedr. Regiensis: non posse inseri alios Sanctos in Litaniis præter descriptos, etiam tempore pestis: quo si petebant facultatem addendi Sanctos Titulares, & Patronos Civitatis.

Quando autem Reliquiæ Sanctorum solemniter transferuntur in Processione, servanda est dispositio Ritualis Romani, quæ ita se habet: Omnes procedant decantantes Litanias cum invocatione Sanctorum, quorum Reliquiae deferuntur. In hujusmodi igitur casu in Litaniis inseri debent, si ibi non recenseantur, nomina Sandorum, quorum Reliquiae de-

feruntur. Cui additioni in Litaniis non opponitur allegatum Decretum S. C. ut animadvertis Caval. to. 4. c. 17. in Decr. 14. n. 3. eo quod, ut ipse inquit, pro dicto casu habetur specialis concessio, Rubrica nempe Ritualis Romani, quæ per Sacram Congregationem approbata est, atque servari mandata. Concessio autem est tantummodo pro casu translationis, ut statim animadvertissemus; idcirco dixi quando transferuntur; non vero: quando deferuntur.

*Regulares absque speciali privilegio, sed sola communicatione privilegiorum aliarum Religionum, non possunt addere nomen Sancti Fundatoris in Litaniis, & Confiteor. S. R. C. 20. Martii 1706. in Decreto generali apud Caval. tom. 1. c. 7. d. 4. & to. 2. c. 36. d. 2.*

Hujusmodi prohibitionem inferendi in Litaniis alios Sanctos, præter descriptos ibidem, intelligendam esse, quando publice recitantur die Sabbati Sancti, vult Tancredi de Relig. tr. 3. lib. 3. disp. 5. num. 33. Nam usus, inquit, piorum obtinuit, ut in aliis diebus nomen alicujus insignis Patroni addatur: ut Panormi, & alibi S. Rosalia; ita ille. Verum allegata declaratio S. C. sub die 22. Martii 1631. in Regien. cum includat ipsas Litanias recitatas urgentiori tempore pestis; potiori jure videtur includere omnem alium casum, etiam extra Sabbatum Sanctum. Quapropter prohibitio addendi in Litaniis alios Sanctos præter descriptos ibidem, intelligenda est procedere quo ad Litanias recitatas etiam extra Sabbatum Sanctum, saltem publice, ac solemniter: excepto supradicto casu, quo in Processione

sione Sanctorum Reliquiæ deferantur, ad ipsarum translationem faciendam . Nam animadvertisendum est , cum Caval. in supra cit. Decr. 14. eodem n. 3. concessionem inferendi in Litanis nomina Sanctorum, quorum Reliquiæ in Processione deferuntur , ex Rituali Romano factam esse tantummodo pro casu solemnis translationis, non item pro aliis Processionibus , etiamsi Sanctorum Reliquiæ deferantur . Et ratio discriminis est ; quia in Translatione Litanie videntur institutæ ad honorem ipsorum Sanctorum, quorum Reliquiæ transferuntur . At in altero casu , ipsæ Reliquiæ videntur deferri , ad condecorandam ipsam Litaniarum seu Processionis solemnitatem .

Sacra Rit. Congreg. in Decr. gener. de Beatis coram Alexandro VII. 27. Septemb. 1659. præcepit, ut in publicis precibus , præter indulgas , & a Sede Apostolica approbatas, Beati non invocentur ; & in quibusvis Ecclesiasticis precibus , etiam in Orationibus privatis recitandis, particularia Beatorum suffragia non apponantur , vel recitentur . Apud Merat. ind. Decr. Miss. num. 369. & 370. Hinc La-Croix lib. 6. part. 2. qu. 53. §. 4. nu. 377. docet : non liceat , Beatorum nomina pro pietate inserere in Litanis . In quo autem differat Beatificatio a Canonizazione ? explicuimus lib. 1. cap. 2. qu. 16. nu. 53. Multo minus licebit in Litanis , etiam privatim recitatis , apponere nomen hominis Defuncti , quem Sanctum , ac Beatum putemus : quia Litanie institutæ sunt , ad venerandos Santos publice propositos . Sed hujusmodi non est prædictus homo . Ergo &c. Vid. Bellarm. de Beat. Sanct. cap. 10. Th.

Sanchez in sum. lib. 2. c. 43. num. 5. Tamburin. in Decal. lib. 2. cap. 4. §. 1. n. 11. Tancredi de Relig. tr. 3. lib. 1. disp. 3. qu. 2. n. 15. Gavant. 1. cit.

Sacra Congregatio Rituum interrogata : utrum in Cathedrali Conimbricensi servari posset asserta consuetudo , ut in Processionibus Litaniarum , earumdem Cantores inciderent Pluvialibus induiti ? & an in Ecclesiis , quas Processio Litaniarum per viam ingreditur , fieri possent Commemorations pro Defunctis in adimplementum Legatorum a Personis in eisdem Ecclesiis sepultis relictorum ? Respondit : *Affirmative ad utrumque dubium . 14. April. 1753.* in Conimbr. ad 11. & 12. dub. apud Caval. to. 5. in collect. recentior. Decretor.

Gavant. in Rubr. Brev. Se&t. 6. c. 16. num. 4. monet : *Caveant ii, qui in Processione fabulantur , & materialiter tantum cantant , ne rei fiant coram Deo : communis enim est opinio , eos teneri ad privatam earumdem recitationem : quia inter absentes eo modo numerantur .*

Terminantur Litanie cum preci- 20 bus , & Orationibus , que habentur in fine Litaniarum Breviarii Romani . Orationes in fine Litaniarum esse recitandas in Choro a Sacerdote stante , & non genuflexo , secundum Dianam & alios , notavimus Subs. 1. initio .

Rubr. gen. Brev. tit. 36. nu. 3. de Antiphonis finalibus B. M. V. haec habet : *Numquam vero dicuntur post aliquam Horam , quando subsequitur cum Officio diei Officium Defunctorum , vel septem Psalmi Pénitentiales , aut Litania , præterquam post Completorium , in quo semper dicuntur ,*

tur, etiam si prædicta subsequantur. Animadvertisit autem Gavantus, & cum eo Cavalerius to. 2. par. 2. c. 40. in Decr. 3. n. 6. fine, ex præfata Rubrica inferri Antiphonarum finalium omnimodam omissionem tam ante, quam post ea, quæ ad aliquam horam subsequuntur. Itaque quando Litaniæ uniuntur Laudibus, non est dicenda consueta Antiphona finalis B. V. post Laudes, nec post Litaniæ.

Præter ea, quæ hic dicta sunt quoad Processionem Litaniarum, videantur etiam dicenda tr. 2. in Fer. 2. Rogat. post Domin. 5. Paschæ Sæc. 3.

### S U B S. III.

#### *De Recitatione Litaniarum tempore Interdicti.*

2<sup>1</sup> QUo. Utrum tempore Interdicti localis liceat prædicta publica, & solemnis recitatio Litaniarum? Dubium oritur ex eo quia hæc adnumeratur inter Divina Officia, ut infra dicemus; at Officia divina prohibentur tempore Interdicti localis particularis; tempore vero Interdicti localis generalis, et si ea permittantur, non tamen publice, & solemniter: nec in Ecclesia specialiter interdicta.

R. & dico 1. tempore Interdicti localis particularis, non licet prædicta, aut similis publica, & solemnis recitatio Litaniarum; neque privatim recitari possunt a pluribus simul, quam tribus Clericis. Constat ex Auctoribus in tract. de Interdicto.

Dico 2. tempore Interdicti localis generalis, licet privatim, & si-

ne solemnitate recitare prædictas Litaniæ omnes illos, qui possunt Divina Officia privatim celebrare tempore prædicto, & iisdem assistere, ut sunt omnes Clerici: item Laici privilegiati, sed non personaliter interdicti, nec in Ecclesia specialiter interdicta. Constat etiam ex Auctoribus in tract. de Interdicto.

Dico 3. tempore Interdicti localis generalis occurrentibus Litaniis Majoribus in Feria secunda, vel tertia post Dominicam Resurrectionis, possunt prædictæ Litaniæ publice, & consueta solemnitate recitari.

Hæc assertio supponit 1. in Festivitate Paschali Interdictum locale generale suspensi quoad celebrationem divinorum Officiorum. Quod constat ex C. Alma Mater 24. de senten. excomm. in 6. Vide dicenda tr. 2. in Dom. Resurr. art. 7.

Supponit 2. Festivitatem Paschalem in hac re extendi usque ad Feriam tertiam inclusive post Domin. Resurrectionis. Quod docent communiter Doctores. Vide dicenda 1. cit. qu. 2.

Nota hic: Litaniæ, quæ enumerauntur inter divina Officia propriæ dictæ, esse illas, quæ cum Ecclesiastica forma, & solemnitate recitantur, idest cum Cruce elevata, & superpelliceis, & ordine procedendi, seu processionaliter, ut quidem fit in prædictis Litaniis Majoribus, & rursus in Minoribus.

Hinc habes, tempore Interdicti localis, sive particularis, sive generalis, omnino licere Litaniæ recitare, etiam cum cantu, publice quoque intra, vel extra Ecclesiam, & in præsentia Laicorum, dummodo fiat absque solemnitate Crucis elevatæ, & absque superpellico, aut alia sacra

cra veste , & sine Dominus vobiscum . Sed ejus loco dicatur : Domine exaudi orationem meam . Ita Bonac. to. 1. disp. 5. de Interd. punt. 4. num. 3. & 4. Lezan. V. Interdict. Regular. n. 20. Chiavet. consult. 148. num. 30. Avil. de Censur. par. 5. disp. 4. Sect. 1. dubit. 1. Concl. 1. & 2. Qui addit, recitandas esse si- ne ordine procedendi , seu non pro- cessionaliter : porro ordo procedendi indicat solemnitatem , ut modo su- pra significavimus . Assertio autem patet ex Regula generali dignoscendi , quænam sint divina Officia pro- prie dicta : Ea quidem dicuntur es- se , quæ sunt a Ministro Ecclesiastico ex Officio , seu a persona con-secrata ad Ecclesia ad illud Officium . Bonac. l. cit. n. 1. & communiter Auctores in tract. de Interdicto .

Ex hac Regula sequitur , Litanias Majores , & Minores modo in Rubricis præscripto , & cum præfa- ta recitatas solemnitate , esse ex Di- vinis Officiis ; quia sic recitantur a Ministris Ecclesiasticis ex Officio . Secus autem censendæ erunt eadem , aut similes non eodem modo , nec solemnitate simili recitatæ : sic enim recitari solent etiam a Laicis : ut observat Bonac. l. cit. n. 4. fin.

Hinc intelliges , quare in Lita- niis , quæ non sunt divinum Offi- cium , minime dicendum sit: Domi- nus vobiscum ? Porro hic versus est deputatus alicui ordini , nimisrum ordini Presbyteratus , aut saltem Dia- conatus : ut patet ex Rubrica gene- rali Breviarii tit. 30. de Orat. n. 3. & observat Avila cit. concl. 2.

## ARTICULUS V.

### *De Missa post Processionem Litaniarum.*

**A** Processionem dicitur Missa de 23 Rogationibus , quæ notatur ho- die in Missali Rom. sine Comme- moratione S. Marci . Rubric. Mifs. hic . Attamen si Processio Litaniarum Majorum terminetur ad Ecclesiam S. Marci , cantetur ibi Missa de S. Mar- co , non vero de Rogationibus . S. R. C. 23. Maii 1603. in Hispalen. apud Merat. ind. Decretor. Missal. nu. 18. quia cum titulus sit Eccle- sia , latitiz locus est , ut observat Gavantus in Rubr. Mifs. par. 4. tit. 11. n. 9. Vide tamen infer. n. 31.

*Si in die Sancti Marci post Pro- cessionem , in Ecclesia minori , seu non Collegiata , cantetur unica Missa , ipsa debet esse de Rogationibus ( con- fer dicta nu. 18. sub initium : ) Et seruanda est Rubrica Missalis Romani posita ante Missam Festi S. Marci , ubi præscribitur , quod de predicto Sancto cantanda est Missa tantummodo , quan- do Processio terminatur ad Ecclesiam eidem Sancto dicatam , quemadmodum cavetur in Ceremoniali Episcoporum lib. 2. c. 32. Et decrevit S. C. 23. Maii 1603. Et alias pluries . S. C. R. 10. Januar. 1693. in una Galliarum apud Merat. ind. Decret. Mifs. n. 507.*

In Missa Litaniarum Majorum dicatur Præfatio Paschalis , quæ communis est pro toto Paschali tem- pore , ut animadvertis Caval. tom. 5. c. 14. n. 63. eademque dicetur , licet simul occurreret dies aliqua O-ctava , vel infra Octavam commu- nem , & ordinariam ; quia , quæ ad Octavam spectant , explicanda forent in

in tali casu, aut censerentur exple-  
ri in Missa S. Marci. Si autem  
Festum S. Marci occurrat in Do-  
minica, vel infra Oct. Paschæ, vi-  
de dicenda art. 8. & præter ea, quæ  
hic dicta sunt, videantur etiam di-  
cenda in Fer. 2. Rogat. post Dom.  
V. Paschæ ibi Sect. 2.

## ARTICULUS VI.

*De Indulgentiis.*

- 24 **T**N die Litaniarum Majorum pos-  
sunt acquiri Indulgentiæ Statio-  
num. Habetur autem hodierna Sta-  
tio ad Sanctum Petrum. De Statio-  
nibus agemus tr. 2. lib. 4. par. 1.  
c. 2. art. 1. Sect. 1. Sub. 4. §. 2.

## ARTICULUS VII.

*De Abstinentia a carne, & jejuno.*

- 25 **S**ANCTUS Gregorius Joanni Epis-  
copo Ravennati scribens, diem  
Litaniæ tempus Cineris & Gilicis  
appellat; ratio facile patet ex dictis  
art. 4. n. 6. & confer dicta nu. 9.  
fine, & n. 17. init. Etiamnum ali-  
quibus in locis in die S. Marci, seu  
in Litaniis Majoribus, est abstinen-  
tia a carne, aut etiam jejuniuua  
perfectum. An autem obliget sub  
gravi? Vide dicenda in Fer. 2. Ro-  
gat. post Domin. 5. Paschæ Sect. 1.  
qu. 2. ubi agemus de simili absti-  
nentia, seu jejuno in diebus Ro-  
gationum: simili enim modo discur-  
rendum est pro hoc jejuno, ac pro  
illo. La-Croix lib. 3. part. 2. qu.  
236. §. 4.

Dixi: Seu in Litaniis Majoribus;  
quia abstinentia, sive jejunium fit  
illo ipso die, quo recitantur Lita-

næ. Unde si Litaniæ transferan-  
tur a Festo S. Marci, transfertur  
& abstinentia, sive jejunium. La-  
Croix lib. 4. de Hor. Canon. qu.  
208. §. 3. Vide dicenda n. 32. Li-  
cere autem tempore Paschali jeju-  
nare, docebimus tr. 2. lib. 5. part.  
1. c. 4. & videri etiam possunt di-  
cenda Fer. 2. in Rogat. cit. qu. 2.

## ARTICULUS VIII.

*Not. in Festo S. Marci occurrente in diebus Privilegiatis.*

**D**IIS privilegiati quoad Festum S.  
Marci, sunt Dominica, & to-  
ta hebdomada Paschalis, seu om-  
nes dies infra Octavam Resurrec-  
tioneis. In his specialiter notanda da-  
bimus Sectionibus II. in priori not.  
in Festo S. Marci occurrente in Dom.  
In posteriori not. pro eadem occur-  
rente in hebd. Paschali.

## SECTIO I.

*Not. in Festo S. Marci occurrente in Dominica.*

**T**N Festo S. Marci Ev, occurrente  
in Dominica, aliqua notanda sunt  
universaliter pro quavis Dominica;  
alia specialiter in Dominica Resurr.  
Dabimus autem Subsectionibus II.  
in priori notanda in quavis Dom.  
In posteriori, quæ in Dom. Resurr.

SUB.

S U B S E C T I O I.

S U B S. II.

*Not. in Festo S. Marci Ev. occurrente  
in quavis Dominica.*

EXPLICANTUR §. §. II.

§. I. *De Missa Rogat. seu Litan.*  
§. II. *De Jejunio.*

§. I.

*De Missa Rogationum, seu  
Litaniarum.*

26 **O**CCURRENTE Festo S. Marci die Dominica, in Missa Rogationum non dicitur Credo; quia est Missa Ferrialis. S. R. C. 25. Septembr. 1688. in Mutinen. apud Caval. to. 5. c. 12. num. 9. & Merat. ind. Decr. Miss. n. 490. Confer eumdem Merat. to. 1. par. 1. tit. 11. nu. 14. & par. 4. tit. 11. n. 10.

§. II.

*De Abstinentia a carne, & Jejunio.*

27 **Q**u. An ubi soleat celebrari abstinentia a carne, aut etiam jejunium in Litaniis Majoribus, maneat obligatio, his occurrentibus in Dominica?

R. Universaliter loquendo spectanda est in hujusmodi re, & casu, quid habeat consuetudo loci. Per se autem licere in Dominica jejunare, quamvis non sit consuetum, docuimus lib. 2. in Domin. art. 9. de jejun. qu. 1.

TOM. II.

*Not. in Festo S. Marci occurrente in  
Dominica Resurrectionis.*

§. U N I C U S.

*De Litaniis, & Proceſſione.*

**O**CCURRENTE Festo S. Marci in 28 Dominica Resurrectionis, licet Rubrica de Litaniis Majoribus, & earum Proceſſione in Missalibus, & Breviariis antiquioris editionis habuerit, ut in hoc caſu Litaniæ, & Proceſſio transferrentur in Feriam ſecondam ſequentem; nunc tamen Mifſalia, & Breviaria habent Rubricam præſcribentem, ut prædictæ Litaniæ, & Proceſſio in dicto caſu transferantur in Feriam tertiam proximam. Ita diſpoſuit S. C. R. an. 1627. ad petitionem Gavanti, ut ipſem teſtatur in Rubr. Brev. Sect. 7. c. 6. ubi ad diem 25. Aprilis, rationum item aliſignans hujus translationis a die Paschæ; hæc habet. Decreuit S. R. Congregatio, Litanias Majores occurrentes in die Paschatis differendas eſſe in Feriam tertiam ſequentem: quod me petente, ſancivit die 25. Septemb. 1627. eo quia Missa Episcopalis, Communio totius populi; & Cleri ob has causas occupatio impediunt Proceſſionem, in die tamen Festo faciendam ex institutione S. Gregorii; quare hæc translatio ſoliſ erit Paschatis diei priuilegium, non autem dierum, qui ſequuntur. Objiciebatur Concio matutina: at hæc vel ante, vel poſt Proceſſionem baberi poterit, vel a prandio, ut in Paschate. Hæc Gavantus 1. cit. & similia habet Sect. 6. cap. 16. n. 1. Decretum hujusmodi pro-

Q q fert

fert Meratus in suo ind. Decr. nu. 221. Idemque allegat Benedictus XIV. to. i. Notif. 28. nu. 3. Confirmatum etiam iterum, iterumque suis-  
se, novimus ex Merato l. cit. ubi  
sic: *Litanie Majores*, si occurrant in  
die Paschatis, transferantur in Feriam  
tertiam sequentem. S. R. C. 27. Se-  
ptembr. (25. ait Gavant. supra)  
1627. in una Urbis. Non in Feriam  
secundam. S. R. C. 19. Septembr. 1665.  
in una Galliarum. Et rursus n. 589.  
Si Festum S. Marci occurrit in die  
Paschatis, Processio cum Litanis trans-  
fertur in Feriam tertiam sequentem jux-  
ta Rubricam particularem Missalis &c.  
S. R. C. 14. Februar. 1705. in una  
Cappuccinorum Gallie. Translatio-  
nem eamdem a die Resurrectionis  
in Feriam tertiam proximam notar  
quoque La Croix lib. 4. de Hor.  
Can. qu. 208. §. 3. Tancredi de Re-  
lig. ar. 3. l. 3. disp. 5. n. 33. Con-  
sequenter eadem Litanie a priva-  
tim recitantibus illas, in eadem Fe-  
ria tercia in dicto eodem casu reci-  
randae erunt. Gavant. Sect. 6. cap.  
16. nu. 1. fine. In eadem insuper  
Feria servandum esse jejunium, ubi  
illud servandi in Litanis Majoribus  
sit consuetudo, dicemus Sect. sequ.  
§. 3.

## SECTIO II

Not. in Feste S. Marci occurrit in  
Hebd. Paschali.

## EXPLICANTUR §. §. III.

- §. I. De Horis Canoniciis.
- §. II. De Litanis, Procesione, &  
Missa Rogationum.
- §. III. De Abstinentia & jejunio.

## §. I.

## De Horis Canoniciis.

Si Festum S. Marci incidat infra 29  
Octavam Paschae; Officium, &  
Missa transfertur post Octavam, sed  
non transferuntur Litanie, ut §.  
sequenti dicetur: La-Croix, & Ga-  
vantus l. l. cit.

Officia translata, quæ tamen sunt  
eiusdem ritus, & dignitatis, reponun-  
tur juxta ordinem translationis, ut  
scilicet prius celebreatur Officium ab  
ante translatum, deinde fiat de alio  
secundo loco translatu, & sic successi-  
ve. Ab hac tamen regula excipitur  
semiduplex occurrens in Feste habente  
Octavam, vel in Dominica infra O-  
ctavam, vel in Feste duplice infra O-  
ctavam; quod semiduplex in praefatis  
tribus casibus transfertur in diem im-  
mediate sequentem (in qua alias, a-  
gendum esset Officium de die infra O-  
ctavam:) protractando ad aliam diem  
non impeditam aliud quodcumque du-  
plex etiam l. Classes prius transla-  
tum. S. R. C. 2. Septembr. 1741.  
in Regestis ejusdem Congreg. apud  
Caval. to. 2. c. 27. d. 10. in Decr.  
9. num. 3.

*Nulla disparitas adest inter trans-  
sla-*

*lationem Festorum Apostolorum*, & illam Evangelistarum: sed occasione dictae translationis faciendum est Officium, quod prius in Calendario. S. R. C. 18. Septembr. 1666: in Romana apud Caval. loc. cit. d. 3.

Si Festum S. Marci Evangelista occurrat in Feria secunda post Dominicam Resurrectionis, & similiter Festum SS. Apostolorum Philippi, & Iacobi in Dominica in Albis, ac propterea juxta Rubricas utrumque sit transferendum, prius transferri, & reponi debet Officium S. Marci. S. R. C. 17. Julii 1706. in una Urbis, & Orbis apud Caval. l. cit. d. 4. Merat. tom. 2. Sect. 3. c. 8. n. 10. Ut Evangelista Apostolis afferantur pares, facit clas-  
sis, & Officiorum omnimoda paritas: ait Guyetus laudatus a Cavalerio in supra cit. d. 3. n. 2. qui n. 3. docet: in Rubr. Inter Festa, de concur. n. 2. Apostolorum nomine venire etiam Evangelistas, atque adeo etiam eos Sanctis ceteris preferendos, Apostolorum instar, in occursu, concursu, & repositione. Sermo tamen est de principaliori Feste Apostolorum, seu Evangelistarum. Vide Caval. in cit. d. 4. n. 2. & 3.

## §. II.

### De Litaniis, Processione, & Missa Rogationum.

30 Si Festum S. Marci incidat infra Octavam Paschæ, et si Officium transferatur post Octavam, non tamen transferuntur Litanie. Gavant. & La-Croix l. l. supra cit. & pater ex dictis n. 28. Ubi vidimus admetti Litanias in Feria tertia post Dom. Resur. translatas ex predicta Dom. nica. Ergo multo magis admitten-

dæ, si in ipsa Feria tertia, aut aliis diebus infra Octavam ocurrerint. Dicuntur itaque Litanie Majores etiam infra Octavam Paschæ illo ipso die, quo occurrit Festum S. Marci, five in Feria secunda, five in tertia, five in quarta &c. Merat. to. 1. par. 4. tit. 11. num. 10. La-Croix loc. cit. meminit de hujusmodi usu Romanorum, ex quo, si in Feriam secundam, vel tertiam Paschæ incidat Festum S. Marci, eo die habentur Litanie; Refert autem, Parisiis in hoc casu Litanias, & Processionem transferri in Feriam secundam post Dominicam in Albis, & alibi servari, ait, consuetudinem cuiusque Dioecesis.

Si Processio Litaniarum Majorum terminetur ad Ecclesiam S. Marci, contetur ibi Missa de S. Marco, non vero de Rogationibus. S. R. C. 23. Maii 1603. in Hispaniæ apud Merat. ind. Decr. Miss. nu. 18. In hujusmodi Decreto sermo esse non potest de casu, quo Festum S. Marci incidat in Feriam secundam, vel tertiam Paschæ, hoc enim casu prohibet Rubr. gen. Miss. tit. 6. celebrare Missam solemnem de Feste quod transferri debet, atque adeo de Feste S. Marci, cuius Officium in dicto casu transferendum est post Octavam Paschæ. Sermo igitur est in Decreto de casu, quo in Ecclesia S. Marci ea die liceat saltem Missam solemnis de Feste S. Marci; ut quidem licet post Triduum Paschæ a Feria quarta infra Octavam; quæ tunc Missa cum sit votiva, non erit in ea subdendum duplex Alleluja post Ite, Missa est: Merat. to. 1. par. 4. tit. 11. n. 9. & quamvis Praefatio sit propria de Apost. at vero Communicantes, & Hanc igitur e-

Q q 2 rit

sit proprium de Octava. Non dicitur Graduale, quod solum convenit Missæ Paschali, seu propriæ de Octava Paschæ; sed dicitur quoad duplex Alleluia cum duobus versibus. Vide dicenda tr. 2. l. 5. part. 2. in ejus 1. par. c. 2. n. 2.

*Occurrente Festo S. Marci infra Octavam Paschæ, in Missa Rogationum non est dicendum Credo. S. R. C. 5. Julii 1698. in Collen. apud Cavalto. 5. c. 12. n. 16. (alias per eratorem 17.) Non dicitur Credo: Ex eadem ratione, ex qua non dicitur in Dominica, si hæc Missa Rogationum, seu Litaniarum dicitur in Dominica; nimis quia est Missa Ferialis; ut observant Caval. 1. cit. & Merat. cit. n. 10. Ideoque nec dicitur Gloria in excelsis, & in fine non dicitur Ite Missa est; sed Benedicamus Domino; sine Alleluja. Merat. 1. cit. 2. Or. Concede 3. Ecclesiæ; vel pro Papa. Merat. loc. cit. Infra eamdem Octavam Paschæ in dicta Missa Litaniarum dicitur Præfatio Paschalis cum V. in hac potissimum die; O Communicantes, O hanc igitur proprie Octavæ Paschæ. Vide Caval. tom. 5. c. 14. nu. 63. Merat. cit. n. 10.*

### §. III.

#### *De Abstinentia, & Jejunio.*

3<sup>2</sup> Quo. An possit, aut debeat abstinentia, sive jejunium servari in hebdomada Paschali, si in ea Litanie Majores occurrant, in illis locis, ubi præfata adlit obligatio, secundum dicta art. 7. n. 25.

R. La-Croix lib. 4. qu. 208. §. 3. nu. 1291. nonnullas praxes referens testatur, quod cum Festum S.

Marci an. 1685. incidisset in Feriam quartam infra Octavam Paschæ, eo anno abstinentia ab aliquibus plane omissa fuerit; sed cum in eundem diem incidisset an. 1696. translato Festo, & habitis eo die Litaniis, abstinentia ex mandato Ordinarii observata fuerit eodem die per Diœcesim Monasteriensem. Rursus testatur, quod incidente Festo S. Marci in Feriam secundam, aut tertiam Paschæ, abstinentia, Litaniæ, & Processio transferantur Parisiis in Feriam secundam post Dominicam in Albis: & alibi servetur consuetudo eiususque diœcesis. Denique quod anno 1707. in Archidiœcesi Colonensi, cum Festum incidisset in Feriam secundam Paschæ, eo die habitæ fuerint Litaniæ & Processio, Festo translato; sed eo anno plane omessa fuerit abstinentia.

Verum Sacra Congregatio Rituum declaravit, quod, Si Festum S. Marci occurrit in die Paschatis, Processio cum Litaniis transportur in Feriam tertiam sequentem, juxta Rubricam particularem Missalis; & si alicubi fit abstinentia, vel jejunatur, servanda est consuetudo a Regularibus. S. R. C. 14. Febr. 1705. in una Capucinorum Galliæ, apud Merat. ind. Decret. Miss. nu. 589. Videtur quod Sacra Congregatio interrogata fuerit: an occurrente Festo S. Marci in Dominica Paschæ, Litaniæ transferendæ essent post Hebdomadam Paschæ, ubi in Litaniis Majoribus jejunium celebraretur? & an hujusmodi locali consuetudine jejunandi, etiam Regulares tenerentur? Ratio dubii prioris esse potuit, quia ex una parte, ubi est consuetudo jejunandi in Litaniis Majoribus, jejunium celebrandum est eadem die, qua

qua Litaniae recitantur; ita ut si  
hæ transferantur a die 25. Aprilis,  
simul jejuniū transferendum sit,  
uti notavimus superius num. 25. ex  
altera parte, occurrentibus Litanis Majoribus in die Paschæ transferendæ sunt in Feriam tertiam sequentem: uti notavimus supra nu. 28. atque adeo infra hebdomadam Paschæ. Ex tertia denique parte, non videbatur esse jejuniū celebrandum infra Octavam Paschæ. Conferantur dicenda tr. 2. lib. 5. par. I. c. 4. n. 1. maxime in prædicta Feria tertia, quæ Festiva est, & videtur facere unum cum ipsa Dominica Paschæ: vide dicenda tr. 2. in Domin. Refur. art. 7. n. 32. & 34. stantibus his, dubitatum proculdubio fuit: utrum, ubi esset consuetudo jejunandi in Litanis Majoribus, his occurrentibus in die Pa-

schæ, transferendæ forent post hebdomadam Paschæ, ne jejuniū omittetur? & S. Congregatio respondit: etiam in præfatis locis servandam esse Rubricam particularem Missalis, præscribentem, Litanias Majores in casu prædicto transferri in Feriam tertiam infra Octavam Paschæ: nec ideo tamen in locis illisdem jejuniū omittendum, sed eadem Feria celebrandum. Licere utique Paschali etiam tempore jejunare docebimus tr. 2, cit. c. 4. qu. 1. & videri etiam possunt dicenda eodem tr. 2. in Fer. 2. Rogationam, qu. 2.

Denique eadem S. C. declaravit consuetudinem prædictam jejunandi, vel abstinendi in Litanis, servandam esse etiam a Regularibus; pro qua re videri etiam possunt dicenda 7. Decembr. art. 4. qu. 5.

## C A P U T X I X.

### N O T A N D A X X V I . A P R I L I S .

#### E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

**A r t . I . De Horis Canonicis.**

**A r t . II . De Missa .**

#### A R T I C U L U S I .

*De Horis Canonicis:*

I **T**N Calend. Rom. S. S. M. M. P.  
P. Cleti, & Marcellini iemid.  
Le&t. 1. No&t. de Script. occurr. 2.  
No&t. prop. 3. No&tur. de Comm.  
M. M. tempore Paschali 2. loco.  
Reliqua de eod. Comm. Or. propr.  
& fit in Laud. Comm. de Cruce

tit temp. Pasch. 2. Vesp. de eod.  
Festo, & fit Com. de Cruce, ut  
temp. Pasch.

Si hoc Festum celebretur Feria 2.  
II. Rogationum, Lectiones primi  
No&turi sumuntur ex Communi  
plur. M. M. extra tempus Paschalem:  
*Fratres:* & IX. Le&tio legitut  
de Homilia Feriae. Similiter si ali-  
quod ex sequentibus Festis occurrat  
dicta Feria secunda, aut in Vigilia  
Ascen-

Ascensiones, in primo nocturno leguntur Lectiones, quæ habentur in Communi illius Sancti (extra tempus Paschale, si sit Martyr.) nisi proprie assignentur, vel ponendum sit initium alicujus Epistolæ Dominiæ præcedentis, quod omisum fuerit ob aliud Festum in ea celebratum, in quo proprie Lectiones assignatae sint. Rubr. Brev. hic.

**3** Nota hic: S. Marcellinum P. in Breviar. Rom. dici passum in persecuzione Diocletiani; in Martyrologio autem in persecuzione Maximiani. Nulla tamen discrepantia: eadem enim fuit persecutio. Animadversum vero est: Imperatorem, quem S. Marcellinus adiisse dicitur in Breviario, non fuisse Diocletianum, sed Maximianum: ut animadvertis Gavantus de concordia Martyrol. cum Brev. loco, quem indicavit 19. Januar. art. I. num. 11. Quo ad Actus autem ejusdem S. Marcellini, qui significantur in Lectione Breviarii; videri potest Baronius ad annum Chr. 302. a numer. 102.

## ARTICULUS II.

## De Missa.

**T**u Festo S. S. M. M. P. P. Cle-  
ti, & Marcellini semid. Missa:  
Sancti tui. de com. M. M. temp.  
Pasch. I. Or. propr. 2. de B. V.  
Concede nos. 3. Ecclesiæ, vel pro P.  
Col. Param. rub.

In Canone in Oratione: *Communi-  
cantes*, ad nomen S. Cleti incli-  
netur caput, & ubi alias invocetur  
in Missa, ex Rubr. Miss. de rit.  
celebr. tit. 5. n. 2. Vide dicta 18. 5.  
Januar. art. 2.

**Qu.** An similiter sit inclinandum  
caput ad nomen S. Marcellini po-  
situm in eodem Canone, in Ora-  
tione: *Nobis quoque peccatoribus?*

**R.** Negative, quia ibi nomen  
Marcellini non appellatur S. Marcellinum P. de quo hodie celebratur  
Officium una cum S. Cleto: sed  
appellat S. Marcellinum Presbyterum,  
qui passus est una cum S. Pe-  
tro Exorcista, cui etiam in Cano-  
ne loco citato adnectitur, & de  
quo una cum latrato S. Petro Exor-  
cista recitatur Officium die 2. Ju-  
nii. Vide ibidicenda art. 2.



CA-

# C A P U T   X X .

N O T A N D A   XXVII.   A P R I L I S.

## A R T I C U L U S   U N I C U S .

*De Horis Canoniceis.*

**T**N Calend. Rom. in Vesp. Pf. de  
Feria, a Cap. fit de sequ. Festo

Simplici S. Vitalis M. de communi  
un. Martyris tempore Paschali. Or.  
de comm. un. M. non P. i. loco,  
& fit Commem. Crucis ut tempor  
Pasch.

# C A P U T   X X I .

N O T A N D A   XXVIII.   A P R I L I S.

## E X P L I C A N T U R   A R T I C U L I S   II .

Art. I. *De Horis Canoniceis.*

Art. II. *De Missa.*

## A R T I C U L U S   I .

*De Horis Canoniceis.*

**T**N Calend. Rom. S. Vitalis Mart.  
A simpl. Nostur. Feriae , 1. & 2.  
lect. de Script. occurr. 3. 4. propr.  
reliqua de comm. un. Mart. temp.  
Pasch. Or. de comm. un. M. non  
P. i. loco, & fit Commem. de Cru-  
ce ut temp. Pasch. Vesp. de sequ.  
Festo S. Petri M. dupl. de comm.  
un. M. temp. Pasch. Or. propr.

## A R T I C U L U S   I I .

*De Missa.*

**T**N Festo S. Vitalis M. simpl. Mis-  
sa de comm. un. M. non P. i.  
loco temp. Paschali . 2. Or. de B.  
V. Concede nos. 3. Ecclesia, vel pro  
P. col. param. rub.

C A.

## C A P U T   X X I I .

N O T A N D A   X X I X .   A P R I L I S .

## E X P L I C A N T U R   A R T I C U L I S   I I I .

A r t .   I .   *D e H o r i s C a n o n i c i s .*A r t .   I I .   *D e M i s s a .*A r t .   I I I .   *D e I n d u l g e n t i i s .*

## A R T I C U L U S   I .

*D e H o r i s C a n o n i c i s .*

- N** Calen. Rom. S. Petri M. dupl.  
 1. lect. 1. Noct. de Script. occurrit.  
 2. Noct. propr. 3. Noct. de comm.  
 M. M. temp. Paschali 1. loco. Or.  
 propr. reliqua de comm. un. Mart.  
 temp. Paschali. In 2. Vesp. a Ca-  
 pit. de sequ. Festo S. Catharinæ Se-  
 nensis Virg. dup. de comm. Virg.  
 non M. Or. propr. & fit Commem.  
 præced.  
 2. Si Festum S. Petri M. celebretur  
 extra tempus Paschale, 3. Noct. e-  
 rit de comm. un. M. extra temp.  
 Pasch. 1. loco. Vide dicenda art.  
 sequ.

## A R T I C U L U S   I I .

*D e M i s s a .*

- N** Festo S. Petri M. dupl. Missa 3  
 ut in propr. col. param. rub.  
 In assignatione Missæ, & Evange- 4  
 liorum, quæ debentur extra tempus  
 Paschale S. S. Martyribus Stanislaoo  
 Pontifici, Petro, & S. S. Nero, &  
 Acbilleo, servanda sunt Rubricæ ge-  
 nerales. S. R. C. 18. Septembr. 1666.  
 in Romana. Apud Merat. Ind. De-  
 cret. Miss. n. 427.

Quando Festum S. Petri M. trans-  
 fertur extra tempus Paschale, Evan-  
 gelium erit: Si quis venit ad me.  
 S. R. C. 5. Maij 1736. in Einsid-  
 len. apud Cayal. to. 5. c. 11. num.  
 16. Vide dicenda tr. 2. lib. 6. par.  
 1. c. 1. n. 8. & c. 2. n. 3.

## A R T I C U L U S   I I I .

*D e I n d u l g e n t i i s .*

- N** Festo S. Petri M. habetur Ind. 5  
 Plen. in Ecclesiis Patrum, & Mo-  
 nialium Ordinis S. Dominici. Six-  
 tus V. Constit. 19. pag. 457. To-  
 mi 5. Bullarii Ordinis Prædicato-  
 rum. Plaz. hod.

C A -

# C A P U T    XXIII.

## N O T A N D A    XXX.    A P R I L I S.

### E X P L I C A N T U R    A R T I C U L I S    IV.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Indulgentiis.*

Art. IV. *De Jejunio.*

### A R T I C U L U S    I.

#### *De Horis Canoniciis.*

1 *VN Calend. Rom. S. Catharinæ Senensis. Virg. dupl. le&t. 1. No&t. de Script. occurr. 2. No&t. propr. 3. No&t. de comm. Virg. 1. loco. Or. propr. reliq. de comm. Virg. non M. Vesp. de sequ. Festo dupl. 2. cl. S. S. App. Philippi, & Jacobi ut in propr. & communi Ap. temp. Pasch. & fit Com. præced.*

2 *S. S. Apostoli Philippus, & Jacobus non habent Vigiliam, seu Officium Vigiliæ. Profecto ex Rubr. gen. Brev. tit. 6. nū. 1. De Vigilia fit Officium in omnibus Vigiliis per annum, quæ jejunantur, ubi in Calendario adnotatur hæc vox Vigilia. At neque in Calendario sibi die hac 30. April. adnotatur hæc vox Vigilia; neque hac die 30. præcedente Festum horum S. S. Apostolorum jejunatur, quia est tempus Paschalis, ut notabimus art. 4.*

3 *Si Officia Sanctorum sequentia occurrerint infra O&t. Ascensionis, ac etiam in Feria VI. post O&t. prædictam, tunc recitanda adhuc erunt juxta ritum temp. Paschal. sed in fine omnium hymnorum (dummodo hymni sint ejusd. metri, ac est*

TOM. II.

versus sequens: *Jesu tibi;* & non habuerint ultimum versum proprium: dicatur: *Jesu tibi sit gloria, qui visor in Cælum redi, cum Patre, & almo Spiritu, in sempiterna facula.* Amen.

### A R T I C U L U S    II.

#### *De Missa.*

1 *VN Festo S. Catharinæ Senensis Virg. 4 dupl. Miss. ut in propr. col. param. alb.*

*S. S. Apostoli Philippus, & Jacobus non habent Vigiliam, seu Missam Vigiliæ, quemadmodum nec Officium, ut notavimus art. præc. quia est temp. Pasch. Porro ex Rubr. gen. Miss. tit. 3. n. 6. tempore Paschali non dicitur Missa de Vigilia, nisi in Vigilia Ascensionis.*

*Noto hic Decretum S. C. Conc. 6 in favorem eorum, quos respicit, in una Fulginaten. in qua ad sequens dubium: An delatio Venerabilis, quæ singulis annis fieri solet die ultima Aprilis per Civitatem post expositionem XL. horarum, sit facienda a Capellano Confraternitatis, vel potius a Parocco? Respondit: Delationem esse faciendam a Capellano Confraternitatis de scientia Episcopi. S.*

R. C. C.

C. C. 18. Maji 1726. apud Cavalierius tom. 4. c. 19. num. 13. d. 38. Vide dicenda tr. 2. infra Oct. Corp. Chr. n. 66.

### ARTICULUS III.

*De Indulgentiis.*

7 MN Festo S. Catharinæ Senensis V.  
Ind. Plen. in Ecclesiis Patrum Prædicatorum, & Religiosorum ejusdem Ordinis. Sixtus V. Constit. 19. pagin. 457. Tomi 5. Bullarii Ordinis Prædicatorum. Plaz. 30. April.

### ARTICULUS IV.

*De Jejunio.*

8 S. S. Apostoli Philippus, & Jacobus non habent Vigiliam, hoc est, non præscribitur jejunium die hac præcedente Festum eorum. Constat ex Innocentio III. relato in C. *Confilium de obseruat. jejunior.* ubi hæc habet Pontifex: *Consultationi*

sue taliter respondemus, quod omnium Apostolorum Vigilia sunt in observatione jejunii celebranda, præter Vigiliæ Apostolorum Philippi, & Jacobi, & Beati Joannis Evangelistæ, quoniam ipsorum solemnitas infra solemnitatem Paschalem, istius autem infra Natalem Domini celebratur. Et notant Salmant. tom. 5. tr. 23. de 3. Decal. præc. c. 2. pu. 5. §. 1. n. 93. Reiffenst. to. 3. lib. 3. tit. 46. de observat. jejunior. Gavant. in Rubr. Brev. Sect. 7. cap. 7. ad diem 1. Maji. Armilla V. Jejun. nu. 2. Sylvest. V. Jejun. qu. 1. n. 5. Durand. in Ration. l. 6. c. 7. n. 16. Tolet. Instruct. Sacerd. lib. 6. c. 3. nu. 1. Azor. Instit. Moral. part. 1. lib. 7. c. 13. qu. 4. Filliac. tom. 2. tract. 27. part. 2. c. 5. qu. 10. nu. 101. Less. de iust. lib. 4. c. 2. dubit. 9. n. 66. & cæteri communiter agentes de hac materia.

Cur autem, ex eo, quod Vigilia horum SS. Apostolorum veniat intra tempus Paschale, non jejunetur? Explicabimus tr. 2. lib. 5. par. 1. c. 4. n. 4.

FINIS TOMI SECUNDI.

ELEN-

# E L E N C H U S

Librorum, Partium, Capitum, Articulorum, Sectionum, Subsectionum,  
Paragraphorum, Questionum.

## T O M I   S E C U N D I

### DIARII LITURGICO-THEOLOGICO-MORALIS.

#### TRACTATUS PRIMI

##### L I B E R   III.

Sacri Ritus Institutiones Ecclesiasticae  
Morumque disciplina notanda singulis  
Mensibus, atque diebus Anni Civilis.

**P**ARS I. Not. quolibet Mense in ge-  
nere. Pag. 3

CAP. I. De Mensium computatione  
moralis Ecclesiastica, sive usuali. pag. 4

CAP. II. De Officio Defunctorum.  
pag. 7

CAP. III. De Missa. pag. 8

CAP. IV. De Officiis Votivis men-  
struis. pag. 9

CAP. V. De nonnullis Indulgentiis,  
quae obtineri possunt semel singulis men-  
sibus. pag. 10

Sect. I. De Ind. plen. pro Communione  
generali menstrua. ibid.

Subsect. I. Questiones circa diem In-  
dulgientiae Communionis generalis. pag. 11

Quæst. I. Si in formula concessionis In-  
dulgientiae hujus, ad illam lucrandam,  
designetur una ex Dominicis cuiuslibet  
mensis: an dies Communionis generalis  
menstrua debeat omnino esse Domini-  
ca? ibid.

Quæst. II. Si ad hanc Indulgientiam ce-  
lebrandam præfigatur prima Dominica  
mensis, utrum hæc sit, quæ vicinior est  
Calendis, ut solet juxta Rubricas Bre-  
viarii Romani: aut quæ prima occurret  
in mense? ibid.

Quæst. III. Si ad hanc Indulgientiam  
lucrandam non præfigatur certa Dominica  
mensis prima, vel secunda &c. sed sim-  
pliciter una ex Dominicis cuiuslibet men-  
sibus: utrum ab una Dominica, in qua hæc

Indulgencia celebratur, debeat omnino  
intercedere dies tringa? ibid.

Quæst. IV. Utrum, si dies ultima men-  
sис sit Dominica, possit in ea fieri Com-  
munionis generalis pro mense proxime se-  
quenti: & contra? ibid.

Quæst. V. An dies designatus, in hac  
re computandus sit a primis Vesperis ad  
secundas: vel a media nocte ad medianam  
noctem? ibid.

Subsect. II. Questiones quo ad locum,  
in quo conceditur Indulgencia Commu-  
nionis generalis. pag. 12

Quæst. I. Si hæc Indulgencia concessa  
sit celebrari in Ecclesia propria, vel et-  
iam aliena sæculari: an possit nibilomini-  
mus eligi Ecclesia Regularis? ibid.

Interrog. Quid hic veniat nomine Ec-  
clesiaæ sæcularis, in qua supponimus, fa-  
cilitatem haberi, etiam celebrandi hanc  
Indulgenciam? ibid.

Quæst. II. An posita supradicta con-  
cessione, eligi possit, pro hac Indulgencia  
celebranda, Ecclesia Parochialis Regula-  
ribus subjecta? pag. 13

Quæst. III. An possit eligi Ecclesia  
Monialium Episcopo loci, seu Ordinario  
subjecta? ibid.

Quæst. IV. An a præfatis possit eligi  
Ecclesia sæcularis, ad hanc Indulgenciam  
celebrandam, eodem die, quo ipsi in  
propria Ecclesia celebrent eamdem in eo-  
dem loco e. g. Civitate? ibid.

Quæst. V. An saltem diverso die in-  
tra mensem eamdem? ibid.

Quæst. VI. Si alicui Regularium hanc  
Communionem celebrare, concessionem sit,  
eorumdem Regularium sollicitudine: an  
ipsi possint concedere Ecclesiis sæcularibus,  
seu Rectoribus earam, ut ii per se solos  
ibi celebrent illam? ibid.

R r 2 Quæst.

**Quæst. VII.** Si concessio sit pro hac Indulgencie celebranda in Ecclesia propria, vel qualibet alia sæculari, ubicumque existenti: an ubi nulla sit hujusmodi Regularium Domus, seu Ecclesia, possint iidem eligere Ecclesiam sæcularem pro hac Indulgencie in ea celebranda? *ibid.*

**Quæst. VIII.** Si concessio sit pro hac Indulgencie celebranda in Ecclesiis etiam alienis sæcularibus de licentia Ordinariorum locorum, iltarumque Rectorum consensu: an Superiores locales talis Domus Regularis, aut alii, quibus ipsi commiserint, possint designare Ecclesiam sæcularem, in qua hæc Communio celebatur?

pag. 14

**Interrog. I.** Quid veniat nomine Ordinarii loci, cuius licentia requiritur ad dictam causam? *ibid.*

**Interrog. II.** Quid veniat nomine Rectorum Ecclesie sæcularis? *ibid.*

**Quæst. IX.** An hæc Indulgencie possit, in aliena sæculari Ecclesia celebrari solo folius Rectoris ejus requisito consensu? *ibidem.*

**Quæst. X.** An sufficiat fidentia Ordinarii præsumpta, vel tacita, aut ratificatione de futuro? *ibid.*

**Quæst. XI.** An, si Rector Ecclesie sæcularis renuat, in sua ipsis Ecclesia Communionem hanc celebrari, possit nibilominus in ea celebrari cum sola Ordinarii loci fidentia? *ibid.*

**Quæst. XII.** Utrum in Ecclesia Parochiali, in qua duo sint Parochi, requiratur utriusque consensus: si dicatur: Rectorum Ecclesie consensus omnino requiri ad hanc Indulgenciam lucrandam? *pag. 15*

**Subsec. III.** Quæstiones quo ad opera inuncta pro hanc Indulgenciam lucranda. *pag. 15*

**S. I. De Confessione.** *ibid.*

**Quæst. I.** Cum hæc Indulgencie concordata Fidelibus vere paenitentibus, & confessis: utrum Sacramentalis Confessio omnino sit præmittenda etiam ab eo, qui non est sibi conscientis mortalis, sed peccati tantummodo venialis? *ibid.*

**Quæst. II.** An Confessio fieri debeat ipso eodem die, cui affixa est Indulgencia?

**S. II. De Communione.** *pag. 16*

**Quæst. I.** Utrum Communio hæc debeat omnino fieri in Ecclesia designata pro Communione generali? *ibid.*

**Quæst. II.** An illis, qui communicacione valent in Ecclesia designata ad hanc Indulgenciam celebrandam, possit in opus aliud Communio commutari? *ibid.*

**Quæst. III.** An Communio hæc debeat omnino recipi de manibus talium Regularium, seu Rectorum Ecclesie, quorum solicitudine hæc Indulgencie sit celebranda?

**Quæst. IV.** An Communio valeat facta die præcedenti? *ibid.*

**S. III. De Visitatione Ecclesie, & Oratione,** *ibid.*

**Quæst. I.** Utrum Visitatio, & Oratio fieri debeat in eadem Ecclesia, in qua Communio?

**Quæst. II.** An Visitatio, & oratio hæc fieri possit in Vesperis diei præcedentis? *ib.*

**Quæst. III.** Pontifex exigit, ut oretur pro Christianorum Principi concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione: jamvero videntur simplices, pueri, & idiotæ personæ non valero in oratione expresso ad hæc intendere, & pro his orare: cum certo difficulter valeant hæc in mente retinere, quid ergo? *ibid.*

**Subsec. IV.** Quæstiones ulteriores circa hanc Indulgenciam. *pag. 17*

**Quæst. I.** Utrum hanc Indulgenciam lucrari possint non habentes Bullam Cruciatæ in Regnis, ubi hæc promulgator? *ibidem.*

**Quæst. II.** Utrum hæc Indulgencie sufficiuntur: adeoque promulgari, & celebrari nequeat tempore Jubilæi anni Sancti?

**Quæst. III.** Utrum tempore Interdicti localis generalis possint solemniter pulsari campanæ, ad commonendum populum de hæc Indulgencie Communionis generalis? *ibid.*

**Quæst. IV.** Utrum ad lucrandam Indulgenciam hanc, sit necessaria expositio solemnis Eucharistie? *pag. 18*

**Sect. II.** Indulgencia concessa orantibus pro Mortientibus, seu Animam agentibus. *pag. 18*

**Sect. III.** Indulgencia pro Oratione mentali. *ibid.*

**Sect.**

Sect. IV. Indulgentia pro Corona Domini. ibid.

Sect. V. Indulgentia pro Corona septem Dolorum B. V. pag. 19

Sect. VI. Indulgentia pro Supplicatione publica, seu Processione SS. Rosarii. ib.

Sect. VII. Indulgentia pro Salutatione Angelica ad pulsum campanæ. ibid.

CAP. VI. De Reservatione Beneficiorum, & Alternativa. pag. 20

## P A R S S E C U N D A.

### Libri III.

NOT. singulis Anni Civilis Mensibus, atque Diebus sigillatim. pag. 21

NOT. Mense Januario. ibid.

PARS I. Not. Mense Januario in genere. ibid.

s. I. De numero dierum. ibid.

s. II. De Reservatione Beneficiorum, & Alternativa. ibid.

s. III. De Constitutionibus Pontificiis legendis. ibid.

PARS II. Mensis Januarii. Not. singulis sigillatim diebus. pag. 22

CAP. I. Not. I. Januarii. ibid.

Art. I. De Institutione, & observantia Festi Circumcisionis Domini. ibid.

Quæst. I. Quandonam Circumcisionis Domini Festum fuerit institutum? pag. 23

Quæst. II. Quænam fuerit ratio institutionis hujus Festi? pag. 24

Art. II. De Horis Canoniciis. pag. 27

Art. III. De Missa. pag. 28

Art. IV. De Indulgentiis. ibid.

Art. V. De Superstitutionibus. ibid.

Quæst. An sit superstitio, ex faustis, vel infaustis successibus primæ diei anni Civilis existimare, totum annum futurum faustum, vel infaustum? ibid.

CAP. II. Not. II. Januarii. pag. 29

Art. I. De Horis Canoniciis. ibid.

Art. II. De Missa. ibid.

Totidem articulis similia not. diebus 3. & 4. pag. 30. 31. & 32

CAP. V. Not. V. Januarii. pag. 34

Art. I. De Horis Canoniciis. ibid.

Art. II. De Missa. pag. 35

Art. III. De Jejunio. pag. 36

Art. IV. Not. pro benedictione mensæ, & gratiarum aliquone. pag. 37

Art. V. De peculiari quodam ritu benedicendi aquam in Vigilia Epiphaniæ. pag. 38

CAP. VI. Not. VI. Januarii. pag. 38

Art. I. Not. in Festo Epiphaniæ. ibid.

Sect. I. De Institutions, & observantia Festi. ibid.

Quæst. I. Quandonam hæc Festivitas fuerit instituta? pag. 39

Quæst. II. Quænam sit causa hujus observationis, & prædictæ solemnitatis? ib.

Quæst. III. Utrum prædictæ tres manifestaciones hodie contigerint omnes: die scilicet sexta Januarii? pag. 41

Sect. II. De Horis Canoniciis. pag. 46

Quæst. I. Cur Officium, seu Matutinum in Festo Epiphaniæ incipiat ex abrupto, absque consueto initio? pag. 47

Quæst. II. Quare Psalmus: *Venite exultemus*: qui in Epiphania recitatur in tertio Nocturno, discrepet, non quidem in sententia, sed in nonnullis verbis, ab eodem Psalmo, qui consuevit recitari per annum initio Matutini ad Invitatorium? pag. 50

Sect. III. De Missa. pag. 52

Subsect. I. De Ritu Missæ hodiernæ. ibidem.

Subsect. II. De celebratione, & auditione Missæ in Oratorio privato. ibid.

Quæst. I. Quid hic veniat nomine Oratorii privati? pag. 53

Quæst. II. Quænam sint Festa solemnia, quæ excluduntur a privilegio Oratorii privati? ibid.

Quæst. III. An prædicta exceptio facta pro Natali Domini, Paschate, & Pentecoste, intelligatur ita ut solum excipiat primum diem Festum Natalis, Dominicæ Resurrectionis, & Dominicæ Pentecostes; non item reliquos sequentes dies? pag. 55

Quæst. IV. An diebus prædictis exceptis int privilegio, si quis audiret nihil minus Missam in Oratorio privato, satisfaceret præcepto Ecclesiæ, audiendi Missam? pag. 56

Quæst. V. An saltem per Bullam Cruciatæ liceat celebrare, & Missam audire in Oratorio privato diebus prædictis? ibidem.

Sect. IV. De Functionibus Pontificiis.

pag. 57

Sect.

### 318 Elenchus Librorum, Partium, Capitum, &c.

- Sect. V. Not. pro Defunctis in die Epiphaniæ. ibid.  
 Sect. VI. De Indulgentiis. pag. 58  
 Sect. VII. De benedictione mensæ, & gratiarum actione. ibid.  
 Art. II. Not. infra Octavam Epiphaniæ. ibid.  
 Sect. I. Not. infra Octavam in generali. ibid.  
 Subsect. I. De Horis Canonicis. ibid.  
 Subsect. II. De Missa. pag. 60  
 Sect. II. Not. infra Oct. Epiphan. in aliquibus diebus. pag. 62  
 Subsect. I. Not. in Sabbato infra Oct. Epiph. ibid.  
 §. I. De Horis Canonicis. ibid.  
 §. II. De Missa. ibid.  
 Subsect. II. Not. in Dominica infra Oct. Epiphan. ibid.  
 §. I. De Horis Canonicis. pag. 63  
 §. II. De Missa. pag. 64  
 CAP. VII. Not. VII. Januarii. pag. 65  
 Art. I. De Horis Canonicis. ibid.  
 Art. II. De Missa. ibid.  
 Art. III. De celebratione Nuptiarum. ibidem.  
 CAP. VIII. Notanda VIII. Januarii. pag. 66  
 Art. I. De Horis Canon. ibid.  
 Art. II. De Missa. ibid.  
*Totidem articulis similia notantur sequentibus diebus usque ad diem 31. inclusus.* a pag. 67. ad 71  
 CAP. XIV. Not. XIV. Januarii. pag. 74  
 Art. I. De Horis Canon. ibid.  
 Art. II. De Missa. pag. 91  
 Art. III. Not. pro benedictione mensæ, & gratiarum actione. pag. 92  
 CAP. XV. Not. XV. Januarii. pag. 93  
 Art. I. De Horis Canon. ibid.  
 Art. II. De Missa. ibid.  
 Art. III. De Indulgentiis. ibid.  
 CAP. XVI. Not. XVI. Januarii. pag. 94  
 Art. I. De Horis Canon. ibid.  
 Art. II. De Missa. ibid.  
 Art. III. De Indulgentiis. pag. 95  
 CAP. XVII. Not. XVII. Januarii. pag. 95  
 Art. I. De Horis Canon. ibid.  
 Art. II. De Missa. ibid.  
 Art. III. De pane benedicto in die S. Antonii Ab. & benedictione animalium. pag. 96  
 Art. IV. De quadam observantia variata. ibid.  
 Quæst. An sit superstitione die S. Antonii Ab. novies circumducere Jumenta per templum illius, ad aliquid obtainendum a Sancto? ibid.  
 CAP. XVIII. Not. XVIII. Januarii. pag. 97  
 Art. I. De Horis Canon. ibid.  
 Art. II. De Missa. pag. 99  
 CAP. XIX. Notanda XIX. Januarii. pag. 100  
 Art. I. De Horis Canon. ibid.  
 Art. II. De Missa. pag. 104  
 CAP. XX. Notanda XX. Januarii. pag. 105  
 Art. I. Utrum Fessum S. Sebastiani sit in foro servandum ex præcepto? ibid.  
 Art. II. De Horis Canon. pag. 106  
 Art. III. De Missa. ibid.  
 CAP. XXI. Notanda XXI. Januarii. pag. 107  
 Art. I. De Horis Canon. ibid.  
 Art. II. De Missa. pag. 108  
*Totidem fere articulis similia notantur sequentibus diebus 22. 23. & 24. a pag. 109. ad 113.*  
 CAP. XXV. Notanda XXV. Januarii. pag. 113  
 Art. I. De Horis Canon. ibid.  
 Art. II. De Missa. pag. 114  
 Art. III. De Indulg. pag. 115  
 Art. IV. De Superstitionibus. ibid.  
 Quæst. I. An sit superstitio, si quis ex aura, quæ est in Festo Conversionis S. Pauli Ap. velit conjicere, qualis sit futura per annum? ibid.  
 Quæst. II. An sint superstitiones, quos Siculi vocamus *Ciræulos*, qui eo quod mati sint nocte Conversionis S. Pauli, mendicentur felici, ut ajunt, successu, sputo, vel tactu morsibus venenosis? pag. 116  
 CAP. XXVI. Not. XXVI. Januarii. pag. 117  
 Art. I. De Horis Canonicis. ibid.  
 Art. II. De Missa. ibid.  
*Totidem fere articulis similia notantur reliquis diebus sequentibus.* a pag. 118 ad 124  
 NOT. Mense Februario. pag. 125  
 PARS I. Not. Mense Februario in generali. ibid.  
 §. I. De numero dierum. ibid.  
 §. II.

- |  |                    |  |                    |
|--|--------------------|--|--------------------|
| q. II. Not. pro Reservatione Beneficio-<br>rum, & Alternativa.   | ibid.              | Art. III. De pane benedicto in die S.<br>Blasii Ep. & M.   | pag. 167           |
| PARS II. Mensis Februarii : Not. sin-<br>gulis sigillatim diebus.  | pag. 126           | CAP. IV. Not. IV. Februarii.   | pag. 168           |
| CAP. I. Not. I. Februarii.   | ibid.              | Art. I. De Horis Canonicas.  | ibid.              |
| Art. I. De Horis Canonicas.  | ibid.              | Art. II. De Missa.   | ibid.              |
| Art. II. De Missa.   | ibid.              | Art. III. De Indulgent.  | ibid.              |
| Art. III. De Jejunio.  | ibid.              | <i>Totidem fere articulis similia notantur<br/>sequentibus diebus usque ad diem 32. in-<br/>clusive.</i>   | a pag. 169. ad 178 |
| CAP. II. Not. II. Februarii.   | pag. 127           | CAP. XIX. Notan. XXIII. Februarii.   | pag. 180           |
| Art. I. De Institutione, & observan-<br>tia Festi Purificationis B. M. V. ubi de<br>benedictione Puerarum.   | ibid.              | Art. I. De Horis Canon.  | ibid.              |
| Quæst. I. Quis hoc Festum instituerit?   | ibidem.            | Art. II. De missa.   | pag. 183           |
| Quæst. II. An hodierna Festivitas sit<br>B. Virginis, vel Christi Domini?  | ibid.              | Art. III. De Jejunio.  | pag. 187           |
| Interrog. I. Utrum benedictio puer-<br>rarum fieri possit extra Ecclesiam pro-<br>priam Parochialem: atque adeo in qua-<br>libet Ecclesia, puta, Regularium?   | 131<br>pag. 132    | Sect. I. De obligatione jejunandi in Vi-<br>gilia S. Mathiæ Ap.  | ibid.              |
| Interrog. II. An puerpera acatholica<br>excludenda sit ab hac benedictione puri-<br>ficationis?  | 132<br>pag. 132    | Sect. II. De jejunio S. Mathiæ occur-<br>Fer. II. aut III. post Dom. Quinquagesi-<br>mæ; vel Feria V. post Doma. Sexages.<br>pag. 190  |                    |
| Art. II. De Horis Canonicas.   | ibid.              | Subsect. I. Quæst. I. An incidente Vi-<br>gilia S. Mathiæ Ap. in Feriam secun-<br>dam, vel tertiam post Dominicam Quin-<br>quagesimæ, Episcopus possit pro tota sua<br>Diœcesi dispensare integræ, seu relaxa-<br>re, & omnino tollere obligationem jeju-<br>nii, & abstinentiæ a carne pro illa vi-<br>ce, & pro illo casu, ad vitandum scan-<br>dalum, & occasionem peccandi, & trans-<br>grediendi præceptum jejunii, & abstinen-<br>tiæ a carne, quam multi acciperent ex<br>Bacchannalibus? | ibid.              |
| Art. III. De solemnni benedictione, ac<br>distributione Cereorum, & subsequenti<br>Procesione.   | 136<br>pag. 136    | Subsect. II. Quæst. II. An incidente je-<br>junio Vigiliæ S. Mathiæ Ap. in Feriam<br>II. aut III. post Dom. Quinquagesimæ,<br>Episcopus possit in tota sua Diœcesi, aut<br>integra Civitate transferre obligationem<br>jejunii, & abstinentiæ a carne in alium<br>diem, ad vitanda scandalum, & occasio-<br>nem peccandi, seu transgrediendi præcep-<br>tum jejunii, & abstinentiæ, quam mul-<br>ti acciperent ex occasione Bacchanna-<br>lium?  | 191<br>pag. 191    |
| Paraphysis septem explicatur Ritus be-<br>nedictionis, & Processionis Candelarum in<br>die Purificationis B. V. deinde q. VIII. sol-<br>vuntur nonnullæ quæstiones circa bodigera-<br>m functionem Candelarum.               | a pag. 136. ad 152 | q. I. Exponitur sententia affirmativa.<br>ibidem.  |                    |
| Quæst. I. Quid sibi velit, & unde sit<br>Cæremonia prædicta hodierna Cande-<br>larum?  | 152<br>pag. 152    | q. II. Exponitur, & discutitur senten-<br>tia negativa.  | pag. 196           |
| Quæst. II. Utrum tempore Interdicti<br>localis generalis liceat peragere solemnem,<br>& publicam benedictionem hodiernam<br>Candelarum?  | 153<br>pag. 153    | q. III. Deciditur quæstio, & docetur,<br>quid tenendum in praxi?   | pag. 200           |
| Quæst. III. Utrum Cerei benedicti in<br>Festo Purificationis possint adhiberi ad<br>eosdem usus communes, atque profanos,<br>ad quos poterant prius, quam benedice-<br>rentur: absque timore ullo peccati etiam<br>venialis? | ibid.              | Subsect. III. Quæst. III. facultate ace-<br>pta a Summo Pontifice transferendi jeju-<br>nium Vigiliæ S. Mathiæ ob periculum<br>transgressionis occasione Bacchannalium,<br>cum   |                    |
| Art. IV. De Missa.   | pag. 160           |  |                    |
| Art. V. De Indulgent.  | pag. 165           |  |                    |
| Art. VI. Not. pro abstinentia a car-<br>ne.  | ibid.              |  |                    |
| CAP. III. Not. III. Februarii.   | pag. 166           |  |                    |
| Art. I. De Horis Canonicas.  | ibid.              |  |                    |
| Art. II. De Missa.   | ibid.              |  |                    |

## 320 Elenchus Librorum, Partium, Capitum, &c.

cum occurrat in Feria secunda; vel ter-  
tia post Dom. Quinquagesimæ, in quam  
diem transferri possit? pag. 210

*s. I. Prima opinio.* Translatio a Feria  
III. in præcedentem Feriam II. ibid.

*s. II. Secunda opinio.* Translatio a  
Feria III. in Feriam IV. Cinerum. ibid.

*s. III. Tertia opinio.* Translatio a Fe-  
ria II. vel III. in Sabbatum præcedens.  
pag. 213

Subsect. IV. Quæst. IV. Quoniam Bac-  
channalis licentia laxior esse solet etiam  
in Feria V. infra Sexagesimam: *vulgo*  
*Giovedì grasso:* præ cæteris præcedentibus  
Bacchannalibus diebus; ideo proxime ad  
quæstiones hactenus agitatas, quæri po-  
test: an ea quæ diximus pro translatio-  
ne facienda jejuniū hujus occurritis ulti-  
mis duobus Bacchannalibus, videlicet in  
Feria secunda, & tertia post Dom. Quin-  
quagesimæ, intelligi, ac dici similiter  
possint de Feria V. prædicta, si in eam  
incidat Vigilia S. Mathiæ, aut aliquod  
locale jejunium?  
pag. 215

CAP. XX. Notanda XXIV. Februa-  
rii. pag. 216

*Art. I. De observantia Festi S. Mathiæ  
Apostoli.* ibid.

*Art. II. De Horis Canon.* pag. 217

*Art. III. De Missa.* ibid.

*Art. IV. Not. in Festo S. Mathiæ oc-  
currente in die Cinerum.* ibid.

*Sect. I. De Hor. Canon.* ibid.

*Sect. II. De collatione Ordinum.* pa-  
gina 219

*Art. V. De quadam superstitione.* ibid.

Quæst. An sit superstitionum illud,  
quod nonnullæ mulierculæ faciunt in Fe-  
sto S. Mathiæ? Nimurum hederæ folia  
aquis imponunt ut cognoscere possint,  
cuiam debant nubere.  
ibid.

*Art. VI. Not. pro hac die in Anno,  
& mense Bissextili.* pag. 220

Quæst. I. Quoniam die celebrandum sit  
in anno communi Natale Sancti, qui  
obierit in anno Bissextili die 24. Februa-  
rii?  
pag. 221

Quæst. II. Utrum in anno, & mense  
Bissextili dies 24. & 25. Febr. computan-  
dæ sint pro unica, quando præfigitur  
certa ætas, vel certum tempus: ut est  
e. g. in Noviciatu, in Professione Reli-  
gioſa, in Ordinatione &c.  
pag. 222

CAP. XXI. Notanda XXV. Febrarii:  
pag. 224

*Art. Un. Not. in Anno, & mense  
Bissextili.* ibid.

*Notanda mense Martio.* pag. 226

*PARS I. Not. mense Martio in gene-  
re.* ibid.

*s. I. De numero Dierum.* ibid.

*s. II. De Reservatione Beneficiorum,  
& Alternativa.* ibid.

*s. III. De Indulgent.* ibid.

*PARS II. Mensis Martii. Not. singu-  
lis sigillatim diebus.* pag. 228

*CAP. I. Not. I. Martii.* ibid.

*Art. Un. De Decret. Pontific. legen-  
da.* ibid.

*CAP. II. Not. III. Martii.* ibid.

*Art. Un. De Horis Canoniciis.* ibid.

*CAP. III. Not. IV. Martii.* pag. 229

*Art. I. De Horis Canon.* ibid.

*Art. II. De Missa.* ibid.

*Totidem fere articulis similia notantur,  
explicantur sequentibus diebus usque  
ad diem 18. inclusus. a pag. 230. ad*

*pag. 237*

*CAP. XIV. Notanda XIX. Martii.* pa-  
g. 238

*Art. I. De observantia Festi S. Joseph  
Sponsi B. M. V.* ibid.

*Art. II. De Horis Canoniciis.* ibid.

*Art. III. De Missa.* pag. 239

*Art. IV. De Indulgent.* ibid.

*Art. V. Not. in Festo S. Joseph occur-  
rit in hebdomada majori.* ibid.

*De Missa, & Processione.* ibid.

*Sect. I. Not. in Festo S. Joseph occur-  
rit in Fer. V. majoris hebdomadæ.* pag. 240

*Subsect. I. De Horis Canoniciis.* ibid.

*Subsect. II. De Missa, & observantia  
Festi S. Joseph occurrit in Fer. V. majo-  
ris hebdomadæ.* ibid.

*CAP. XV. Notanda XX. Martii.* pa-  
gina 242

*Art. Un. De Horis Canon.* ibid.

*CAP. XVI. Notanda XXI. Martii.* pa-  
g. 243

*Art. I. De Horis Canoniciis.* ibid.

*Art. II. De Missa.* pag. 244

*Art. III. De Indulgent.* pag. 245

*CAP. XVII. Notanda XXIV. Martii.* pa-  
g. 245

*Artci. Unicus. De Horis Canoniciis.* ibidem,

CAP.

- CAP. XVIII. Notanda XXV. Martii :**  
pag. 246.  
 Art. I. Not. in Festo Annunciationis  
B. M. V. in diebus non privilegiatis se-  
cundum Rubricas. ibid.  
 Sect. I. De Institutione, & Observan-  
tia Festi Annunciationis. ibid.  
 Quæst. I. An hæc Festivitas sit B. V.  
vel potius Christi Domini? ibid.  
 Quæst. II. Utrum Festum hoc sit de  
rigoroso præcepto? pag. 249  
 Quæst. III. Cur Festum Incarnationis,  
seu Annunciationis celebretur in Martio,  
die 25.? pag. 250  
 Quæst. IV. Qua hora diei Incarnatio-  
nis Mysterium fuerit peractum? pag. 251  
 Sect. II. De Horis Canonicis. ibid.  
 Sect. III. De Missa. pag. 252  
 Sect. IV. De Indulgentiis. pag. 253  
 Quæst. In casu, quo Annunciationis  
Festum transferri contingat: an simul In-  
dulgentiæ transferantur? ibid.  
 Art. II. Not. in Festo Annunciationis  
occurr. in quibusdam diebus privilegiatis  
secundum Rubricas. pag. 256  
 Sect. I. Not. in Festo Annunc. occurr.  
in Dom. 2. 3. & 4. Quadragesimæ, &  
in Dom. Passionis. ibid.  
 Sect. II. Not. in Festo Annunc. occurr.  
in hebdomada majori. pag. 259  
 Subsect. I. De Horis Canonicis. ibid.  
 Subsect. II. De Missa. ibid.  
 Subsect. III. Not. specialiter in Festo  
Annunc. occurr. in Feria V. majoris heb-  
domadæ. pag. 260  
 Subsect. IV. De translatione in Choro,  
& foro Festi Annunc. occurrentis in  
Feria VI. vel Sab. majoris hebdomadæ.  
pag. 261  
 Sect. III. De Festo Annunc. occurr. in  
hebdomada Paschali. pag. 263  
 NOT. Mense Aprili. pag. 270  
 PARS I. Not. Mense Aprilis in gene-  
re. ibid.  
 §. I. De numero dierum: ibid.  
 §. II. Not. pro Reservatione Beneficio-  
rum, & Alternativa. ibid.  
 PARS II. Mensis Aprilis. Not. singu-  
lis sigillatim diebus. pag. 271  
 CAP. I. Not. I. Aprilis. ibid.  
 Art. Un. De Horis Canonicis. ibid.  
 CAP. II. Not. II. Aprilis. ibid.  
 Art. I. De Horis Canonicis. ibid.  
 Tom. II.

- Art. II. De Missa. pag. 273  
 Art. III. De Indulgente. ibid.  
 Totidem fore articulis finitis notantur  
sequentibus diebus usque ad diem 22. in-  
clusos.  
**CAP. XVI. Notanda XXII. Aprilis :**  
pag. 284  
 Art. I. De Horis Canonicis. ibid.  
 Art. II. De Missa. ibid.  
 Art. III. De Nummo, ut vocant, S.  
Georgii. pag. 285  
 Quæst. An sit vana observantia, &  
supersticio, si quis gestet Nummum S.  
Georgii cum fiducia se non casum ex-  
equo: vel si cadat, casum fore inno-  
xiuum? ibid.  
**CAP. XVII. Notanda XXIV. Aprilis.**  
ibidem.  
 Art. I. De Horis Canonicis. ibid.  
 Art. II. De Missa. ibid.  
**CAP. XVIII. Notanda XXV. Aprilis,**  
pag. 286  
 Art. I. An Festum S. Marci Evangelistæ  
sit servandum universaliter ex præ-  
cepto in foro? ibid.  
 Art. II. De Horis Canonicis. ibid.  
 Art. III. De Missa. pag. 287  
 Art. IV. De Litanis Majoribus in Fe-  
sto S. Marci Evang. & Minoribus in tri-  
duo Rogationum. ibid.  
 Sect. I. De Institutione Litaniarum, &  
obligatione eas recitandi. ibid.  
 Quæst. I. Quis Litanias instituerit ho-  
diernas; cur Majores nuncupentur; &  
cur hodie recitentur? pag. 288  
 Quæst. II. An, & qualis obligatio sit,  
recitandi Litanias Sanctorum in Festo S.  
Marci Evangelistæ, & tribus diebus Ro-  
gationum? pag. 289  
 Sect. II. De translatione Litaniarum  
Majorum. pag. 290  
 Sect. III. An dictæ Litanie possint pri-  
vatim pridie recitari? ibid.  
 Sect. IV. An Litanie Majores, & Mi-  
niores possint recitari post Horas mino-  
res, sive mane, sive sero ipsa die Lita-  
niarum? pag. 291  
 Sect. V. De Ritu recitandi Litanias  
Majores, & Minores. pag. 297  
 Subsect. I. De recitatione Litaniarum  
privata. ibid.  
 Subsect. II. De recitatione solemnii Li-  
taniarum, & Processione. pag. 299  
 Sf Sub,

322 Elenchus Librorum, Partium, Capitum, &c.

- |  |          |  |          |
|--|----------|--|----------|
| Subsect. III. De recitatione Litaniarum tempore Interdicti.                                      | pag. 302 | Sect. II. Not. in Festo S. Marci occurrit in hebdomada Paschali.   | pag. 306 |
| Quæst. Utrum tempore Interdicti localis licet prædicta publica, & solemnis recitatio Litaniarum? | ibid.    | s. I. De Horis Canonici.   | ibid.    |
| Art. V. De Missa post Processionem Litaniarum.   | pag. 303 | s. II. De Litaniis, Processione, & missa Rogationum.   | pag. 307 |
| Art. VI. De Indulgentiis.  | pag. 304 | s. III. De abstinentia, & jejuno.  |          |
| Art. VII. De abstinentia a carne, & jejunio.   | ibid.    | Quæst. An possit, aut debet abstinentia, sive jejenum servari in hebdomada Paschali, si in ea Litaniæ Majores occurrant, in illis locis, ubi prædicta adsit obligatio? | ibid.    |
| Art. VIII. Not. in Festo S. Marci occur. in diebus privilegiatis.                                | ibid.    | CAP. XIX. Notanda XXVI. Aprilis.   |          |
| Sect. I. Not. in Festo S. Marci occur. in quavis Dominica.                                       | ibid.    | pag. 309   |          |
| Subsect. I. Not. in Festo S. Marci occur. in quavis Dominica.                                    | pag. 305 | Art. I. De Horis Canonici.   | ibid.    |
| s. I. De Missa Rogationum, seu Litaniarum.   | ibid.    | Art. II. De Missa.   | ibid.    |
| s. II. De abstinentia a carne & jejuno.  | ibid.    | Totidem fere articulis similia notantur sequentibus diebus 27. 28. & 29. a pag. 311  |          |
| Subsect. II. Not. in Festo S. Marci occur. in Dom. Resurr.                                       | ibid.    | CAP. XXIII. Notanda XXX. Aprilis.  |          |
| s. Un. De Litaniis, & Processione.   | ibidem.  | pag. 313   |          |
|  |          | Art. I. De Horis Canonici.   | ibid.    |
|  |          | Art. II. De Missa.   | ibid.    |
|  |          | Art. III. De Indulgent.  | pag. 314 |
|  |          | Art. IV. De Jejunio.   | ibid     |

Finis Elenchi Tomi II. Diarii L. T. M.

INDEX

## I N D E X

## Rerum Notabilium quæ continentur in hoc Tomo II.

## A

*S. Agatha*

**C**UR Psalmos habeat ex Officio Martyris Viri. Febr. par. 2. c. 5. n. 3.

*S. Agnes*

**C**ur in Vesp. Psalmos habeat Martyris Viri Januar. p. 2. c. 21. n. 2.

**S**i contingat transferri stabiliter ejus Officium, non est repandum die 28. Januar. ibi n. 3.

*Alleluja*

**C**ur multiplicetur in 3. Noctur. Epiphaniæ. Januar. par. 2. c. 6. n. 26.

*Animalia*

**B**enedicuntur in die S. Antonii Abbat. Januar. p. 2. c. 17. n. 5. Hæc Benedictione non est ex Parochialibus ibi.

*Annuntiatio B. M. V.*

**S**i transferri contingat, quoad Festum fori, admoneri debet cum aliis Festis Mobilibus in die Epiphaniæ. Januar. p. 2. c. 6. n. 44. Adnumeratur inter Festa B. V. ibi cap. 18. num. 2. Sed est etiam Christi Domini ibi.

**I**n Annunciatione quantum fuerit meritum Virginis ibi n. 4. Festum Annunciationis aliquando dictum Conceptionis Virginis, & Incarnationis Verbi. ibi n. 1. Est antiquissimum Festum. ibi n. 6. Probabiliter Annuntiatio facta fuit in Feria VI. ibi n. 7. In plurimis Galliarum Ecclesiis, quoties trasfertur ejus Officium, transfertur etiam Festum in foro. ibi num. 36. Aliquando in aliquibus Ecclesiis nunquam celebrabatur in Quadragesima. ibi n. 8. Occurrente in Feria VI. Parasceves nulla facienda sunt Festivitatis signa. n. 40

*Apostolorum*

**F**esta ab ipsis eorum Discipulis celebrari coepit. Febr. p. 2. c. 20. n. 2.

*Aqua*

**C**onversa in Vinum a Christo quando fuerit: Januar. p. 2. c. 6. n. 12.

**A**quæ benedicuntur in Vigilia Epiphaniæ. ibi n. 11.

## B

*Bacchanalia*

**N**on sunt ex se causa, ad transferendum jejunium Vigilia S. Mathiæ. Febr. p. 2. c. 19. n. 27. Potius in ipsis jejunandum exemplo antiquæ Ecclesiæ. ibi. Ubi adsit prudens timor publicæ violationis Jejunii, recurrentum ad Sum. Pontif. ibi n. 28. Clerici hortandi ne utantur dispensatione facta. ibi n. 30. Ipsi etiam Laici laudabilius non utuntur. ibi.

*Baptismus*

**C**hristi quando contigerit. Januar. p. 2. c. 6. n. 9. Baptismus cur aliquando prohibitus conferri in die Epiphaniæ. ibi n. 10. de Baptismo Christi siebat olim integrum Officium in Octava Epiph. ibi num. 51.

*Benedictio*

**C**andelatum, & similium, absente Episcopo, a quonam facienda. Febr. p. 2. c. 2. n. 43. Qui eam facit, inferior Episcopo, celebrare debet Missam sequentem. ibi. V. Candelæ.

*Betphania V. Epiphania:**Bissextilis*

**Q**uando est annus; quomodo annuntiantur in Martyrologio dies Februarii incipiendo a 23. Febr. p. 2. c. 19. num. 23. In Anno Bissextili dies 24. & 25. Febr. computantur pro una in ritu Ecclesiæ. ibi c. 20. n. 11. Quid de Festo habente Octavam per eos dies: ibi.. 5. Cum ex dicitur.

*S. Blasius*

**P**anis benedictus in ejus Festo, quamnam venerationem mereatur? Febr. par. 2. c. 3. n. 7.

## C

*Candela*

**B**enedicuntur in die Purificationis, quamvis transferendum sit Officium. Febr. p. 2. c. 2. a n. 14. Excipe nisi ex consuetudine legitima transferatur alicubi Fe-

S 2 stum

flum etiam in foro. *ibi*. Cur benedicantur in param. violaceis. *ibi* n. 18. Benedicendae sunt ante Missam Conventualem. n. 15. Distribui debent inter praesentes num. 76. Quid pro Episcopo. *ibi*. Candela majoris ponderis danda Praeposito Ecclesiae. n. 25. Quo ordine distribuenda. *ibi*. Canonici non parati accipientes Candelam ab Episcopo genuflectunt. n. 23. Mulieribus non sunt dispensandae Candelae i. Presbyterio neque ab Episcopo. n. 30. Earum Benedictionem est ex Juribus mere Parochialibus. n. 35. Quorum sumptibus praestandas Candelae benedicendae. n. 36. Superfluentes cedunt subministranti. *ibi*.

In Processione Candelarum sustinetur usus gestandi, loco Candelarum, aliqua argentea insignia. n. 37. *f. Post distributionem. fin.*

Candela Benedicita exprimit Christum: n. 44. Candelarum Processio quid significat. *ibi*. Candelarum Ceremonia cur instituta. n. 45.

Candelae benedicte an possint adhiberi ad usus profanos? & n. 47. Quibusnam circumstantiis inservire debeat? n. 52. Quando amittant benedictionem? n. 34.

#### *Canonici*

Afflukere debent Canonico Celebranti. *Debr. p. 2. c. 2. n. 24.*

#### *Capit*

Quando inclinandum in Missa ad nomina Sanctorum. *Januar. p. 2. cap. 18. num. 7.*

#### *Cathedrae*

S. Petri cur sit Festum. *Januar. par. 2. c. 18. n. 5.*

#### *Circumcisionis Christi*

Festum cur institutum. *Januar. p. 2. c. 1. num. 4.* Est veluti complementum Nativitatis Domini, etiam B. M. V. dedicatum. n. 6. An olim in ipso duze diei Missae consueverint ab eodem Sacerdote. *ibi*.

#### *Cognomina*

Et Patriae Sanctorum ab Orationibus expungenda. *April. p. 2. ca. 2. num. 2.* An aliquas retineri possint? *ibi*.

#### *Commemoraciones*

Festorum in Officio & Missa quando & quoniam ordinio faciendas? *Januar. p.*

2. c. 14. & n. 6. Commemoratio non fit de eo, de quo factum est Officium. *ibi* num. 24.

#### *Communio*

Generalis quolibet mense quando celebrari coepit i lib. 3. par. 1. c. 5. n. 1. Dies destinatus ad lucrandam Indulgentiam pro Communione, quomodo computandus. *ibi* n. 6.

#### *Confessio*

Ad lucrandas Indulgentias, quando praemittenda. *lib. 3. par. 1. c. 5. n. 23.*

#### *Conversio*

S. Pauli cur celebretur in Ecclesia: *Januar. p. 2. c. 25. n. 30.*

## D

#### *Defunctorum*

Officium mensuum quando dicendum. *lib. 3. par. 1. c. 2. n. 1.*

#### *Dignitas*

Major in Festis Sanctorum concurrentibus unde defunni debeat. *Januar. p. 2. c. 14. n. 19.* Non attenditur in easteris Sanctis infra Apostolos. *ibi* n. 20.

## E

#### *Ecclesia*

Secularis aut Regularis quemam habenda? *lib. 3. par. 1. c. 5. n. 7. & 8.*

#### *Epiphania*

Habebat olim in aliquibus Ecclesiis Vigiliam cum jejunio. *Januar. p. 2. c. 5. n. 12.* Habet Ritum solemnissimum, & quare c. 6. n. 2. & n. 5. & 56. Olim incidente Epiph. in Feriam VI. licet bat vesci carnibus. c. 6. n. 2. Epiphanie Festum est ex traditione Apostolica. *ibi* n. 4. Epiphania vocatur etiam Theophania, & Bethphania. n. 5. & 56. In Epiphania celebrabant Egyptii Nativitatem Domini. *ibi*. Tres manifestationes Christi celebrantur in Epiphania. *ibi* n. 5. & Itaque. Sed non omnes die VI. Januarii contigere. *ibi* num. 8. Ecclesia Mediolanensis celebrare consuevit quartam Manifestationem. n. 7. In die Epiphania erat usus baptizandi apud non nullas Ecclesias; sed cur inde prohibitus. n. 10. Antiquus usus benedicendi Aquam in Epiphania. n. 11. In Epiphania contin-

tingebat olim quotannis miraculum Conversionis Aquæ in Vinum . *nu. 17.* Cur institutum Festum trium Manifestationum Christi . *n. 20.*

**F****Festum**

De præcepto in foro , quid importat . *Januar. p. 2. c. 1. n. 1.* Festorum reducio concessa aliquibus Regnis . *ibi n. 2.* Festa majora quænam sint ? *ibi c. 6. n. 3.* Festorum mobilium pubblicatio facienda in die Epiphanie . *ibi n. 44.* Festa stabiliter translata sunt etiam annuncianta sub die propria in Martyrologio . *Febr. p. 2. c. 16.* Festum solempne quale censendum ? *Januar. p. 2. c. 14. nu. 20.* *q. 21.* Festa Apostolorum sunt antiquissima . *Febr. p. 2. c. 20. n. 2.* Festa translata quoad Chorum , non transferuntur quoad forum , sine speciali concessione . *Febr. p. 2. cap. 20. num. 7.* *q. Mart. p. 2. c. 18. nu. 42.* Festa Sanctorum olim alicubi celebrari prohibita infra Quadragesimam *Mart. par. 2. ca. 18. num. 8.*

**Fraternitas**

Quomodo , & quando attendenda in Martyribus , ut dicatur R. *Hæc est vera &c. Febr. p. 2. c. 13. n. 2.*

**Functiones**

Pontificales , ad quem de Choro pertineant , absente Episcopo . *Januar. par. 2. c. 6. n. 43.*

**G****Gratia**

Curationum gratis datæ non sunt tenuere admittendæ . *Januar. par. 2. c. 25. num. 9.*

**I****Januarius**

Calendis Januarii olim erat Jejunium . *Febr. p. 2. c. 19. num. 27. s. Profetto.*

**Jejunium**

Cur fiat in Vigiliis Apostolorum . *Febr. p. 2. c. 19. n. 20.* Jejunium Vigiliae S. Joan. Bapt. occurrens in Feste Corporis Domini anticipatur in Fer. IV . *ibid. n. 21. fid.*

**Jesu**

SS. Nominis Iesu Festum ; quotannis fieri possit , transferendum in Quadragesimam . *Januar. p. 2. c. 21. n. 3.*

**S. Joannes Baptista**

Est dignitatis majoris vel certe aquilis cum Apostolis . *Jan. p. 2. c. 14. n. 19.*

**S. Joseph**

Commemoratio S. Joseph. in Officio Desponsationis B. M. V. ubi concessa est , facienda ante quamlibet commem. *Januar. p. 2. c. 22. num. 2.* Ejus nomen invocandum in Litaniis post S. Joannem Bapt. *April. p. 2. c. 18. nu. 19.* Præponendus est Apostolis Petro & Paulo in Suffragiis ad Officium , & in Litaniis . *Febr. p. 2. c. 2. num. 62. s. Nostra 2.* Si contingat transferri Festum S. Joseph. , & simul Festum Annunciationis B. M. V. primo reponendum est Festum Annunciationis . *Mart. p. 2. c. 18. n. 26.*

**Indulgencie**

Transferuntur , quoties transfertur eriam quoad forum Festum , cui suat adnexæ . *Mart. p. 2.*

**Infantes**

Recens nati non presentandi ad Ecclesiæ ex aliqua lego in Novo Testamento , sed tantum ex pietate . *Febr. p. 2. c. 2. n. 5.*

**Invitacionis**

Olim non dicebatur nisi in Officio Dominicæ . *Januar. p. 2. c. 6. num. 24. s. Sunt q. alia.*

**L****S. Leo P.**

Cur hebeat in Offic. &c Miss. Evgang. propr. *April. p. 2. c. 7. n. 2.*

**Litanie**

Majores , & Minores unde dictæ *April. p. 2. c. 18. n. 5. q. 7.* Quis earum Institutio . *ibi nu. 6.* Non possunt recitari pridie . *ibi a nu. 11.* Incidentes in diem Paschæ transferuntur in Fer. 3. sequentem . *ibi n. 28.* In Litaniis non sunt invocandi Sancti , præter ibi descriptos nu. 19. excipe si cantandæ sint in Translatione Reliquiarum alicujus Sancti . *ibi s. Quando autem.* Diebus Litaniarum quibusdam in locis est Jejunium . *ibi nam. 25. q. 32.*

**Mar-**

## M

*Martyrium*  
Præfertur Virginitati. *Januar.* p. 2. c. 21. n. 27.

*S. Marbias*  
Habet Vigiliam cum jejunio *Febr.* p. 2. c. 19. n. 20. Jejunium hoc occurrentis in Feria 2. aut 3. Quinquagesimæ, non potest relaxari ab Episcopo *ibi. a n. 22.* An possit transferri *a n. 24.* Quando timeretur scandalum, & transgressio, opportuno tempore recursendum ad Summum Pontificem *n. 27.*

## N

*Noctivitas*  
Christi celebrabatur ab Egyptiis in die Epiphaniae. *Januar.* p. 2. c. 6. n. 5.

*Nocturnum*  
Tertium Nocturnum in Officio quid significet, & cur in eo in aliquibus Festis Officiis multiplicatur Alleluja. *Januar.* p. 2. c. 6. n. 26.

## O

*Officium*  
Ad libitum differt ab Officio concesso per formulam facultativam *Januar.* p. 2. r. 19. n. 2. Officia facultativa semel acceptata ab Ordinario, sunt obligatoria; & debent transferri si fuerint impedita in propria die. *ibi.* Officia ad libitum primus indulxit Paulus V. *ibi. n. 4.*

*Oratio*  
Ad libitum signata pro tempore, non est omittenda, si etiam sit imperata Collecta pro aliqua necessitate *Febr.* p. 2. c. 2. n. 62. f. *Nota 3.* Pro Oratione ad libitum dici potest quælibet descripta in Missali, etiam ex Missis Votivis *ibi. f. Nota 4.*

*Oratorium*  
Privatum quale dicitur? *Januar.* p. 2. e. 6. n. 37. Quibusnam festis non liceat celebrare Missam in Oratorio privato. *ibi. num. 38.* Missa celebrata in Oratorio privato diebus vetitis, non valet ad adimplimentum precepti. *ibi. n. 41.*

## P

*Pans*  
Benedictus in die S. Antonii. *Januar.* p. 2. c. 17. n. 4.

*Parochus*  
Etiam in locis, ubi facta est reduc[t]io Festorum, tenetur applicare Missam uti prius. *Januar.* p. 2. c. 1. n. 2. f. *Cum autem.* Parochi non possunt prohibere Benedictionem Animalium, quæ fiat ab aliis Ecclesiis in die S. Antonii, nec oblationes inde facias. *ibi. c. 17. n. 5.*

*Patria*  
Sanctorum est reticenda in Eorum Orationibus. *Apri. p. 2. c. 2. n. 2.* Quid de aliis adjunctis. *ibi.*

*SS. Perpetua & Felicitas*  
Sunt Martyres tantum, & non Virgines, licet alicubi irreperitur error. *Januar.* p. 2. c. 14. n. 31.

*Præferentia*  
In concursu Festorum quomodo deciderat? *Januar.* p. 2. c. 14. a n. 18.

An concedenda Festis secundariis Sanctorum in æqualitate ritus? *ibi.*

*Prælati*  
Inferiores Episcopo non possunt sumere paramenta ad Altare, nisi sint Pontificaliter celebraturi. *Febr. p. 2. c. 2. n. 41.*

*Processio*  
In honorem Sanctorum prohibetur in hebdomada majori. *Mart. p. 2. c. 14. n. 6.* Si fiat Processio cum SS. Sacramento in Dominica, aut Festo, Missa dicenda est de Dominica aut de Festo cum com-memor. SS. Sacramenti lib. 3. p. 1. c. 3. n. 2.

*Psalmi*  
Cur differunt in nonnullis verbis ii, qui dicuntur in Officio ab iis, qui describuntur in Psalterio Vulgatae Editionis. *Januar. p. 2. c. 6. n. 28.*

*Puerperæ*  
Non ex lege, sed ex devotione benedicuntur in Templo; sed etiam ex præcepto in primitiva Ecclesia. *Febr. p. 2. c. 2. num. 3.* In Ecclesia Græca etiam num ex obligatione. *ibi. m. 6.* Utrum hæc Benedictio sit ex Parochialibus. *ibi. num. 7.*

*Purificatio B. M. V.*  
Cur dicta Hypapanthe. *Febr. p. 2. c. 2. n.*

**a.** n. 1. Ejus Festi Institutio. *ibi.* n. 2.  
Est Festum tum Virginis tum Christi.  
*ibi.* & n. 3. In hoc Festo benedicuntur  
Candelæ. V. *Candela*. Festum Purifica-  
tionis translatum non excluditur in con-  
cursu alicujus Festi Domini æqualis ri-  
tus. *ibi.* n. 10. Ut maneat locus ejus  
Translationi, dies 3. Februarii non est  
stabiliter deputanda alteri Festo. *ibi.* Ob  
concursum populi, & Titulum Ecclesiarum  
celebrari potest Missa Votiva solemnis  
de hoc Festo, etiam in Dominica privi-  
legiata. *ibi.* n. 15. s. Si occurrente.

**R***Rectores*

Ecclesiarum quinam habendi? *lib.* 3.  
*par.* 1. c. 5. n. 17.

*Ritus*

Elevatio non intelligitur concessa nisi  
exprimatur. *Januar.* p. 2. c. 23. n. 3.

**S***SS. Sacramentum*

Ad altare ubi sit expoitum, non sunt  
sumenda paramenta neque ab Episcopo.  
*p.* 2. *Feb.* c. 2. n. 41. s.

*S. Sebastianus*

Perperam depingitur juvenili aspectu.  
*p.* 2. *Januar.* c. 20. n. 2.

*Solemnitas*

Solemnitas Festi ex quibus constitua-  
tur. *p.* 2. *Januar.* c. 14. n. 20. & 21.

**T***Theophania*

Dicebatur etiam Epiphania. *Januar.* p.  
2. c. 6. n. 5.

*S. Thomas Aquinas*

Decoratus ritu Doctoris Ecclesiarum a S.  
Pio V. *Mart.* p. 2. c. 5. n. 1.

*Translationes*

Officiorum quo Ordine faciendæ. *Apr.*  
p. 2. c. 18. n. 29.

**V***Votive*

Missæ etiam ex fundatione cum cantu  
celebrari non possunt infra Octavas pri-  
vilegiatas Paschæ, Nativitatis, Epiphia-  
næ, &c. l. 3. p. 2. c. 6. n. 54.

*Variatio*

Antiphonarum & Versuum quomodo  
facienda pro Commemorationibus æqua-  
libus. *p.* 2. *Jan.* c. 14. n. 26.

*Vigilia*

Si anticipatur in Sabbato, non antici-  
patur ejus Annuntiatio in Martyrologio.  
*Februar.* p. 2. c. 18. n. 4. s. *Nota bic.* Vi-  
giliæ unde dictæ. *ibi.* c. 19. n. 21. Vi-  
giliæ Nocturnæ cur in desuetudinem abie-  
rint. *ibi.* Vig. S. Jo: Bapt. occurrentis in  
Festo Corp. Christi transfertur in Fer. 4.  
antec. *ibi.*

Vigiliæ occurrentes in Festis Patrono-  
rum principalium sunt anticipandæ quo-  
ad jejunium. *p.* 2. *Feb.* c. 19. num. 26. s.  
*Quoad dispositionem.*

*Violaceus*

Color quid denotat in paramentis Ec-  
clesiarum. *Febr.* p. 2. c. 19. n. 19.









